stolicarum provisionum habere ita quod liceat ipsis militibus ad preceptorias sic erectas per Regem prefatum nominatis, cedentibus vel decedentibus modernis monasteriorum abbatibus ac prioratuum prioribus ac parrochialium ecclesiarum a quibus bona dimembravimus et separavimus et preceptoriis huiusmodi applicavimus rectoribus modernis seu monasteria prioratus et ecclesias huiusmodi quomodolibet dimittentibus et illis quibusvis modis etiam apud sedem apostolicam vacantibus bonorum dimembratorum et applicatorum et pro dotibus assignatorum huiusmodi corporalem realem et actualem possessionem per se vel alium seu alios propria auctoritate de novo apprehendere illorumque fructus redditus et proventus in suos et preceptoriarum huiusmodi usus et utilitatem convertere ordinariorum locorum et quorumvis aliorum licentia super hoc minime requisita, ipsasque preceptorias tam hac prima vice ab earum primeva erectione huiusmodi quam pro tempore vacantes per quoscunque etiam a sede predicta sine consensu Emanuelis et pro tempore existentis Regis huiusmodi impetrari non posse, et omnes impetrationes et concessiones de illis etiam a sede prefata aliter factas nullas irritas invalidas et inanes nulliusque roboris vel momenti fore, necnon applicationes et appropriationes predictas tanquam realiter effectum sortitas in quibusvis generalibus vel specialibus revocationibus aut suspensionibus unionum annexionum et incorporationum appropriationum applicationum regularium constitutionum voluntatum decretorum et quarumvis dispositionum per nos seu sedem prefatam editarum seu edendarum, etiam si de eis de verbo ad verbum specialis specifica et expressa mentio fieret nullatenus comprehendi, sicque nostre incommutabilis intentionis fuisse et esse, et per quoscunque iudices ordinarios delegatos et subdelegatos etiam sancte romane ecclesie cardinales et causarum palatii apostolici auditores in romana curia et extra eam in quavis instantia sententiari iudicari decidi et interpretari debere sublata eis et eorum cuilibet quavis alia sententiandi decidendi iudicandi et interpretandi facultate, ac irritum et inane quicquid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari decernimus et declaramus. Quocirca venerabili fratri nostro episcopo Septensi et dilecto filio ministro domus Sancte Trinitatis Ulixbonensis modernis et pro tempore existentibus super quo eorum conscientiam oneramus per apostolica scripta mandamus quatinus ipsi vel eorum alter per se vel alium seu alios bona fructus redditus et proventus ac census obventiones et emolumenta a dictis monasteriis prioratibus et parro-

Digitized by Google

chialibus ecclesiis separata et dimembrata pro dotibus huiusmodi salvis modificationibus et reservationibus prefatis designent nominent et assignent ipsumque Regem et milites nominatos ad preceptorias huiusmodi in earum ac bonorum predictorum possessionem auctoritate nostra inducant et inductos defendant, amotis ab eis cedentibus vel decedentibus modernis abbatibus prioribus et rectoribus prefatis seu monasteria prioratus et parrochiales ecclesias huiusmodi alias quomodolibet dimittentibus aut illis alias quovis modo etiam apud dictam sedem vacantibus quibuslibet illicitis detentoribus faciantque de ipsorum bonorum pro dotibus applicatorum huiusmodi fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis statutis quoque et consuetudinibus monasteriorum et prioratuum predictorum et a quibus forsan dependent et ordinum quorum existant, etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis privilegiis quoque et indultis ac litteris apostolicis illis concessis confirmatis et innovatis illis presertim quibus inter alia caveri dicitur expresse quod de fructibus et bonis ac iuribus monasteriorum dictorum ordinum per quascunque litteras et dispositiones per romanum pontificem pro tempore existentem seu sedem predictam etiam similibus scientia et potestate aut cum motus proprii et ex certa scientia ac quibusvis aliis efficassissimis et insolitis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis etiam privilegiis indultis statutis ordinationibus et titulis ipsis expresse derogantibus, etiam consideratione Imperatoris Regum Reginarum Ducum aut aliorum Principum quorumcunque et ad aliorum supplicationem et instantiam ac de apostolice potestatis plenitudine concessis disponi seu fructus bona et iura huiusmodi a monasteriis et prioratibus predictis separari et aliis beneficiis etiam preceptoriis huiusmodi pro dotibus seu alias applicari non possint, quodque litteris dispositionum separationum et applicationum de fructibus bonis et iuribus predictis pro tempore factarum etiam cum derogationibus huiusmodi etiam quascunque sententias censuras et penas in se continentibus parere non teneantur, possintque abbates et priores ac conventus monasteriorum et prioratuum eorundem dispositionibus separationibus et applicationibus huiusmodi non obstantibus de omnibus fructibus bonis ac iuribus separatis et applicatis ut prefertur libere disponere ac alias iuxta regularia instituta dictorum ordinum et laudabiles consuetudines et

Digitized by Google

privilegia eis quomodolibet concessa illis uti possent, quodque privilegiis indultis statutis ordinationibus et litteris ipsis per quascunque litteras apostolicas etiam similibus consilio motu et scientia ac potestatis plenitudine et auctoritate predictis pro tempore concessis quascunque clausulas etiam derogatoriarum derogatorias et insolitas in se continentes derogari non possit, et si contingat derogari, huiusmodi derogatio per ternas litteras Romani Pontificis pro tempore existentis abbatibus prioribus conventibus monasteriorum et prioratuum ac capitulis generalibus ordinum huiusmodi diversis vicibus presentatas prius intimari debeat, alias nullius sint roboris vel momenti et sic iudicari debeat, quibus etiam si ad illorum derogationem de eis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales id importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut quevis alia exquisita forma servanda esset illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat harum serie specialiter et expresse motu simili derogamus ceterisque contrariis quibuscunque Volumus autem quod ex nunc prefatus Emanuel Rex post bonorum pro dote preceptoriarum erectarum actualem per episcopum seu ministrum assignationem faciendam huiusmodi bonorum ipsorum assignatorum possessionem sine preiudicio actualis perceptionis fructuum modernorum possessorum per quorum cessum vel decesum aut quamvis aliam vacationem monasteria prioratus et parrochiales ecclesias huiusmodi quorum bona dimembrata et pro dote preceptoriarum erectarum huiusmodi assignata fuerint, vacare debent, libere apprehendere, illamque vere et non ficte habere censeatur, ac si illam iam per cessum vel decessum modernorum possessorum huiusmodi vere vacassent, ipseque Emanuel Rex illorum realem et actualem possessionem cum vera et actuali fructuum perceptione apprehendisset ac possessoribus modernis prefatis cedentibus vel decedentibus aut monasteria prioratus et parrochiales ecclesias huiusmodi alias quomodolibet dimittentibus aut illis alias quovismodo vacantibus etiam apud sedem predictam liceat eidem Emanueli Regi seu etiam per eum ad preceptorias sic erectas nominatis etiam ex tunc de novo actualem et corporalem possessionem bonorum a monasteriis prioratibus et parrochialibus ecclesiis huiusmodi dimembratorum et preceptoriis erectis pro illarum dotibus applicatorum et assignatorum huiusmodi etiam propria auctoritate libere apprehendere et perpetuo retinere, quodque milites per Emanuelem et pro tempore existentem Regem prefatos ad

Digitized by Google

preceptorias huiusmodi nominati infra octo menses post nominationem huiusmodi et ipsarum preceptoriarum possessionem adeptam novam provisionem a sede apostolica impetrare, ac litteras apostolicas expedire nec non omnia iura eidem camere apostolice persolvere teneantur, alioquin nominationes sic facte et possessiones etiam per eos apprehense ac quecunque inde secuta nulla et invalida, nulliusque roboris vel momenti sint et esse, ipseque preceptorie vacare censeantur eo ipso et ab aliis militibus eiusdem militie modo predicto qualificatis et non aliis a sede predicta eo casu duntaxat libere impetrari et concedi valeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre erectionis dimembrationis separationis applicationis appropriationis concessionis decreti declarationis onerationis mandati derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quarto decimo Tertio kalendas Maii Pontificatus nostri anno secundo [1].

Bulla do papa Leão X ao prior do Mosteiro de Belem e ao Ministro da Santissima Trindade

1514—Abril 29

Leo episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis priori monasterii per priorem soliti gubernari Sancti Jeronimi de Bethlem extra et ministro domus Sancte Trinitatis intra muros Ulixbonensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie a nobis emanarunt litere tenoris subsequentis *(aqui transcreve a bulla da mesma data d'esta*—Providum universalis—, *que já vem publicada no* vol. I, pag. 244, *e continúa:)* Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel alter vestrum per vos vel alium seu alios prefatis Emanueli Regi et successoribus in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciatis auctoritate nostra

[1] Arch. Nac., Gav. 7, Maç. 8, num. 3.

Digitized by Google

eosdem Emanuelem Regem et successores singulis in dictis litteris contentis clausulis pacifice frui et gaudere, ac quotiens pro parte Emanuelis Regis et successorum predictorum fueritis requisiti solemniter publicantes omnia et singula in illis contenta inviolabiliter observari Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus omnibus supradictis aut si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quartodecimo tertio kalendas Maii Pontificatus nostri anno secundo[1].

Breve do papa Leão X a el Rei

1514 — Maio 15

Leo Papa x — Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Fertur dilectus filius Laurentius Bonagratia civis florentinus in isto regno tuo negocians exposuisse olim mille cruciatos auri ad armandum navim caravagliam, quae sub vexillis tuis in India navigavit, atque inde feliciter est reversa. Et cum participes eiusdem navis cum eodem Laurentio hactenus calculare, et rationem finire noluerint: nec propterea ipse Laurentius possit pro suo, et suorum naturali desiderio in patriam redire; Hortamur in Domino etiam atque etiam Maiestatem tuam, ut per regie iusticie remedia compellat huiusmodi participes ad calculandum cum Laurentio, illique integre satisfaciendum, et cum onus memorate navis fuerit piper, et portio Laurentii sit exigua faciet nobis rem gratam Altitudo tua si ipso Laurentio nostri contemplatione concesserit quod de regno tuo dictum piper extrahere possit: Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xv Maii m. d. xiiii. Pontificatus nostri anno secundo[2].

[1] Arch. Nac., Maç. 21 de Bullas, num. 5 *e* Maç. 14, num. 28.

[2] Arch. Nac., Maç. 36 de Bullas, num. 4. — *Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugallie, et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Breve do papa Leão X a el-Rei

1514—Julho 3

Leo Papa x— Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Revertitur in patriam atque in regnum Maiestatis Tuae dilectus filius Joannes Corte Real clericus Ulixbonensis, quem, propterea quod ita desiderare Maiestatem Tuam intelligebamus, in familiarem continuum commensalem et cubicularium nostrum receperamus; Hunc, quoniam tum propter grata obsequia nobis prestita, tum etiam ratione virtutis et modestiae, quam in homine cognovimus, tum praeterea causa bonae memoriae eius genitoris, qui in re bellica tibi egregiam operam navavit, et pro fide catholica viriliter pugnando occubuit, paterna dilectione prosequimur, cupimusque dignitatibus ecclesiasticis et ornari et augeri, hortamur in Domino Maiestatem tuam, velit eum nostro intuitu ita commendatum habere, ut in dignitatibus iis, quarum nominatio et ius patronatus ad te spectat, meminisse et curam non postremam illius habuisse videaris; Qua in re eadem Maiestas Tua apud hominem tui studiosissimum, bonis animi ornatum et nobis gratum bene ponet, nobisque rem maiorem in modum gratam faciet. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die III Julii M. D. XIII. Pontificatus nostri anno secundo[1].

Bulla do papa Leão X

1514—Agosto 10

Leo episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Regis pacifici in agro militantis ecclesie dispensatores effecti illas catholicorum principum petitiones ad exauditionis gratiam benigne admittimus per

[1] ARCH. NAC., Maç. 29 de Bullas, num. 39.—*Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugaliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

quas christifidelium periculis obtinatur ac eorumdem animarum saluti divina cooperante clementia salubriter providetur Sane pro parte carissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugalie et Algarbiorum Regis illustris nobis nuper exhibita petitio continebat quod alias ipse de propria salute recogitans cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commertio commutare ob singularem devotionem quam ad illum gloriosum doctorem ecclesie Sanctum Hyeronimum gerit quoddam monasterium sub invocatione Beate Marie de Bethleem pro usu et habitatione fratrum ordinis eiusdem Sancti Hyeronimi in certo loco a civitate Ulixbonensi per tria miliaria distante ad laudem et gloriam omnipotentis Dei ipsiusque sancti doctoris honorem et dicti ordinis propagationem construi et edificari fecit Et cum monasterium huiusmodi in quo notabilis copia presbyterorum et aliorum fratrum dicti ordinis continuo resident in lictore maris fundatum et circa illud portus valde utilis et securus navigantibus existat ita quod ad dictum portum in quo nulla parrochialis ecclesia existit propter huiusmodi securitatem quamplures navigantes etiam tempestate maris causante ex diversis mundi partibus frequenter confluunt et quandoque prefati navigantes ad dictam civitatem pro suscipiendis sacramentis ecclesiasticis propter temporis indispositionem accedere non valentes seu propter immunitatem non solvendi vectigalia ad illam accedere non volentes ab eodem portu sacramentis ecclesiasticis ommissis recedunt unde maxima animarum pericula subsequuntur Verum si priori pro tempore existenti et dilectis filiis fratribus dicti monasterii navigantium et ad portum huiusmodi confluentium confessiones audiendi eisque eucharistie et extreme unctionis et alia ecclesiastica sacramenta ministrandi licentia concederetur ex hoc profecto navigantium predictorum et aliorum christifidelium ad monasterium huiusmodi pro tempore confluentium animarum saluti plurimum consuleretur ac ipsius Emanuelis Regis sancto et pio desiderio satisfieret Quare pro parte ipsius Emanuelis Regis nobis fuit humiliter supplicatum quod deinceps perpetuis futuris temporibus fratres dicti monasterii pro tempore existentes in presbyteratus ordine duntaxat constituti per dictum priorem deputandi quotiens fuerit oportunum etiam in die pascatis navigantium et ad portum confluentium huiusmodi confessiones audire eisque eucharistie et extreme unctionis ac alia ecclesiastica sacramenta ministrare possint statuere et ordinare aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur qui ex debito pastoralis officii personarum quarumlibet animarum saluti li-

Digitized by Google

benter consulimus huiusmodi supplicationibus inclinati quod deinceps perpetuis futuris temporibus fratres in presbyteratus ordine constituti per dictum priorem deputandi navigantium et confluentium ad portum huiusmodi duntaxat quotiens oportunum fuerit etiam in die Pascatis confessiones audire eisque eucharistie ac extreme unctionis et alia ecclesiastica sacramenta ministrare diocesanorum locorum et quorumvis aliorum licentia super hoc minime requisita libere et licite valeant auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordinamus Quocirca dilectis filiis abbati monasterii dAlcobaça Ulixbonensis diocesis et priori prioratus Sancti Vincentii extra muros Ulixbonensis ac officiali Ulixbonensi per apostolica scripta mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte prioris et fratrum predictorum fuerint requisiti solemniter publicantes faciant auctoritate nostra priorem et fratres predictos statuto et ordinatione predictis ac aliis premissis pacifice frui et gaudere non permittentes eos per quoscunque desuper quomodolibet indebite molestari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus contrariis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre *(sic)* statuti et ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quartodecimo Quarto idus Augusti Pontificatus nostri anno secundo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 20 de Bullas, num. 38.

Digitized by Google

Breve do papa Leão X a el-Rei

1514 — Agosto 11

Leo Papa x—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam hospitale nostrum Sancti Spiritus in Saxia de urbe magnum infirmorum numerum, expositorum infantium, ac languentium personarum maxima cum impensa continuo habeat substentare: et ad id exequendum proprie ipsius non suppetant facultates, nisi piis Christi fidelium elemosinis adiuvetur. Propterea exposuit nobis dilectus filius Hylarion de Senis eiusdem nostri hospitalis preceptor, et totius ordinis eiusdem generalis magister, quod pre multitudine negotiorum ubique personaliter adesse non potest: et ideo pro colligendis Christi fidelium piis suffragiis, indulgentiis dicti hospitalis publicandis, et concedendis, censibus exigendis, et ecclesiis, monasteriis, et locis Sancti Spiritus visitandis, et in melius reformandis in presentiarum mittat Tomam Bini notarium nostrum, Laurentium de Macis, et Petrum de Bernardinis nuntios, procuratores et commissarios ad partes ipsas iuxta seriem et tenorem commissionis eiusdem preceptoris. Nos vero, qui huiusmodi hospitale nostrum in visceribus gerimus charitatis, cupientes etiam hospitale antedictum favoribus et gratiis prosequi opportunis, ut infirmi expositi, et languentes predicti melius possint ac valeant in eodem substentari Maiestatem tuam hortamur in Domino eisdem nunciis et commissariis ob spiritus sancti, santeque sedis apostolice reverentiam omne auxilium opportunumque favorem impendas, et ab aliis, quae justa fuerint praestari facias. Recepturus a Deo cuius causa agitur premium, et a nobis uberem commendationem. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xi Augusti M.D.XIIII. Pontificatus nostri anno secundo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 37 de Bullas, num. 39.—*Sobrescrito*. Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Bulla do papa Leão X

1514 — Agosto 18

Leo episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex debito pastoralis officii nobis licet immeritis ex alto commissi ad ea que religiosarum personarum quarumlibet presertim sub regularibus militiis pro fidei catholice defensione continue insudantium, statui quieti et indemnitati salubriter consulatur libenter intendimus ac in his eiusdem officii partes favorabiliter impartimur prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Georgii ducis Colimbriensis Sancti Jacobi de Spata sancti Augustini et de Avis Cisterciensis ordinum militiarum in regno Portugalie magister generalis ac universorum fratrum earumdem militiarum, nobis nuper exhibita petitio continebat quod licet tam iuxta institutiones quam stabilimenta usus et naturas dictarum militiarum et illis concessa privilegia, et indulta apostolica, fratres predicti illorumque spiritualia et temporalia bona ac beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura sedi apostolice, ac magistro generali et aliis dictarum militiarum superioribns pro tempore existentibus respective et non aliis subiecta existant tamen sepius contingit, quod archiepiscopi et episcopi ac alii locorum ordinarii in quorum civitatibus seu diocesibus beneficia et alia bona predicta consistunt fimbrias eorum magis quam deceat extendere satagentes in fratres predictos occasione parrochialium ecclesiarum ac aliorum beneficiorum ecclesiasticorum et bonorum per eosdem fratres pro tempore obtentorum iurisdictionem in eos exercere ac ipsos fratres corrigere et punire presumunt quo fit ut fratres predicti cum aliquos excessus committunt nedum per magistrum et alios superiores prefatos iuxta stabilimenta et privilegia huiusmodi sed etiam per archiepiscopos et episcopos ac alios ordinarios predictos corrigantur et pro uno delicto duplici pena puniantur ac multe

Digitized by Google

lites et scandala inter ordinarios et magistrum ac fratres predictos oriantur in ipsorum fratrum preiudicium et dispendium non modicum Quare pro parte Georgii ducis et fratrum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut quod de cetero perpetuis futuris temporibus fratres dictarum militiarum ratione excessuum et delictorum per eos pro tempore perpetratorum per Georgium ducem et sedem prefatos ac alios pro tempore existentes superiores dictarum militiarum duntaxat iuxta excessuum et delictorum qualitatem̃ corrigi et puniri debeant statuere et ordinare ac alias in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur magistri et fratrum predictorum prosperum et tranquillum statum paterno desiderantes affectu Georgium ducem et fratres predictos ac eorum singulos a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordinamus quod de cetero perpetuis futuris temporibus fratres dictarum militiarum ratione excessuum et delictorum per eos pro tempore perpetratorum per sedem et Georgium ducem prefatos ac alios earundem militiarum superiores pro tempore existentes duntaxat iuxta excessuum et delictorum qualitatem corrigi et puniri debeant districtius inhibentes archiepiscopis et episcopis aliisque ordinariis predictis ne dictos fratres occasione delictorum et excessuum huiusmodi etiam ratione beneficiorum ecclesiasticorum per eosdem fratres pro tempore obtentorum quorum collatio et provisio seu quevis alia dispositio ad eosdem archiepiscopos et episcopos ac alios ordinarios pertinet seu in quibus visitationis officium eis competit aut cure animarum eisdem beneficiis imminentis perturbare vel inquietare quoquomodo presumant ac decernentes quoscunque processus et sentencias per archiepiscopos et episcopos ac alios ordinarios predictos contra eosdem fratres ferendas et habendas nullos et invalidos nulliusque roboris vel momenti existere Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis statuti ordinationis inhibitionis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Digitized by Google

Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quartodecimo Quintodecimo kalendas Septembris Pontificatus nostri anno secundo [1].

Bulla do papa Leão X aos bispos de Cavaillon, Safim e Tanger

1514—Agosto 18

Leo episcopus servus servorum Dei Venerabilibus fratribus Cavallicensi Zafiensi ac Tingensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem Hodie a nobis emanarunt littere tenoris subsequentis: Leo episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam Ex debito pastoralis officii *etc. (é a bulla anterior, da mesma data)*. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios litteras predictas et in eis contenta quecunque ubi quando et quotiens opus fuerit ac pro parte Georgii ducis et fratrum predictorum seu alicuius eorum desuper requisiti fueritis publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciatis auctoritate vestra statutum et ordinationem nostra predicta inviolabiliter observari non permittentes eosdem Georgium ducem et fratres per archiepiscopos et episcopos ac alios ordinarios prefatos seu quoscunque alios contra earumdem litterarum tenorem desuper quomodolibet indebite molestari Contradictores quoslibet et rebelles auctoritate nostra appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Nos enim nobis quoscunque sua in premissis interesse putantes etiam per editum publicum constito sumarie de non tuto accessu citandi facultatem concedimus per presentes Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri qua inter alia cavetur ne quis extra suam civitatem et diocesem nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudi-

[1] *Impresso, no* Arch. Nac., Liv. Mss., num. 1122, fol. 416.—*Inserto na Bulla da mesma data, que se segue.*

Digitized by Google

ces a sede predicta deputati extra civitatem vel diocesem in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant et de duabus dietis in concilio generali edita dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur et aliis apostolicis constitutionibus necnon omnibus illis que in dictis litteris voluimus non obstare contrariis quibuscunque Seu si eisdem archiepiscopis et episcopis ac ordinariis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari seu extra vel ultra certa loca ad iudicium trahi non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quartodecimo Quintodecimo kalendas Septembris Pontificatus nostri anno secundo [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1514 — Setembro 17

Leo Papa x — Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem: Nuper cum dubitares effectu litterarum nostrarum per quas sub die quarta mensis maii pontificatus nostri anno secundo tibi inter alia motu proprio quinquaginta beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura secularia et quorumvis ordinum regularia in regno et dominio tuo consistentia ad collationem et aliam dispositionem quorumcunque archiepiscoporum episcoporum et aliorum collatorum et collatricum quomodolibet communiter vel divisim pertinentia, cum illa per cessum vel decessum seu quorumvis aliam dimissionem illa in titulum vel commendam tunc obtinentium primo vacare, aut commendas illorum cessare contingeret: et ad que illorum occurrente vacatione personas tibi gratas et acceptas infra unius mensis spatium post vacationem huiusmodi duceres nominandos, nostre et apostolice sedis collationi et dispositioni specialiter et expresse reservaveramus, ex eo impediri aut differri posse, quod nonnulle speciales

[1] Arch. Nac., Collecção Especial, Caixa 9.

Digitized by Google

reservationes et gratie expectative uniones, illarumque revalidationes extensiones et ampliationes, ac mandata de providendo predictas tibi concessas litteras sub certis modo et forma suspendentes, illisque specialiter et expresse derogantes, a nobis et sede apostolica postmodum emanaverant: Nos per alias nostras etiam in forma brevis litteras motu simili et ex certa scientia, ac potestatis plenitudine declaravimus dictas priores litteras tibi concessas per quascunque speciales reservationes et gratias expectativas, ac uniones et mandata de providendo huiusmodi, et super illis extensiones, quibusvis etiam familiaribus nostris antiquis, ac etiam sancte romane ecclesie cardinalibus cum quibusvis clausulis etiam insolitis irritantibusque decretis que a nobis et sede predicta eatenus emanaverant, non suspensas, nec eis in aliquo derogatum, ipsasque reservationes gratias expectativas uniones et mandata que tunc emanaverant, et in posterum emanarent, et que ad dicta beneficia se extenderent, tam diu suspendimus, donec littere tibi concesse predicte suum plenum effectum sortite forent: ac decrevimus easdem tibi concessas litteras sub quibusvis specialibus vel generalibus revocationibus suspensionibus restrictionibus modificationibus inhibitionibus derogationibus et decretis, que a nobis et sede predicta in favorem quarumcunque personarum cuiuscunque qualitatis forent prioribus et posterioribus predictis tibi concessis litteris expresse derogantibus emanarent, nisi tuus ad id expressus accederet assensus nequaquam comprehendi, prout in singulis litteris predictis, quarum omnium tenores pro expressis et insertis habentes plenius continetur: Cum autem sicut accepimus tu dubites effectu dictarum litterarum tibi concessarum frustrari, eoque per quandam constitutionem nostram in cancellaria apostolica de mandato nostro publicatam, omnibus prelatis et aliis collatoribus, ut de quibuscunque beneficiis secularibus, et regularibus ad eorum collationem spectantibus, usque ad certum tempus tunc expressum, que in sex mensibus tunc expressis vacarent libere disponere possent, ac si speciales reservationes gratie spectative uniones ac nominationes, et nominandi, ac nominatis et aliis conferendi facultates et mandata, etiam regibus et principibus concessa a nobis et sede predicta non emanassent, concessimus: Nos igitur quorum intentio fuit prout est, ut dicte priores et posteriores littere tibi concesse in primo vacaturis beneficiis huiusmodi iuxta illarum tenorem suum omnino sortiantur effectum motu scientia et potestate similibus tibi concedimus quod prioribus et posterioribus litteris predictis etiam in dictis sex mensibus dictis prelatis per dictam constitutionem no-

Digitized by Google

stram concessis uti libere et licite valeas in omnibus et per omnia perinde ac si constitutio predicta a nobis non emanasset: predicta ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, que in dictis prioribus et posterioribus litteris tibi concessis voluimus non obstare: ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVII Septembris MDXIII: Pontificatus nostri anno secundo [1].

Bulla do papa Leão X

1514 — Dezembro 8

Leo episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam Universalis ecclesie regimini dispositione divina licet immeriti presidentes ad ea libenter intendimus que regalium iurisdictionum et iurium conservationem ac regum commoda conspicere dinoscuntur Sane carissimus in Christo filius noster Emanuel Portugalie et Algarbiorum Rex illustris nobis nuper exponi fecit quod licet in statutis et consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis Jesu Christi et Sancti Jacobi de Spata ac de Avis Portugalie et Algarbiorum Regnorum militiarum inter alia caveatur quod illis qui recipiuntur et admittuntur in milites earumdem militiarum de sufficienti stipendio secundum qualitatem personarum a magistris dictarum militiarum pro tempore existentibus provideri debeat et hactenus receptis et admissis in milites militiarum huiusmodi iuxta eorum qualitatem de huiusmodi stipendio provisum fuerit Quia tamen quamplurimi fraudulenter et dolose ut iudicium seculare evitare et maleficia liberius perpetrare et a vectigalium et aliorum onerum solutione facilius se eximere et privilegiis eorumdem militnm qui iuxta stabilimenta predicta in earumdem militiarum milites cum stipendio recepti sunt et in eis vere militant gaudere possent habitum per milites dictarum militiarum gestari solitum auctoritate apostolica vel etiam eorumdem magistrorum sine huiusmodi sti-

[1] ARCH. NAC., Maç. 29 de Bullas, num. 13.—*Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

pendio recipiunt et loco dicti stipendii se proprio patrimonio contentos esse dicunt in grave iurisdictionis regie preiudicium cum audatiores ad crimina ex quibus maxima oriuntur scandala perpetranda reddantur et efficiantur Quare prefatus Emanuel Rex nobis humiliter supplicavit ut periculis et scandalis huiusmodi obviare aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos itaque attendentes petitionem huiusmodi fore consonam rationi huiusmodi supplicationibus inclinati quod de cetero omnes et singuli qui contra stabilimenta predicta absque huiusmodi stipendio in aliqua dictarum militiarum habitum per illarum milites gestari solitum tam auctoritate apostolica quam de eorumdem magistrorum licentia susceperint in criminalibus privilegio fori ecclesiastici gaudere non debeant nec a solutione tributorum vectigalium et aliorum onerum regalium vel personalium immunes et exempti existant auctoritate apostolica tenore presentium perpetuo statuimus et ordinamus Quocirca venerabili fratri nostro episcopo Funchalensi et dilectis filiis priori Sancte Crucis Colimbriensis ac officiali Ulixbonensi per apostolica scripta mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras quotiens pro parte Emanuelis ac pro tempore existentis Regis Portugalie fuerint requisiti solemniter publicantes faciant auctoritate nostra illas ac in eis contenta omnia et singula inviolabiliter observari ipsumque Emanuelem ac pro tempore existentem Portugalie Regem statuto et ordinatione ac aliis premissis pacifice frui et gaudere non permittentes eum per quoscunque desuper quomodolibet molestari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus felicis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri qua inter alia cavetur ne quis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesi ad iudicium evocetur seu ne iudices a sede predicta deputati extra civitatem et diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant et de duabus dietis in concilio generali edita ac aliis apostolicis constitutionibus et ordinationibus necnon supradictis statutis et consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis necnon quibusvis privilegiis et indultis ac litteris apostolicis eisdem militiis concessis quibus quoad hoc etiam si ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua ac de verbo

Digitized by Google

ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma servanda esset illorum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinationis statuti mandati et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentes Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quartodecimo Sexto idus Decembris Pontificatus nostri anno secundo [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1514 — Dezembro 11

Leo Papa x — Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum studiosi sumus benemerendi de iis, qui obsequiis nostris insistunt, tum illud imprimis diligenter respicimus, ut uniuscuiusque meritorum et fidei per nos ratio habeatur; est igitur inter alios familiares dilectus filius Emanuel de Norogna cubicularius noster subditus Maiestatis Tuae et fide et diligentia nobis admodum probatus, idemque et modestus et virtuti deditus et simul optime spei adolescens, quo fit, ut eum merito in domino diligamus; is cuperet consequi gratia et beneficio tuo ecclesiam insulae Madeirae, super qua Maiestati Tuae ius et facultatem eligendi concessimus ad quam si Te favente et probante promoveri illum contingeret, sane speraremus ei de bono honesto utilique prelato consultum fore; Tua autem Maiestas hominem, ut quidem accepimus, honestis paren-

[1] Arch. Nac., Gav. 5.ª, Maç. 3, num. 6.

Digitized by Google

tibus natum eiusque domum omnem tui studiosissimam perpetuo singularique beneficio devinciret; ea res quoniam nobis cordi est, hortamur eandem Maiestatem tuam, ut in futuri episcopi electione seu presentatione nostro intuitu prefati Emanuelis rationem habere velis. Ita quod, si modo cum commodo tuo fieri potest, honesti voti, quemadmodum ipse sperat, et nos certe desideramus, compos fiat. Id si Maiestas Tua facere in animum induxerit, erit nobis admodum gratum. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XI Decembris M. D. XIIII. Pontificatus nostri anno secundo [1].

Carta d'el-Rei ao cardeal de S. Jorge ou ao de Aragão

1514 — Fins ? [2]

Reverendisimo in Christo padre que como irmaão muyto amamos. Recebemos vosa carta que nos emviastes sobre o dom da espada que ho santo padre na natyvidade de noso Senhor Jesu Christo costuma dar aos princepes christaãos, o qual a nos comcedeo por meo de vosa intercesam segundo por vosa carta nos noteficaes e nolo fez saber o doutor João de Farya noso embaixador E que *(sic)* todo dom e graca de sua santidade seja dina de istyma e nos toda cousa de sua santidade quanto mais esta muyto estimemos nos esta agora ystymamos e recebemos de sua santidade em symgullar merce e quasy como por synall das gracas que a samta see apostolica e a sua santidade merecemos por nosos servicos e certo que do dito dom e graca nos faz ser mais contente a intercesam de voso cuidado e lembranca que acerqua de nos diso tevestes e recebemos de vos em muy symgullar prazer todo o que niso trabalhastes e asy o que por vosa carta sobre yso nos dizees e prazera a noso senhor que ysto e todo o que de vosa

[1] ARCH. NAC., Maç. 31 de Bullas, num. 27.—*Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

[2] *Esta carta parece resposta á do cardeal de S. Jorge de 14 de novembro de 1514, já publicada, e dizemos parece porque o podia ser a alguma do cardeal de Aragão, de nós desconhecida, sobre o mesmo assumpto.*

Digitized by Google

booa vomtade pera nosas cousas conhecemos nos leixara satisfazer e merecer em taes obras como desejamos e vos mereces e requere o symgullar amor e booa vomtade que vos temos. Reverendisimo in Christo padre que como irmão muyto amamos noso senhor Deus vos aja senpre em sua santa garda, sprita *(sic)*.

Outra tal *(sic)* [1].

Carta do cardeal Santiquatro a el-Rei

1515—Junho 16

Serenissima Regia Maiestas humilem comeñ. etc. *(sic)* Et si dominus Antonius nepos noster nondum ex partibus istis ad urbem remeaverit mercatorum tamen litteris ac nuntiorum istinc venientium relatione mihi innotuit, quanta erga ipsum discedentem Maiestas Vestra benignitate gratia ac benevolentia usa, quantaque eum munificentia prosecuta fuerit pro qua quidem immensa pietate humanitate liberalitateque sua singulari, non solum ipsum dominum Antonium verum etiam me ac totam denique familiam nostram sibi perpetuo obligavit ac tenacissime mancipavit: cui si non quas debeo, saltem quas possum, et ago, et habeo gratias immortales: cogitaboque sedulo ac nunquam defatigabor quonam pacto tantae valeam satisfacere obligationi de illustrissimo autem filio suo Deo dicando videbit Maiestas Vestra quae Sanctissimus Dominus Noster ad eam scribit cum oratore Serenitatis Vestrae de modo et medio cum illi ac magnifico domino Juliano Sanctissimi Domini Nostri germano tenendo, deque aliis multis verba ad longum vicissim habui, qui eam de omnibus plene certiorem faciet ego vero et in eiusdem filii sui honore et exaltatione ac caeteris ipsius rebus hic occurrentibus non patiar industriam, studium, opem, et operam meam ab ea desiderari: sed pro certo teneat hic bonum servitorem suum habere quamplurimis commodi desideriorumque suorum studiosissimum

[1] Arch. Nac., Cartas missivas, Maç. 2, num. 173.—*Nas costas por lettra do tempo:* Pera o cardeall d Aragam e sam Jorje sobre a espada.

Digitized by Google

sibique deditissimum, ac demum in serviendi avidissimum: quae diu diu felix et ad vota valeat. Romae ex palatio apostolico die XVI Junii MDXV. Cardinalis Sanctorum IIII.or etc. [1]

Breve do papa Leão X ao bispo da Guarda

1515 — Agosto 18

Leo Papa X—Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem: Quia iamdiu et etiam nuper duas dignitates ecclesie Ulixbonensis primo vacaturas per cessum vel decessum illas obtinentium conferendas personis Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugallie et Algarbiorum Regi illustri gratis et acceptis nostre et sedis apostolice dispositioni reservavimus, et propterea tibi committimus et mandamus quatenus possessionem dictarum dignitatum, cum illas simul vel successive vacare contigerit vigore presentium absque aliqua literarum reservationis huiusmodi exhibitione, per te vel alium seu alios propria auctoritate apprehendas, per te cum illarum fructus illis qui literas provisionis earundem presentaverint, consignandam, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem: contradictores per censuras et alia iuris opportuna remedia compescendo: invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis: Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII augusti MDXV: Pontificatus nostri anno tertio [2].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 173 v.—A tergo: Serenissimo Principi et excellentissimo domino Domno Emmanueli Portugaliae et Algarbiorum etc. *(sic)* Regi gloriosissimo.

Vidè a nota a pag. 59.

[2] ARCH. NAC., Maç. 34 de Bullas, num. 22.—*Sobrescrito:* Venerabili fratri episcopo Egitaniensi.

Digitized by Google

Carta de A. Pucio a el-Rei

1515 — Agosto 24

Excellentissime Princeps et domine D. mihi colendissime humillimus comeñ *(sic)* Florentiam qua potui celeritate XXVIII mensis Julii die cum pervenissem, atque ibi per paucos dies moratus ad urbem Romam properarem, in medio itineris cursorem a Sanctissimo Domino Nostro cum litteris habui, quibus Florentiam reddere, ac nonnulla ibidem negotia curare iussus fui quibus peractis cum XVIII mensis Augusti die Romam tandem pervenissem, eiusdemque Sanctissimi Domini Nostri pedes osculatus fuissem, quamplurima apud Sanctitatem Suam exposui quibus devotissimum Maiestatis Vestrae erga Sedem Apostolicam et sanctitatem suam animum necnon ardens et incredibile quodam christianae fidei augende ac propagande desiderium quamquam crebioribus litteris per me alias declaratum magis atque magis aperui (et quod aiunt) luce clarius ostendi quibus omnibus sanctitas sua aeque ac debuit gavisa ita mihi respondit ut sese talis animi desideriisque adeo sanctissimi perpetuo memorem fore polliceretur asseretque gratias a se Maiestati Vestrae semel concessas etsi omnes revocandae essent nunquam omnino revocaturum quinimo alias potius quandocunque opus foret accumulaturum quia vero sicut per domini Hieronymi Sernigii litteras nuper accepimus Portugaliae doctores dubitare dixi ne unionum revocatione per ultimam concilii sessionem facta etiam Portugaliae uniones irrite fierent propterea Sanctitas Sua speciales litteras in forma brevis Maiestati Vestrae concessit quibus dictas uniones compositionem apostolicae sedi soluta in perpetuum confirmat quod breve opera et diligentia reverendissimi domini mei domini cardinalis sanctorum quatuor expeditum ad Maiestatem Vestram nunc mittitur eidem Sanctissimo Domino Nostro cum Maiestatis Vestrae litteras quibus me procuratorem sibi constituit reddidissem Sanctitas Sua pergrato id habere animo dixit neque talem fore asseveravit, ut quaecunque Maiestati Vestrae expedirent ac Sanctitatem Suam decerent optime sciens neutri penitendus essem futurus eas vero litteras in quibus de mea ad cardinalatum promotione agitur a me qui-

Digitized by Google

bus oportuit verbis premunitas, cum Sanctitas Sua legisset perhumanum mihi responsum reddidit ac se Maiestati Vestrae potissimum intuitu meis omnibus commodis atque honoribus nunquam defuturam pollicita est ego quanquam benigno hoc et preclaro Maiestatis Vestrae de me apud Sanctitatem Suam testimonio contentus quoscunque honoris ac dignitatis gradus illi posthabendos censeo non abnego tamen quin si Maiestas Vestra exaltationem meam sibi ac filiis et suis in aliquo utilem ac proficuum fore confidit illi sua qua plurimum valet auctoritate tanquam propitio et secundo flatu aspirare perseveret certissime sibi persuadens me qualiscunque fortunae sint futurus una cum reverendissimo domino meo cardinali suis omnibus negotiis indefesso animo semper inserviturum ac domino Michaëli presenti oratori suo caeterisque a Maiestate Vestra quacunque de causa huc mittendis omni ope atque opera presto futurum ne tot ac tantorum beneficiorum quae Maiestas Vestra in me liberalissime contulit omnino ingratus atque immemor videri possim cui me quam humilime possum commendo atque eam foelicissime valore cupio reliquum est ut domini Hieronimi Sernigii germanum coram commendatum per litteras absens Maiestati Vestrae etiam atque etiam commendem pro beneficio in me ipsum collato habiturus quocunque in illius personam conferre dignata fuerit quae iterum ac saepius foelicissime valeat Romae XXIIII Augusti MDXV. E Maiestatis Vestrae humilis servus A. Pucius Camerae Apostolicae clericus[1].

Carta do cardeal Santiquatro a el-Rei

1515—Agosto 24

Serenissima Regia Maiestas humilem comen. etc. *(sic)* Nichil michi profecto gratius nihilve iucundius contingere potuisset, quam intellexisse ex litteris Maiestatis Vestrae dominum Antonium nepotem sibi gratum et acceptum fuisse: et apud Serenitatem Vestram ea gessisse quibus in conspectu eius gratiam promeruerit invenire: cuius quidem rei non dubium

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss. Miscel., vol. 31, fol. 177 v.—A tergo: Excellentissimo Principi ac Serenissimo domino meo Domni Emmanueli Portugaliae et Algarbiorum Regi invictissimo.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

mihi Amplitudo Vestra reddidit testimonium, cum ipsum sponte ac peculiari et innata benignitate sua et Santissimo Domino Nostro et mihi non vulgariter comendandum duxerit pro qua certe singulari pietate liberalitateque praecipua, qua eum tot tantisque muneribus donare dignata est, fateor condignam gratiarum agendarum materiam mihi deesse, verum quas maximas possum, et ago et habeo agamque semper, et habeo gratias immortales, unum illud silentio minime praetereundum existimavi Celsitudinem Vestram eiusmodi non vulgaris dilectionis, sed potius solide protectionis indicio et me et totam familiam meam licet prius sibi mancipatam arctori tamen quodam servitutis vinculo obnoxiam perpetuo fecisse, eam quoque serviendi atque obsequendi studiosiorem et promptiorem reddidisse quod ad commendationis Maiestatis Vestrae attinet cum eundem dominum Antonium unice diligam eumque non secus ac unici, atque charissimi filii loco habeam, commendationes ipsas, vel gravissimo iudicio suo, seu et benevolentia, fateor mihi gratissimas fuisse: cui si quid inde honoris aut utilitatis provenerit, id procul dubio tanti faciam quam si mihi ipsi obtingeret imprimisque intercessionibus Serenitatis Vestrae deinde gratiae Sanctissimi Domini Nostri tribuendum sensebo, a quo cuiusque clarissimis progenitoribus si quid boni Puciorum familia habet habere fatetur, idque totum illis acceptum refert et ab eisdem et non immemor recognoscit. Valeat diu foelicissima Serenitas Vestra cui me iterum humiliter commendo. Romae ex palatio apostolico die XXIIII Augusti M. D. XV.—E Maiestatis Vestrae—Humilis servitor—Laurentius Cardinalis Sanctorum IIII.or [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1515—Dezembro 14

Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum nobiscum per litteras et internuncios diligenter egisset charissimus in Christo filius noster Franciscus Francorum Rex Christianissimus

[1] *Copia; na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 174.—A tergo: Serenissimo Principi ac excellentissimo domino Domno Emanueli Portugalliae et Algarbiorum etc. *(sic)* Regi invictissimo.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

ut eum ad nos accedere vellemus intellexiremusque de illius recto atque in Sedem hanc Sanctam universamque christianam rempublicam propenso animo multaque spem nobis faciebant si is se ad nos contulisset fore ut eiusmodi congressus noster aliquid certe boni ad communem omnium christifidelium utilitatem pararet, libenti animo annuimus, ut Bononiam ad nos veniret itaque ille ad tertium idus Decembris huc veniens palam quidem ita omnis pii ac religiosi Sedemque hanc atque nos reverentis et observantis principis ac vere regis partes implevit ut nihil neque a nobis neque ab ulo ex venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui prope universi nobiscum erant desideraretur secretioribus vero in sermonibus colucutionibusque nostris cum illius animum atque mentem diligentius pretentaremus, studia cogitationisque ipsius omnes ad rem christianam tuendam iuvandam atque amplificandam conversas atque directas cognovimus ipsum et probum et mirifice prudentem et alti erectique animi tum fidei ac constantiae admirabilis plenum, tum ut nihil deesse in illo quod ad rem faciat plane possit etiam facilem ad curas reliquas suas omnes desideria spes conatus remittendos perspeximus dum illa tam pia tam iuxta tam fructuosa, tam sane pernecessaria in communem nostrum et Christi hostem turcam expeditio non verbis, ut saepe alias sed re et opera ut nostro quidem tempore per que multis supra nos annos nunquam unanimi omnium consensu conspirationeque suscipiatur, quae cum vidissemus, regisque animum quasi quod manu tangitur tenuissemus; est ne plane bonus hoc est aperto liberalique ingenio preditus egimus quidem primum omnipotenti Deo innixi genibus gratias qui nobis eius filii vicarium in terris indigne quidem gerentibus dederit ut tantum regem, tanta virtute tanta religioni, tanto rerum gerendarum initio ea etate iis opibus ad eam profectionem suscipiendam tam alacrem, tam nobis et cum Sede hac Apostolica coniunctum tam nobiscum votis et studiis certantem quasi de coelo missum haberemus deinde has ad Maiestatem tuam litteras dandas duximus quibus tibi ea omnia significaremus quae quidem pro tua religione et fide proque tuis eiusdem fidei causa multa impensa singulari perseverantia incredibili labore novis inusitatisque ac prope inauditis antea suscepti peregrinationibus et bellis fore tibi gratissima non dubitavimus tamen etiam ut Maiestatem tuam per Redemptoris nostri crucem passionemque hortaremur, quando imminere nostris servicibus turcarum tyrannum acerrimum ac bellicosissimum vides qui si alia argumenta nobis desint, ut quid in nos moliantur sciri providerique possit regna Croaciae

Digitized by Google

atque Ungariae repintino impitu nuperrime aggressus partemque non parvam eorum regnorum depopulatus multis mortalibus quod sane miserrimum est ad abrogandam Christi fidem in nostrum obprobrium adductus certe nos docet, sese reliqua omnia christiani nominis loca ditionemque universam nisi quamprimum ei obviam eatur uno cursu atque tenore subversurum, ut te nobiscum ad tam pulchrum opus tam tibi honorificum tam Deo gratum pares, atque ita quidem pares, ut reiectis reliquis consiliis tuis omnibus nihil cogites nisi hoc unum quod quidem maxime omnium cogitandum aggrediendum conficiendumque est speramus nam in ipso cuius causa agimus Domino si ad nostram regisque francorum coniuntam voluntatem tuam etiam voluntatem tuam prudentiam auctoritatem tuas opes alacri magnoque animo adiunxeris fore ut quae alii omnes multorum seculorum reges vix optare ausi sunt nos adiuvante Altissimo summa cum christiani nominis tuaque praesertim laude celeriter atque facilime consequamur nullus nam reliquorum christianorum regum atque principum erit modo vere christianus sit qui cum nos ad id coniunctos animatosque viderit non se etiam comparet ad bene de christiano nomine pro virili parte in communi re atque causa promerendum quem admodum omnibus his de rebus latius cum oratore Maiestatis tuae sumus loquenti. Accinge itaque te cum Dei benedictione fili noster charissime et dilectissime ad rem cogitationemque hanc tuam preclaram et Domino qui tibi tantum regnorum dedit eorumdem regnorum opes pro me, quo recuperare amissa turpiter à maioribus nostris ea in quibus ipse nasci versarique inter mortales demum etiam mortem pro nobis pati voluit loca terramque plane sanctam possimus ut qui te ille gratum christianae ditionis fines ultimo in orbe terrisque ignotis tuam tantum virtute solus, nulloque adiutore longe lateque promovendo praestitisti media in Europa atque Asia una nobiscum recipienda gratum etiam prebeas possisque ad tuam propriam pristinamque gloriam communis quoque gloriae cumulum adiungere sisque omnium pariter et gratissimus et laudatissimus. Datum Bononiae sub annulo Piscatoris die XIIII Decembris M. D. XV. Pontificatus nostri anno 3.° [1].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 217.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Bulla do papa Leão X aos bispos da Guarda e do Funchal

1516 — Janeiro 10

Leo episcopus servus servorum Dei Venerabilibus fratribus Egitaniensi et Funchalensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem Eximie devotionis sinceritas quam carissimus in Christo filius noster Emanuel Portugalie et Algarbiorum Rex illustris ad nos et Romanam gerit ecclesiam promeretur ut votis suis per que sibi suisque posteris honor accrescat favorabiliter annuamus et ea favoribus prosequamur oportunis Sane pro parte dicti Emanuelis Regis nobis nuper exhibita petitio continebat quod alias nonnulle persone tam nobiles quam ignobiles necnon laici ac universitates communitates et collegia regni Portugalie provide attendentes quod occurrente vacatione ecclesiarum monasteriorum et beneficiorum ecclesiasticorum ad que dum pro tempore vacabant ius patronatus et presentandi personas ydoneas ad eos respective spectabat et pertinebat varie lites questiones differentie et controversie occasione iuris patronatus et presentandi huiusmodi oriebantur in non modicum ecclesiarum monasteriorum et beneficiorum huiusmodi ac illorum edificiorum detrimentum ac in illis divini cultus diminutionem ac cupientes ecclesiis monasteriis et beneficiis predictis eorumque edificiorum reparationi et manutentioni ac inibi divini cultus augmento oportune consulere ius patronatus et presentandi personas ydoneas ad ecclesias monasteria et beneficia huiusmodi respective in prefatum Emanuelem ac pro tempore existentem Portugalie et Algarbiorum Regem transtulerunt illudque eidem Emanueli ac pro tempore existenti Regi liberaliter donarunt prout in diversis publicis instrumentis desuper confectis dicitur plenius contineri et sicut eadem petitio subiungebat nonnulli alii imposterum donare intendant Quare pro parte dicti Emanuelis Regis nobis fuit humiliter supplicatum ut translationum et donationum huiusmodi confirmationem vobis committere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur instrumentorum predictorum tenores ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur pro expressis

Digitized by Google

habentes huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati vestre per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum predictas iam factas ac alias quascunque iuris patronatus et presentandi personas ydoneas ad quecunque ecclesias monasteria et beneficia ecclesiastica in prefatum Emanuelem ac pro tempore existentem Portugalie et Algarbiorum Regem pro tempore faciendas donationes et translationes ac prout illas concernunt omnia in singulis instrumentis iam confectis et conficiendis contenta quecunque auctoritate apostolica confirmare et approbare ac omnes et singulos tam iuris quam facti defectus si qui forsan iam intervenerunt et intervenient in eisdem supplere curetis Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon ecclesiarum et monasteriorum seu regularium locorum in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque Datum Florentie anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quintodecimo quarto idus ianuarii Pontificatus nostri anno tertio[1].

Bulla do papa Leão X a el-Rei

1516—Janeiro 10

Leo episcopus servus servorum Dei Carissimo in Christo filio Emanueli Portugalie et Algarbiorum Regi illustri salutem et apostolicam benedictionem Preclara tue celsitudinis merita que Altissimo et apostolice sedi gratum te multipliciter et acceptum reddunt digne nos excitant et inducunt ut tuis que prodire ex devotionis ardore cernuntur et plurimorum afferre salutem animarum votis favorabiliter annuamus Tua nuper nobis exhibita petitio continebat quod cum ex Ethiopie Affrice atque Indie ac nonnullis aliis partibus quamplures utriusque sexus nigri servi et sclavi ad portum civitatis Ulixbonensis advehantur sepe sepius contingit illos tam propter aeris mutationem quam maris longam peregrinationem vel potius eorum indispositionem ac alias causas tam in navigiis quam in

[1] Arch. Nac., Maç. 21 de Bullas, num. 6.

Digitized by Google

portu ipso ac domibus in quibus reponi solent sacro baptismate non suscepto decedere non sine grandi animarum eorundem periculo Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut tam evidenti animarum dictorum nigrorum et sclavorum periculo obviare aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur qui singularum personarum animarum salutem querimus huiusmodi supplicationibus inclinati quod modernus ac pro tempore existens vicarius preceptorie seu domus Conceptionis Beate Marie militie Jesu Christi dicte civitatis quoscunque utriusque sexus nigros servos et sclavos ex predictis et quibusvis aliis mundi partibus ad dictum portum pro tempore applicantes etiam in ipsis navigiis vel portu aut domibus baptizare possit auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordinamus tibique quod quilibet patronus cuiuslibet navigii seu caravelle in quo seu qua nigri et servi ac sclavi huiusmodi pro tempore deferrentur aut donum ipsorum servorum ducatum unum auri moderno et pro tempore existenti vicario preceptorie huiusmodi in illius fabricam vel alios necessarios usus iuxta ordinationem per te faciendam convertendum perpetuo solvere teneantur statuendi licentiam et facultatem auctoritate et tenore premissis concedimus Quocirca venerabilibus fratribus nostris Egitaniensi et Colimbriensi episcopis ac dilecto filio officiali Ulixbonensi per apostolica scripta mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios tibi ac eidem vicario in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra quotiens pro parte tua aut dicti vicarii fuerint super hoc requisiti presentes litteras ac statutum et ordinationem ac licentiam et facultatem huiusmodi inviolabiliter observari teque et vicarium prefatum illis pacifice frui et gaudere non permittentes eundem vicarium per quoscunque quomodolibet indebito molestari aut perturbari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti ordinationis concessionis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se no-

Digitized by Google

verit incursurum Datum Florentie anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quintodecimo quarto idus Januarii Pontificatus nostri anno tertio[1].

Breve do papa Leão X a D. Diogo, bispo do Funchal

1516—Janeiro 18

Leo Papa x—Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Nuper pro parte tua nobis exposito quod tu qui in partibus Indie iurisdictionem habes ordinariam non sine magno periculo ad dictas partes personaliter accedere poteras, et propterea vestes sacerdotales et alia ornamenta ecclesiastica ad divinum cultum necessaria per vicarium seu vicarios ad id per te deputandos in illis partibus benedicendi licentiam tibi concedi petebas. Nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, vestes sacerdotales et alia ornamenta ecclesiastica huiusmodi per vicarium seu vicarios ad id per te pro tempore deputandos in eisdem benedicendi per alias nostras in forma brevis litteras prout in illis plenius continetur licentiam et facultatem concessimus. Cum autem sicut etiam nobis exponi fecisti, tu in Ethiopia seu Guinea, et nonnullis aliis locis civitatibus terris et insulis, ad que etiam sine grandi periculo te personaliter conferre nequis similem habeas iurisdictionem nobis humiliter supplicari fecisti ut litteras et per eas tibi concessas licentiam et facultatem predictas ad Ethiopiam seu Guineam ac loca civitates terras, et insulas huiusmodi extendere et ampliare, aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, litteras et per eas tibi concessas licentiam et facultatem predictas ad Ethiopiam seu Guineam ac omnia et singula alia civitates, terras, insulas oppida et loca quecunque nunc et pro tempore tibi subiecta ad que sine periculo huiusmodi te pro tempore personaliter conferre nequibis, ita quod tu tam illarum quam presentium litterarum vigore vestes sacerdotales et alia ornamenta ecclesiastica huiusmodi in civitatibus, terris, insulis,

[1] Arch. Nac., Maç. 21 de Bullas, num. 17.

Digitized by Google

oppidis et locis tibi pro tempore subiectis predictis per vicarium seu vicarios ad id per te pro tempore deputandos benedicere libere et licite valeas extendimus et ampliamus, tibique concedimus pariter et indulgemus: Non obstantibus omnibus illis que in dictis litteris voluimus non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Florentie sub annulo Piscatoris die XVIII januarii MDXVI. Pontificatus nostri anno tertio[1].

Carta do cardeal Santiquatro a el-Rei

1516—Janeiro 19

Serenissima Regia Maiestas humile comeñ etc. *(sic)* Legi animo libentissimo humanissimas Maiestatis Vestrae litteras quibus solita sua clementia mihi insinuare dignata est mea erga se observantia ac devotionem tum suorum litteris tum et rebus ipsis sibi in dies clariorem perfectioremque innotescere Ego quidem amplitudini Vestrae sicut alias eidem significavi ita etiam nunc ingenue fateri possum me ob multiplicia Maiestatis Vestrae et presertim erga sedem apostolicam ac rempublicam christianam benemerita tenacissime iandiu sibi addictum fore in nepotem vero meum dominum Antonium ob innumera honoris et benevolentiae beneficia largissime impensa, ac denique in me tanti amoris et pietatis indicia non vulgaria tum litteris tum oratoribus suis saepius dulcissime repetita, tantum sibi debere quantum nec verbis exprimere nec opere prestare posse intelligo: non cessabo propterea quantum vires, ingenium, et industria patientur, talem me erga ipsam resque suas apud Romanam Curiam pro tempore occurrentes liquido exhibere qualem bonum ac fidelem decet servitorem provide circa Maiestatis Vestrae desiderium pro illustrissimo filio suo ad cardinalatus dignitatem promovendo quid actum sit ex brevi Sanctissimi Domini Nostri et litteris magnifici *(?)* oratoris sui ea plenius intelliget insuper propterea multa benemerita Francisci Palleae Maiestatis Vestrae servitoris a fidedignis mihi relata cogor ipsum sibi plurimum commendare eidemque ex animo supplicare ut iusta intercessione Sanctissimi Domini

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 13.

Digitized by Google

Nostri dignetur poenam sibi commutare super quo amplitudo Vestra faciet rem Maiestati Regiae congruam magnanimitati ac clementiae suae non alienam mihi vero gratissimam quam Dominus ad vota foelicem conservet Florentiae die XVIII Januarii M. D. XVI—E Maiestatis Vestrae—Humilis servitor Laurentius Cardinalis Sanctorum IIII.or[1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1516—Janeiro 19

Charissimo in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem Dilectus filius magister Antonius Pucius notarius noster nobis nuper exposuit dilectum filium Franciscum Palea militem militiae Jesu Christi, cuius Maiestas tua perpetuus administrator per sedem apostolicam deputatus existit quondam fratrem suum consobrinum eum in possessione bonorum perturbantem verberasse seu etiam vulneribus efficisse propter quod Maiestas tua eumdem Franciscum in certa pecuniarum summa condemnavit et ad partes Africae ad tempus annorum octo etiam relegavit et licet sedes apostolica clericos et religiosas personas a iudicibus ecclesiasticis ad dictas partes ob eorum excessus et crimina per eos perpetrata relegatos absolvere et penam huiusmodi commutare consuevit ipseque Franciscus ob singularem devotionem quam eum ad nos et sedem predictam ex praefati Antonii relatione gerere cognovimus, cum eundem Antonium tempore quo in tuo regno noster et dictae sedis nuntius fuit omni honoris genere fuerit prosequutus speciali gratia et remissione dignus videatur Maiestatem tamen tuam duximus hortandam ut intercessione nostra poenam hanc commutare velit et eius loco eidem Francisco mandare ut pro huiuscemodi excessu debeat se nostro et dictae sedis conspectui presentare ac limina apostolorum Petri et Pauli visitare a nobisque penitentiam salutare devote recipere, sicque Maiestatis tuae honori

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 174 v.—A tergo: Serenissimo Principi et excellentissimo Domino Domino Emanueli Portugaliae et Algarbiorum etc. *(sic)* Regi invictissimo.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

ac desiderio nostro qui eumdem Franciscum ob eius erga nos et dictam sedem impensa servitia gratiam aliquam consequi desideramus fieri satis posse speramus Datum Florentiae sub annulo Piscatoris die XIX Januarii M. D. XVI Pontificatus nostri anno 3.°[1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1516—Janeiro 25

Leo Papa X—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit dilectus Joannes Ferron perpetuus commendatarius monasterii Beatae Mariae de Aguiar Cisterciensis ordinis Lamacensis diocesis venerabilis fratris nostri Bernardini episcopi Sabinensis cardinalis Sancte Crucis familiaris continuus commensalis, quod postquam ipse Joannes possessionem regiminis et administrationis dicti monasterii per duodecim annos vel circa pacifice possederat, dilectus filius Rodericus de Mello assertus clericus adversarius maligno ductus spiritu in nostrum et apostolicae sedis contemptum dictum Joannem regimine et administratione huiusmodi temere et de facto spoliaverat, dicti monasterii fructus usurpando, et quod ipse Joannes dictum Rodericum in nostro palatii apostolici auditorio coram diversis dicti palatii auditoribus litigando restitutoriam cum fructuum et expensarum condemnatione contra dictum Rodericum et in sui favorem reportaverat sententiam, litteris executorialibus desuper in forma solita decretis, Quare nobis humiliter supplicari fecit: ut sibi de oportuno debite executionis remedio providere de benignitate apostolica dignaremur, Nos igitur qui iusti iudicis vices gerimus et unicuique ex debito pastoralis officii iusticiam ministrare tenemur, Maiestatem Tuam hortamur in Domino et enixe requirimus: ut pro nostra et apostolice sedis obedientia et reverentia dictum Joannem in corporalem realem et actualem possessionem regiminis et administrationis dicti monasterii vel quasi bonorum eiusdem inducas et inductum defendas, amotis

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss. Miscel., vol. 31, fol. 218.—A tergo: Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

exinde dicto Roderico et quibuscunque aliis occupatoribus iuxta dictarum executorialium vim, formam, continentiam et tenorem; in quo non solum Deo sed etiam nobis rem gratam et acceptam efficies, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Florentie, sub annulo Piscatoris die xxv januarii M. D. XVI. Pontificatus nostri anno tertio [1].

Bulla do papa Leão X

1516 — Janeiro 26

Leo episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Fidei constantis integritas eximieque devotionis affectus quibus carissimus in Christo filius noster Emanuel Portugalie et Algarbiorum Rex illustris erga nos et sedem apostolicam clarere dinoscitur merito nos inducunt ut eum paterno confoventes affectu precibus suis quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus Sane pro parte prefati Emanuelis Regis nobis nuper exhibita petitio continebat quod cum alias predecessores sui Portugalie et Algarbiorum Reges domum de Batalha ordinis fratrum Predicatorum de observantia Ulixbonensis diocesis in toto Portugalie regno celeberrimum construxerint edificaverint ac dotaverint et inibi plura eorumdem Regum corpora sepulta fuerint tam ipse Emanuel quam alii Reges predecessores prefati domum ipsam miris donis et ornamentis ac vasis aureis et argenteis ac aliis opibus et mobilibus ac immobilibus bonis pro prosecutione et manutentione edificiorum ipsius domus ac quamplurimorum in ea degentium fratrum sustentatione necnon aliis ad divinum cultum neccessariis ornarunt decorarunt et ampliarunt et cum res et bona predicta nulli convenientius et melius quam priori ipsius domus pro tempore existenti qui temporalis et ammovibilis esse consuevit committi et assignari possint verendum est quod nisi prior ipse probatissime vite et fidelitatis ac vigilantissimus et in talibus expertus existeret profecto non modicum eidem domui ex hoc detrimentum afferri posset non sine eorum-

[1] Arch. Nac., Maç. 34 de Bullas, num. 31.—*Sobrescrito*: Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

dem Regum scandalo ac divini cultus diminuitione Quare pro parte prefati Emanuelis Regis nobis fuit humiliter supplicatum ut quod de cetero nullus in priorem dicte domus eligi possit nisi vite ac fidelitatis et experientie probatissime ipsique Emanueli et Portugalie et Algarbiorum Regi pro tempore existenti gratus et acceptus existat ac electio aliter pro tempore facta nullius sit roboris vel momenti statuere et ordinare aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur qui domorum et aliorum locorum religiosorum felicem statum nostris potissime temporibus adaugeri suppremis desideramus affectibus huiusmodi supplicationibus inclinati quod de cetero nullus in priorem dicte domus eligi possit nisi vite ac fidelitatis et experiencie probatissime ac eidem Emanueli et Portugalie et Algarbiorum Regi pro tempore existenti gratus et acceptus fuerit ac electio aliter pro tempore facta nullius sit roboris vel momenti auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordinamus Quocirca venerabilibus fratribus nostris archiepiscopo Ulixbonensi et Egitaniensi ac Colimbriensi episcopis per apostolica scripta mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios eidem Emanueli ac regibus prefatis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes ac quotiens pro parte eorumdem regum fuerint super hoc requisiti faciant auctoritate nostra eosdem Emanuelem et pro tempore existentes reges prefatos statuto et ordinatione ac aliis singulis premissis pacifice frui et gaudere non permittentes eos per quoscunque desuper quomodolibet indebite molestari aut perturbari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac monasterii et ordinis predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque et indultis ac litteris apostolicis illis forsan concessis confirmatis et innovatis quibus etiam si ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua ac de verbo ad verbum non autem per generales clausulas idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma servanda esset illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad ver-

Digitized by Google

bum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti ordinationis mandati et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Florentie Anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quintodecimo septimo kalendas februarii Pontificatus nostri anno tertio [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1516 — Fevereiro 13

Leo Papa x — Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem Dudum ut persone nobis grate, et accepte de preceptoria Beate Marie de Leza Oliverum sive oliveram de Hospital et Montem Oto preceptorias eiusdem ordinis Sancti Joannis Hierosolymitanensis Portugallensis et Elborensis sive aliarum respective diocesium providere possemus dispositioni nostre reservavimus, et eveniente casu vacationis huiusmodi de preceptoria Beate Marie de Leza dilecto filio Emanueli Noronga cubiculario et familiari continuo commensali nostro ut peroperis effectum familiaritatem suam nobis gratam sibi cognoscat providimus prout in aliis nostris apostolicis litteris plenius cognoscetur. Attamen non sine animi nostri displicentia accepimus quod cum nostro et camere nostre apostolice nomine illius possessio caperetur a quodam Alvaro Pinto eiusdem ordinis milite qui hanc preceptoriam ad se spectare arbitratur vi et armata manu impedita fuit. Cum igitur stante reservatione nostra de illis disponi non potuerit a quoquam Maiestatem tuam hortandam in Domino et enixe requirendam duximus pro sua in nos et sedem apostolicam reverentia velit hunc et quoscunque alios illicitos detentores a possessione dicte preceptorie amoveri facere et mandare et dicto Emanueli vel eius procuratori iuxta tenorem litterarum apostolicarum consignari una cum fructibus et ut hoc omnino fiat Maiestatem tuam omni studio requirimus

[1] Arch. Nac., Maç. 20 de Bullas, num. 36.

Digitized by Google

eique non vulgarem in modum sed ex animo commendamus Datum Florentie sub anulo Piscatoris die XIII februarii MDXVI Pontificatus nostri anno tertio [1].

Bulla do papa Leão X

1516—Fevereiro 16

Leo episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam In supereminentis apostolice dignitatis specula meritis licet imparibus divina disponente clementia constituti ad ea nostre considerationis aciem solicite dirigimus per que personarum quarumlibet persertim sub religionis iugo Altissimo famulantium et pro orthodoxe fidei defensione pugnantium commodis et necessitatibus ac animarum saluti consulatur illisque honor accrescat et persone a recta benevivendi norma deviantes ad statum honestatis gressus suos dirigendum reduci valeant ac alia concedimus prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem dilectorum filiorum nobilis viri Georgii ducis Colimbriensis Sancti Jacobi de Spata Sancti Augustini et de Avis Cisterciensis ordinum militiarum in regno Portugallie magistri generalis per sedem apostolicam deputati ac universorum fratrum earumdem militiarum supplicationibus inclinati ut fratres et milites militiarum earumdem in eorum prospero et tranquillo statu quietius vivere possent, quod ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus fratres dictarum militiarum ratione excessuum et delictorum per eos pro tempore perpetratorum per sedem predictam et prefatum Georgium magistrum et alios earumdem militiarum superiores pro tempore existentes duntaxat iuxta excessuum et delictorum qualitatem corrigi et puniri deberent apostolica auctoritate statuimus et ordinavimus districtius inhibentes archiepiscopis episcopis aliisque ordinariis quibusvis in quorum civitatibus et diocesibus beneficia et alia bona ad eosdem fratres pertinentia consistebant ne dictos fratres occasione delictorum et excessuum huiusmodi etiam ratione beneficiorum ecclesiasticorum per eosdem fratres pro tem-

[1] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, num. 38.—*Sobrescrito*: Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

pore obtentorum quorum collatio provisio seu quevis alia dispositio ad eosdem archiepiscopos episcopos et alios ordinarios pertinebat seu in quibus visitationis officium eis competebat perturbare aut inquietare presumerent quoquo modo decernentes quoscunque processus et sententias per archiepiscopos episcopos et alios ordinarios prefatos contra eosdem fratres extunc faciendos et habendos nullos et invalidos nulliusque roboris vel momenti existere prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte eorumdem Georgii magistri et fratrum petitio continebat premissis non obstantibus magister et fratres predicti sepenumero per locorum ordinarios comunitates civitatum universitates opidorum dominos temporales et diversas alias ecclesiasticas et seculares personas in dies diversis mediis et exquisitis coloribus in rebus personis et bonis molestentur illisque iniurie et iactare inferantur et diversis processibus involvantur militieque huiusmodi nullos habeant in communi speciales fructus seu proventus ad processuum et iurium earumdem militiarum huiusmodi tuitionem defensionem seu prosecutionem limitatos seu deputatos. Pro parte eorumdem Georgii magistri et fratrum nobis fuit humiliter supplicatum ut eis in premissis de oportune subventionis ope providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem Georgium magistrum et fratres ac eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati quod de cetero perpetuis futuris temporibus tertia pars fructuum reddituum et proventuum cuiuscunque primi anni quarumcunque preceptoriarum etiam commendariarum nuncupatarum dictarum militiarum in dicto regno consistentium quotiens illa simul vel successive per cessum vel decessum seu quavis aliam dimissionem illa obtinentium etiam apud sedem predictam preterquam ex causa permutationis vacare contigerit pro thesauro dictarum militiarum tanquam et debita pro defensione iurium sit et esse ac in predictos et alios licitos et honestos militiarum earumdem usus converti debeat ita quod fructus huiusmodi penes duos fratres cuiuslibet dictarum militiarum fide et facultatibus idoneos qui ipsarum militiarum thesaurarii nuncupentur et per magistros earumdem militiarum pro tempore existentes eligi debeant teneantur et custodiantur nec aliquo modo nisi de magistrorum

Digitized by Google

et magniprioris ac iudicum militiarum earumdem pro tempore existentium voluntate et assensu exponi possint Quodque liceat prefato Georgio et pro tempore existentibus militiarum huiusmodi magistris et diffinitoribus in capitulo generali per fratres earumdem militiarum electis preceptorias prioratus beneficia loca omnia et personas dictarum militiarum in capite et in membris reformare necnon stabilimenta et statuta licita et honesta ac sacris canonibus non contraria concedere et aliqua iam condita in totum vel in partem tollere mutare corrigere vel modificare seu de omnibus unam compilationem facere Preterea quod dilecti filii moderni et pro tempore existentes magnipriores de Palmella et de Avis monasteriorum dictorum ordinum et militiarum Ulixbonensis et Elborensis diocesium mitra anulo sandaliis cirothecis et aliis insigniis et ornamentis pontificalibus uti ac missas et alia divina officia solemniter celebrare et quotienscunque solemniter celebraverint benedictionem solemnem post missarum vesperorum et matutinarum solemnia populo ibidem existenti dummodo apostolice sedis legatus vel aliquis catholicus antistes ibi presens non fuerit tam in eorum monasteriis quam aliis ecclesiis etiam parrochialibus et locis dictis militiis mediate vel immediate subiectis elargiri ac vestes vasa et alia ornamenta ecclesiastica et sacerdotalia ad divinum cultum necessaria et pertinentia quotienscunque opus fuerit benedicere ac omnibus et singulis dictarum militiarum subditis fratribus et vasallis idoneis quatuor minores ordines seu primam clericalem tonsuram alias tamen rite conferre necnon omnes et singulas etiam parrochiales ecclesias eisdem militiis subiectas ac capellas altaria et cimiteria earumdem ecclesiarum aqua primitus ut moris est per aliquem catholicum antistitem benedicta quotienscunque effusione sanguinis vel seminis polluta fuerint reconciliare ac omnium et singulorum utriusque sexus christifidelium quorumcunque eisdem prioribus confiteri volentium confessiones audire et a quibuscunque casibus preterquam sedi predicte reservatis etiam ab illis quorum absolutio de iure vel consuetudine locorum ordinariis reservata existit absolvere et eis penitentiam salutarem iniungere ac eucharistie et alia ecclesiastica sacramenta ministrare Necnon easdem indulgentias et peccatorum remissiones quas archiepiscopi episcopi abbates et alii prelati ecclesiastici eorum subditis de iure vel consuetudine concedere possunt ipsi magnipriores omnibus et singulis fratribus militibus subditis et vasallis dictarum militiarum tam secularibus quam ecclesiasticis et religiosis quorumcunque ordinum et sexus utriusque concedere Quodque tam dicti magnipriores quam ce-

Digitized by Google

teri preceptores et religiosi presbyteri militiarum predictarnm eorum parrochianos subditos et vasallos predictos quotiens opus fuerit ab omnibus et singulis eorum peccatis excessibus et delictis non tamen sedi prefate reservatis et a quibus prefati ordinarii absolvere possunt confessionibus eorum diligenter auditis eisque penitentiam salutarem iniungere. Necnon quod prefatus Georgius et pro tempore existentes dictarum militiarum magistri necnon fratres et persone quecunque earumdem omnibus et singulis exemptionibus immunitatibus privilegiis gratiis indultis et concessionibus in spiritualibus et temporalibus dicto ordini Cisterciensi illiusque personis et locis in genere vel in specie per sedem predictam hactenus quomodolibet concessis confirmatis et approbatis ac iteratis vicibus innovatis uti potiri et gaudere possint et valeant perinde ac si dictis militiis et earum singularibus personis per sedem eandem concessa forent eaque ad easdem militias illarumque magistros priores preceptores fratres ecclesias et loca ac personas familiares et vasallos presentes et futuros in genere se extendere eaque illis expresse concessa esse Demum quod priores preceptores et persone quicunque militiarum huiusmodi pro tempore existentes ubicunque constituti ad observantiam ieiuniorum adventus et aliorum quorumcunque preterquam illorum ad que observanda ceteri christifideles tenentur minime teneantur nec astricti sint sed carnibus temporibus quibus alii christifideles vescuntur quarta feria cuiuslibet ebdomade duntaxat excepta sine scrupulo conscientie libere vesci quodque singuli ex fratribus militiarum huiusmodi sex missas pro salute animarum omnium defunctorum celebrando a celebratione duarum missarum pro singulis fratribus defunctis militiarum huiusmodi quolibet anno necnon milites et fratres militiarum earumdem in sacris non constituti qui contra Christi nominis inimicos huiusmodi indefesse militare non cessant psalmos penitenciales cum eorum letania et orationibus solitis aut officium Beate Marie Virginis seu defunctorum recitando a recitatione certi numeri orationis dominice et salutationis angelice ad que tenentur absoluti sint et aliter celebrare seu recitare nisi prout illis indebitur minime teneantur nec ad id a quoquam inviti compelli possint et valeant auctoritate apostolica prefata tenore presentium etiam statuimus et ordinamus. Quocirca universis et singulis archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus prioribus et aliis prelatis ac personis in dignitate ecclesiastica et ubilibet constitutis per apostolica scripta mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras et in illis contenta que-

Digitized by Google

cunque ubi quando et quotiens opus fuerit ac pro parte Georgii magistri fratrum priorum et preceptorum aliorumque quorum interest predictorum seu alicuius eorum desuper fuerint requisiti publicantes ac eis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra statutum et ordinationem per easdem presentes facta huiusmodi ac omnia et singula in eisdem presentibus litteris contenta per quoscunque locorum ordinarios et alios cuiuscunque dignitatis status gradus vel conditionis existentes per excommunicationis et alias sententias censuras et penas ecclesiasticas seu temporales etiam pecuniarias firmiter observari non permittentes eosdem Georgium magistrum priores preceptores et alios quorum interest per prefatos locorum ordinarios seu alios quoscunque desuper quomodolibet molestari Et nichilominus eos quos statutum et ordinationem ac alia premissa in presentibus litteris contenta minime observasse et illis contravenisse eis constiterit censuras huiusmodi incurrisse declarent et in eventum declarationis eiusdem ac legitimis super hiis servatis processibus censuras ipsas quotiens opus fuerit iteratis vicibus aggravent et loca in quibus eos morari seu ad que declinare contigerit ecclesiastico supponant interdicto contradictores quoslibet et rebelles per censuras easdem appellatione postposita compescendo invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus felicis recordationis Bonifatii Pape VIII predecessoris nostri qua inter alia cavetur ne quis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices a sede deputati predicta extra civitatem vel diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant et de duabus dietis in concilio generali edita dummodo aliquis auctoritate presentium ultra tres dietas non trahatur et aliis apostolicis constitutionibus et predictorum et quorumvis aliorum ordinum ecclesiarum et locorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis privilegiis quoque et indultis apostolicis illis et quibusvis locorum ordinariis et personis tam ecclesiasticis quam secularibus concessis quibus inquantum effectui presentium in aliquo preiudicarent etiam si ad illorum derogationem de illis illorumque totis tenoribus de verbo ad verbum specialis specifica et expressa mentio habenda aut aliqua alia exquisita forma servanda esset tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum presentibus inserrentur pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris

Digitized by Google

hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque Aut si ordinariis et personis prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel diferri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Ceterum quia difficile foret presentes litteras ad singula queque loca in quibus expediens fuerit deferre volumus et dicta auctoritate apostolica decernimus quod illarum transumptis manu alicuius notarii publici inde rogati subscriptis et sigillo alicuius curie ecclesiastice aut persone in ecclesiastica dignitate constitute munitis ea prorsus fides in omnibus et per omnia tam in iudicio quam extra illud adhibeatur que presentibus adhiberetur si essent exhibite vel ostense Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis statuti ordinationis mandati derogationis voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Florentie anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo quintodecimo quintodecimo kalendas martii Pontificatus nostri anno tertio [1].

Carta d'el-Rei ao papa

1516 — Fevereiro 25

Muyto Samto in Christo padre e muyto beem aveenturado Sennhor. O voso devoto e obediemte filho dom Manuel per graça de Deus Rey de Portugal e dos Algarvees daaqueem e daallem maar em Africa Sennhor de Guinee e da comquista navegacam e comercio de Etiopia Arabia Persia e da Imdia com toda omildade emvio beijar seus samtos pees. Muyto Samto

[1] Arch. Nac., Gav. 5, Maç. 2, num. 5.

Digitized by Google

in Christo padre e muyto beem aveemturado Senhor Recebeemos huum breve de vossa Santidade sobre o caso de Françisquo Palha açerqua do qual nos encomendava que quisesemos teer todo boom respeito e seu castiguo remetesemos a Vosa Santidade e a ella o emviaseemos. Certo que em neemhuũa cousa em que Vosa Santidade mostrase receber de nos servico e prazer nam he outro noso desejo e vomtade salvo que quamto o servico fose mayor, tanto seeria de mayor noso comtentamento e com neemhuũa poderyamos receber mayor alegria que com aquella em que imteiramente lhe satisfizesemos. Pero Vossa Santidade saiba que em haveer agora posto neesta asy como por seu breve vymos nos deu asaz cuidado por seer o casso cometido por Francisquo Palha grave e feyo acerqua de nosa justiça e muy junto do lugar homde estamos com nosa corte e em feyto em que elle tinha recebido de nos muyto favor que elle mal esgardou, mas que estas calidades hy aja e foram juntas outras muyto maiores Nam veemos que posa seer cousa mais dyna que obedeçer as recomendacoes de Vosa Santidade que pera tudo o que for de seu servico agora e seempre aveemos de tomar como mandados pera como taaes as comprir E por iso asy como nos espreve ho emviamos a Vosa Santidade. A qual acerqua delle e de seu castiguo desponha como for sua vontade e sobre iso mais largamente esprevemos a dom Miguel da Sylva noso embaixador ho que a Vosa Santidade dyra de nosa parte. Muyto lhe pedymos e sopricamos por merce lhe dee imteira fee e cremça. Muyto Samto in Christo padre e muyto beem aveemturado senhoor noso Senor Deus por muytos teempos conserve Vosa Santidade a seu samto servico sprita em Almeirim a xxv dias de fevereiro 1516[1].

Carta d'el-Rei a Micer Antonio

1516 — Fevereiro 25

Reverendo Micer Amtonio Nos dom Manuel per graça de Deus Rey de Portugall e dos Algarves daaquem e daaleem maar em Africa Senhor de Guinee e da comquista navegacam e comercio de Etiopia Arabia Persya

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 19, Doc. 126.

Digitized by Google

e da Imdia vos emvyamos muyto saudar. Vymos a carta que nos emviastes sobre Francisquo Palha e por veermos que este seu casso tomaaes tamto sobre vos e sabeermos que sobre elle por voso respeito o samto Padre e o cardeal voso tio e o duque tam emcaregadamente nos spreveem e posto que ao samto Padre em tudo ajamos de servir asy como for ha vomtade de sua Santidade E quando imteyramente e a todo seu contentamento ho fezermos seera o mayor prazer que podemos receber. E ao cardeal voso tio e asy ao duque desejeemos asy comprazer como a pesoas a que teemos muy grande amor e afeiçam e como requerem seus gramdes merecimentos sede certo que pello voso tereemos muy primcipal respeito a pospoer a obrigacam da justiça a que somos tam obrigado e ho descomtemtamento que recebemos de cam grave feyto foy o que fez o dito Francisco Palha por muytos respeitos porque nam soomente foy grave maleficio o que fez na pesoa dhomeem tamto seu paremte e do pay do qual muy booas obras teem recebidas e tanbem por o fazer tam junto do lugar em que estamos com nosa corte que vos sabees, mas esgardou tam mal quamto favor nesto de nos recebeo *(sic)* abastara pera com justiça graveemente seer castigado, tudo nos prouve leixar por veermos com quanta vertude nisto obraaes e por folgarmos de vos fazer merce e favor E á esa corte ho emviamos segundo o desejo do breve do Samto Padre E sede certo que pera as cousas de vosa homrra teemos muyto booa vontade Scripta em Almeirym a xxv dias de fevereiro 1516[1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1516 — Abril 28

Leo Papa x—Carissime in Christo fili salutem et apostolicam benedictionem Exponi nobis nuper fecisti quod alias dilectus filius magister Antonius Puccius subdiaconus ecclesie Florentinensis noster et apostolice sedis cum potestate legati de latere ad te et regnum tuum Portugallie et Algarbiorum nuncius destinatus, de speciali nostro et dicte sedis mandato,

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. 2.ª, Maç. 63, Doc. 144.

Digitized by Google

vigore certarum nostrarum literarum in forma brevis, a nobis super declaratione, moderatione taxatione et specificatione preceptoriarum militie Jesu Christi, ex aut super fructibus certorum monasteriorum et ecclesiarum dicti regni emanatarum eidem nuncio facto, intendens inter alia fructus redditus et proventus monasteriorum et ecclesiarum huiusmodi super excrescentes preceptoriis seu commendatoriis eiusdem militie erigendis huiusmodi cedere et accrescere, declaravit et specificavit et in declaratione et specificatione huiusmodi ecclesiam Sancte Marie Dalciera Colimbriensis diocesis nominavit, et ex illius fructibus pro preceptoria desuper erigenda bona ad valorum centum nonaginta ducatorum ascendentia dismembravit, et dismembrari mandavit, prout in eiusdem nuncii literis seu instrumentis publicis desuper confectis dicitur plenius contineri, et in eadem expositione subiuncto quod dicta ecclesia Beate Marie Dalciera in rerum natura non erat, et ne militia ipsa detrimentum propterea pateretur, cupiebas aliam ecclesiam seu monasterium loco predicte ecclesie Dalciera nominandi et specificandi licentiam tibi concedi, ac declarationem et specificationem per prefatum nuncium factas predictas et quecumque inde secuta pro illorum subsistentia firmiori nostro et dicte sedis munimine roborari, Quare nobis humiliter supplicari feçisti ut eiusdem militie indemnitati consulere, ac tuo pio desyderio in premissis annuere et opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati declarationem et specificationem predicta ac prout illas concernunt omnia et singula contenta in dictis literis seu instrumentis quorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur haLere volumus pro expressis, auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et confirmamus, supplentes omnes et singulos tam iuris quam facti defectus si qui forsan intervenerint in eisdem: et nihilominus tibi ut per te vel aliquem desuper a te deputandum prelatum tam loco predicte Dalciera quam aliarum ecclesiarum et monasteriorum in dictis literis et instrumentis nominatorum et specificatorum que in rerum natura non reperiuntur seu in modificatione et specificatione huiusmodi minime comprehendi possunt, alia ecclesias et monasteria similis valoris nominare et deputare, ac specificare possis et valeas eisdem auctoritate et tenore licentiam et facultatem concedimus. Quocirca venerabilibus fratribus Egitaniensi et Funchalensi episcopis per presentes committimus et mandamus quatenus ipsi vel eorum alter, per se vel alium seu alios tibi in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, ac quotiens pro parte tua

Digitized by Google

fuerint super hoc requisiti, faciant auctoritate nostra presentes literas et in eis omnia et singula contenta predicta inviolabiliter observari, teque confirmatione approbatione nominatione et concessione predictis pacifice frui et gaudere, non permittentes te et prefatam militiam per quoscumque desuper indebite molestari, contradictores quoslibet et rebelles censuris ecclesiasticis et aliis iuris remediis appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque, Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXVIII aprilis M. D. XVI. Pontificatus nostri anno quarto [1].

Carta do cardeal S. Severino a el-Rei

1516 — Junho 19

Serenissime et Excellentissime Rex etc. per binas literas Maiestatis Vestrae et coram per oratorem suum qui hic apud pontificem agit, requisitus fui, ut prefatae Maiestatis intuitu permitterem reverendum Franciscum Cortereal alumnum suum esse in quieta ac pacifica, ut nunc est, possessione ecclesiarum unius quidem Sanctae Mariae de Ribera alterius Sanctae Mariae de Gondesende Bracharensis diocesis cederemque iuri omni ad easdem ecclesias competenti, quod per mortem Gondisalvi familiaris mei ad me devolutum esset: visis his litteris ac sermone prefati oratoris audito, prompto, ac hylari animo iuribus meis cessi, ut ipsa per cedulam meam sibi ab oratore suo transmittendam videre poterit, pro quo invicem peto ut de eo quod paulo post rogaturus sum, gratiam facere dignetur. Venerabilis Bartholomeus Lupi clericus Ulyxbonensis diocesis, capellanus meus, rector est parrochialis Sancte Mariae de Reboedans, et Sancti Bartholomei de Negreda. Quas ecclesias dictus Condisalvus familiaris meus legitime et pacifice possidebat, eo mortuo, cum iure familiaritatis, ad me spectarent, visus est mihi idoneus prefatus Bartholomeus Lupi

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 9.— *Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio Emanueli Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

quem de huiusmodi beneficiis providerem, diuturna ac fideli servitute de me benemeritum qui tamen impeditus est hucusque a quibusdam detentatoribus earum possessionem consequendi. Quod quia iniuste fit et in preiuditium iurium meorum supplico Maiestati Vestrae ne ipsi capellano meo amplius iniuriam fieri patiatur et ad hoc ipsum requisita, favorem ei et auxilium suum praestare dignetur quatenus absque aliquo huiusmodi detentatorum impedimento possessionem dictarum ecclesiarum adipiscatur et in ea, ut iustum est, manuteneatur, quod mihi gratissimum ab eadem Maiestate Vestra continget conaborque cum potero, gratiam reddere. Quam interea Deus Optimus Maximus perpetua fortunae foelicitate, et rerum gestarum gloria, ut facit, in dies augeat et amplificet cui me plurimum commendo. Romae decimo tertio kalendas iulias M. D. XVI.

E Serenissimae Maiestatis Vestrae—Humilis servitor F. Cardinalis de Sancto Severino[1].

Breve do papa Leão X ao Secretario d'Estado

1516—Julho 24

Leo Papa x—Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam intelleximus dilecto filio Emanueli Norogne clericço Funchalensi camerario et familiari continuo commensali possessionem quarundam preceptoriarum Hospitalis Sancti Joannis Jerosolimitani, quas superioribus temporibus anteaquam vacarent nostrae et apostolicae sedis dispositioni reservaveramus, ac cum postea per obitum illarum ultimi possessoris vacavissent, eidem Emanueli contuleramus quibusdam regiis mandatis impediri: scribimus ad Maiestatem istam de ea re diligenter, uti ex nostrarum literarum exemplo, quod habebis cum his literis, plane perspicies. Id quoniam ab Rege impetrari maxime cupimus; certumque nobis est, te huic negocio, si voles, plurimum profuturum, devotionem tuam hortamur in Domino ut rem favore et auctoritate tua quantum in te est iuves: atque ita cures, ut Emanuel ipse, qui tui studiosissimus est, virtutesque tuas

[1] Arch. Nac., Gav. 15.ª, Maç. 18, num. 32.—*Sobrescrito:* Serenissimo ac Excellentissimo Domino Domino meo observantissimo Domino Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi etc.

Digitized by Google

apud nos semper predicat, dictarum preceptoriarum possessionem absque ulla difficultate quamprimum assequatur. Id si feceris, caeteraque Emanuelis negocia, quae agenda istic erunt, recte curanda suscipies, praeterquam quod nobis rem gratissimam facies, Emanuelem ipsum tibi perpetuo devincies; et is res tuas apud nos, si quando ei dabitur occasio, diligenter itidem procurabit. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII Julii M. D. XVI. Pontificatus nostri anno quarto [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1516—Julho 24

Leo Papa X—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Intelleximus non sine magna animi nostri displicentia Maiestatem tuam posteaquam nos superioribus temporibus Sanctae Mariae de Leca et Oliveri de Hospital ac Elvas et Montis octo preceptorias Hospitalis Sancti Joannis Jerosolimitani nostrae et apostolicae sedis dispositioni reservaveramus; ac cupientes eiusmodi reservationem nostram effectum omnino sortiri, venerabili fratri episcopo Colimbriensi per nostras litteras mandaveramus, ut cum primum preceptorias ipsas per cessum vel decessum quondam Joannis Coeglio illarum ultimi possessoris vacare contigeret, illarum possessionem caperet, ne quis in illis se intruderet: illasque cum per eiusdem Joannis obitum extra romanam curiam defuncti vacasse eas intellexissemus, dilecto filio Emanueli Norogne clerico Funchalensi camerario et familiari nostro continuo commensali, homini quidem nobis propter eius modestiam plurimasque virtutes, in nos autem merita et fidem singularem grato admodum et accepto contuleramus: quibuscunque secularibus iudicibus regni tui sub poenis precepisse, ne litteras ullas apostolicas preceptorias ipsas concernentes quovis modo publicarent, neve eas quomodolibet exequerentur. Quod quidem a Maiestate tua profectum esse vix adduci possumus ut credamus. Nam cum illam

[1] Arch. Nac., Maç. 30 de Bullas, num. 6.—*Sobrescrito:* Dilecto filio Antonio Carnero Regis Portugaliae Secretario.

Digitized by Google

praedecessorum nostrorum romanorum pontificum et nostri sedisque huius apostolicae observantissimam esse omni tempore cognoverimus: speramus te provisionibus apostolicis in familiares nostros, subditos tuos presertim tibique addictissimos factis favere potius, quam se illis opponere: ea maxime causa quod ex pluribus litteris nostris, quibus tibi Emanuelem praefatum diligenter commendavimus perspicere plane potuisti, illum inter eos esse qui nobis grati admodum et accepti sunt, quorumque operam nostris in servitiis quotidie adhibemus. Quare utcunque se res habeat, Maiestatem tuam et hortamur et ex animo totoque affectu nostro requirimus, ut pro paterna in Domino charitate in te nostra, tuaque in nos sedemque hanc apostolicam reverentia et cultu quem maximum esse semper ostendisti, velis tum provisionum sedis apostolicae, nostrique et ipsius sanctae sedis honoris, tum Emanuelis hominis quidem singularis in te fidei et observantiae rationem habere: atque ita efficere, ut iudices, quos in executione eiusmodi provisionis nostrae deputavimus; mandata nostra libere et absque ullo impedimento, ut par est, exequi possint: quo Emanuel preceptoriarum praedictarum possessionem cum integra fructuum perceptione pacifice assequi possit. Id etsi iustum conveniensque est te facere: illud tum movere etiam Maiestatem tuam debet, quod non modo de nobis deque sede hac sancta in hoc ipso optime mereberis, Emanuelemque subditum tuum benignitate et liberalitate tua dignum maximo beneficio affices: sed etiam in eo dilectum filium Joannem Norognam Emanuelis fratrem, qui multis iam annis Maiestati tuae, ut accepimus diligenter inservit: cuique Emanuel ipse preceptorias praedictas cum primum illarum pacificam possessionem assecutus fuerit, est resignaturus: quo suscepto ab Joanne habitu per eius religionis fratres suscipi solito Hospitali Jerosolimitano eius studia et officia nunquam desint. Equidem Maiestas tua cognoscere iam potest, quam nobis cordi sit, ut Emanuel eiusmodi possessionem quam pacifice quamque primum assequatur: scripsimus enim tibi hac ipsa de re pluries et diligenter. Itaque feceris nobis rem perquam gratam, si dederis operam effecerisque ut cognoscamus neque frustra totiens interposuisse nos pro eo apud te favorem auctoritatemque nostram, et Emanuel ipse spe, quam in nostra, tuaque gratia locavit, non frustretur. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIIII julii M.D.XVI. Pontificatus nostri anno quarto [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 34 de Bullas, num. 19.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugaliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Bulla do papa Leão X a el-Rei

1516—Julho 25

Leo episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Emanueli Portugallie et Algarbiorum Regi illustri salutem et apostolicam benedictionem. Constantis erga nos et sedem apostolicam devotionis probata sinceritas, et singularis orthodoxe fidei zelus, quibus tanquam perspicuum iubar in orbe terrarum clarere dinosceris, merito nos inducunt, ut petitionibus tuis, quas ad publicam utilitatem divini cultus augmentum, et infidelium oppressionem pertinere conspicimus gratum prestemus assensum, easque favoribus et gratiis prosequamur oportunis. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet olim postquam palus de Mina prope opidum de Mina Ulixbonensis diocesis aquis desiccata fuerat, et illius terre ad culturam reducte fuissent, tamen postea tempore succedente propter ingentes expensas ut verisimiliter creditur, quas coloni et agricole in manutenendo terras dicte paludis arabiles aquis siccas et cultivas subire cogebantur, paulatim terras ipsas colere, et remedia necessaria pro illarum cultura facere omiserunt, ipsaque palus ad pristinam suam naturam rediit, adeo quod ibidem terre de presenti non coluntur, nec reperitur aliquis ob graves impensas, quas in ipsius paludis desiccatione fieri necesse est, qui illius desiccationi intendat, te excepto, qui utilitati subditorum tuorum, et aeris salubritati dicti opidi libenter intendens illorumque cupidus omni studio, arte, et impensa ad id necessariis paludem ipsam desiccari et ad culturam reduci, illamque fertilem et arabilem effici desideras quod cum non sine magna impensa efficere posse confidas, velles omnes decimas ex fructibus in terris dicte paludis si illa ad culturam reducatur, et arabilis ac fertilis reddatur, ex crescentibus pro tempore provenientes per te in prosecutionem belli Aphrice, quod contra perfidos Christi nominis hostes, partes dicte provincie Aphrice occupantes continue geris et successores tuos Portugallie Reges pro tempore existentes, ac in manutentionem duorum perpetuorum capellanorum seu plebanorum qui parrochiali ecclesie dicti opidi cui decime ipse quando dicta palus coleba-

Digitized by Google

tur persolvi consuerant perpetuo deserviant in divinis, et non alios usus convertendos tibi per nos concedi. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum ut tuo pio desiderio in hac parte favorabiliter annuere aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati apostolica auctoritate tenore presentium tibi pro te, tuisque successoribus prefatis omnes et singulas decimas fructuum in terris tam predicte quam quarumcunque aliarum in tuis regnis et dominiis consistentium paludum quas tuis opera et impensa desiccari et cultivas arabiles et fertiles reddi contigerit pro tempore excrescentium per te in prosecutionem dicti belli, et dictos successores tuos Portugallie Reges pro tempore existentes, et manutentionem perpetuam singulorum duorum perpetuorum capellanorum seu plebanorum qui in dicta et singulis aliis parrochialibus ecclesiis quibus deberentur decime ratione paludum quas pro tempore desiccari contigerit ut prefertur divina officia assidue celebrare debeant et non in alios usus convertendas, ex certa nostra scientia et de apostolice potestatis plenitudine perpetuo concedimus et elargimur Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et elargitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sextodecimo octavo kalendas Augusti Pontificatus nostri anno quarto[1].

Bulla do papa Leão X ao Infante D. Affonso

1516—Setembro 12

Leo episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Alfonso de Portugalia clerico seu scolari Ulixbonensi Salutem et apostolicam benedictionem Nobilitas generis necnon laudabilia tue puerilis etatis inditia ex quibus

[1] Arch. Nac., Maç. 22 de Bullas, num. 48.

Digitized by Google

prout fidedignorum testimoniis accepimus verisimiliter concipitur quod te in virum debeas producere virtuosum merito nos inducunt ut illa tibi favorabiliter concedamus que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna Dudum siquidem omnes prioratus conventuales certis tunc expressis modis qualificatos pro tempore et quorumvis ordinum regulares tunc vacantes et in antea vacaturos collationi et dispositioni nostre reservavimus decernentes extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari Cum itaque postmodum prioratus monasterii per priorem soliti gubernari sancte Crucis Colimbriensis ordinis sancti Augustini Colimbriensis diocesis quem bone memorie Petrus episcopus Egitaniensis ex concessione et dispensatione apostolica in titulum vel commendam obtinebat per obitum eiusdem Petri qui extra Romanam Curiam debitum nature persolvit vacaverit seu quatinus ipse Petrus episcopus prioratum ipsum in commendam obtineret commenda per obitum huiusmodi cessante adhuc eo quo ante commendam eandem vacabat modo vacet ad presens nullusque de illo quatinus dictus Petrus episcopus illum in titulum obtineret preter nos hac vice disponere potuerit sive possit reservatione et decreto obsistentibus supradictis Nos tibi qui ut asseris in octavo vel circa tue etatis anno constitutus ac carissimi in Christo fili nostri Emanuelis Portugalie et Algarbiorum Regis illustris natus existis ut litterarum studio operam dare et commodius sustentari valeas de alicuius subventionis auxilio providere premissorum que indiciorum intuitu specialem gratiam facere volentes teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes necnon verum et ultimum dicti prioratus si illum dictus Petrus episcopus in commendam obtinebat vacationis modum etiam si ex eo quevis generalis reservatio etiam in corpore iuris clausa resultet presentibus pro expresso habentes motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate prioratum predictum cuius fructus redditus et proventus ad duomilia ducatorum auri de camera in libris camere apostolice taxati repperiuntur sive premisso sive alio quovismodo aut ex alterius cuiuscunque persona seu per liberam resignationem dicti Petri episcopi si illum in titulum ut prefertur obtinebat vel cuiusvis alterius de illo in dicta curia vel extra eam etiam coram

Digitized by Google

notario publico et testibus sponte factam aut constitutionem felicis recordationis Johannis Pape XXII predecessoris nostri que incipit Execrabilis vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici quavis auctoritate collati vacet etiam si tanto tempore vacaverit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta concilii ad sedem apostolicam legitime devoluta ipseque prioratus dispositioni apostolice specialiter vel alias generaliter reservatus existat et ad eum consueverit quis per electionem assumi eique cura immineat animarum super eo quoque inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa dummodo si ipse Petrus episcopus illum in commendam obtinebat tempore datum presentium non sit in eo alicui specialiter ius quesitum cum annexis si qua sunt ac omnibus iuribus et pertinentiis suis tibi si adhuc clericali caractere insignitus non sis postquam clericali caractere insignitus fueris per te quoad vixeris etiam una cum omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et quorumvis ordinum regularibus que etiam ex quibusvis concessionibus et dispensationibus apostolicis imposterum obtinebis ac pensionibus annuis quas super quibusvis fructibus redditibus et proventibus ecclesiasticis tibi pro tempore assignata percipies in futurum tenendum regendum et gubernandum ita quod debitis et consuetis ipsius prioratus suportatis oneribus liceat tibi de residuis illius fructibus redditibus et proventibus disponere et ordinare sicuti illum in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et preciosorum mobilium dicti prioratus tibi penitus interdicta auctoritate apostolica commendamus decernentes si dictus Petrus episcopus prioratum predictum in titulum prout est si actemptatum forsan est hactenus et si in commendam obtinebat ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari Quocirca venerabilibus fratribus nostris Asculanensi et Cumanensi episcopis ac dilecto filio officiali Colimbriensi per apostolica scripta motu simili mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios te recepto prius a te nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam solito iuramento vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem prioratus iuriumque et pertinentiarum predictorum inducant auctoritate nostra et defendant inductum amoto exinde quolibet detentore facientes te ad eum admitti tibique de illius fructibus redditibus proventibus iuri-

Digitized by Google

bus et obventionibus universis integre responderi contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo Non obstantibus pie memorie Bonifacii Pape VIII etiam predecessoris nostri et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasterii et ordinis predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque et indultis apostolicis monasterio et ordini predictis forsan concessis quibus etiam si ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica et expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales id importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma servanda esset illorum tenores pro sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque Aut si aliqui super provisionibus seu commendis sibi faciendis de prioratibus huiusmodi speciales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum quibus omnibus te in assecutione dicti prioratus volumus anteferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem prioratuum vel beneficiorum aliorum preiudicium generari seu si venerabili fratri nostro episcopo Colimbriensi et dilectis filiis conventui dicti monasterii vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint quodque de huiusmodi prioratibus vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri seu commenda fieri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua eiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis proviso quod propter commendam huiusmodi dictus prioratus debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura in eo si qua illi immineat nullatenus negligatur sed eius congrue supportentur onera antedicta Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis commende mandati derogationis decreti et voluntatis infrin-

Digitized by Google

gere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sextodecimo pridie idus Septembris Pontificatus nostri anno quarto [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1516—Setembro 19

Leo Papa x—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Dudum ex certis causis tunc expressis numerum militum militie Jesu Christi..... administrator per Sedem Apostolicam deputatus existit qui assidue pro fide nostra contra Christi nominis hostes militant augere cupientes nonnullas preceptorias dicte militie per quasdam sub plumbo..... certa bona iura obventiones et emolumenta valorem annuum viginti milium ducatorum auri de camera non excedentia ex fructibus redditibus et proventibus monasteriorum et prioratuum etiam parrochialium ecclesiarum quatenus summa viginti milium ducatorum huiusmodi super monasteriis et prioratibus predictis compleri non posset, in regnis et dominiis Maiestatis Tue subiectis consistentium per certos executores tunc expressos specificatorum sub certis modo et forma perpetuo dimembravimus, et separavimus, illaque sic dimembrata et separata eisdem preceptoriis pro illarum dote proportionabiliter etiam perpetuo applicavimus, et appropriavimus ac eidem Maiestati Tue et pro tempore existenti Portugalie et Algarbiorum Regi milites ad easdem preceptorias nominandi facultatem concessimus, ac dilecto filio Antonio Puccio subdecano ecclesie Florentinensis notario nostro quem pro premissorum executione nuntium nostrum ad Maiestatem Tuam destinavimus per alias diversas nostras in forma brevis literas huiusmodi bonorum, iurium, obventionum et emolumentorum a dictis monasteriis, prioratibus et ecclesiis dimembrandorum tunc et separandorum, et eisdem preceptoriis

[1] Arch. Nac., Maç. 20 de Bullas, num. 30.

Digitized by Google

pro illarum dote applicandorum et appropriandorum taxationem et moderationem commisimus, ipse Antonius nuntius ad eorumdem monasteriorum, prioratuum et ecclesiarum ac eorum singulorum veri annui valoris specificationem dimembrationem, separationem et declarationem ac portionum bonorum iurium obventionum et emolumentorum huiusmodi abbatibus, et prioribus, canonicisque, et monachis monasteriorum et prioratuum ac rectoribus ecclesiarum necnon preceptoribus seu commendatariis preceptoriarum huiusmodi applicationem et appropriationem sub certis modo et forma processit, executores deputavit ac voluit, statuit decrevit et declaravit quod fructus, bona, loca et decime singulorum abbatum, priorum, monachorum canonicorum, et rectorum a fructibus bonis, locis et decimis preceptorum seu commendatariorum huiusmodi separari deberent adeoque abbates, seu priores et monachi seu canonici et rectores non solum fructus sed bona et loca unde huiusmodi fructus, seu decime colligerentur separata et totaliter divisa a fructibus, bonis, et locis preceptorum seu commendatariorum huiusmodi respective haberet: quodque ut dicta separatio equa lance fieret, quod eadem Maiestas Tua per unum vel duos commissarios probos et prudentes viros singula monasteria, prioratus, ecclesias, ac omnia eorum bona obventiones emolumenta tertias decimarum, seu decimas, aliosque fructus, et redditus annuos singulariter inspici et visitari faceret, quibus sic per eos inspectis, et visitatis, diligenterque examinatis, et ponderatis prefati commissarii eisdem abbatibus, prioribus, canonicis, seu monachis, et rectoribus singulorum monasteriorum, et prioratuum ac ecclesiarum huiusmodi portionem seu portiones per eundem Antonium nuntium, ut prefertur, assignatam seu assignatas in melioribus et opportunioribus, ac eisdem monasteriis, prioratibus et ecclesiis utilioribus redditibus, reliqua autem bona preceptoribus seu commendatariis, et hoc infra biennium a dicta data computandum assignari deberet, aliaque fecit et ordinavit prout in suis ac predictis literis plenius continetur: Cum autem sicut accepimus tam ob prefati Antonii nuntii a regnis et dominiis tuis predictis discessum, quam gravia et assidua bella que contra perfidos Marochitarum et Fecensis Reges ac alios infideles tam in Africa quam aliis Ethiopie, Ara. . . . . ndie locis, etiam ultra vires tuas sumptibus tuis fecisti, et in illis multa damna et incommoda passus fuisti monasteria prioratus, ecclesias ac eorum bona, obventiones et emolumenta adhuc tota. . . . . et visitari, assignationemque portionis, seu portionum bonorum, obventionum, et emolumentorum huiusmodi eisdem abbatibus prio-

Digitized by Google

ribus canonicis monachis rectoribus et preceptoribus seu commendatariis respective.... facere infra dictum biennium, cuius finis de proximo instare noscitur non potueris Nos igitur in premissis opportune providere ac militie huiusmodi indemnitati consulere volentes tempus seu biennium huiusmodi ad monasteria, prioratus, ecclesias, ac eorum bona obventiones et emolumenta totaliter inspici et visitari assignationemque portionis seu portionum, bonorum, obventionum, et emolumentorum huiusmodi eisdem abbatibus, prioribus, canonicis, monachis, rectoribus et preceptoribus seu commendatariis respective fieri faciendum ad aliud biennium a fine primo dicti biennii computandum auctoritate apostolica tenore presentium prorogamus et extendimus. Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis que in singulis literis predictis non obstare videntur, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII Septembris M.D.XVI Pontificatus nostri anno quarto [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1516—Setembro 24

Leo Papa X—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Nuper dilectum filium Alfonsum de Portugallia natum tuum in octavo suae aetatis anno constitutum, nobis et fratribus nostris acceptum, quamprimum vigesimum primum dictae aetatis annum attingeret, postquam clericali caractere insignitus foret, si eo nondum insignitus esset, ecclesiae Egitaniensis tunc certo modo vacantis administratorem in spiritualibus et temporalibus usque ad vigesimum septimum eiusdem aetatis annum de eorundem fratrum consilio per quasdam auctoritate apostolica fecimus; Et deinde, cum vigesimum septimum annum huiusmodi attigisset, de persona sua eidem ecclesiae providimus, ipsumque illi prefecimus in episcopum et pastorem, et interim donec Alfonsus natus

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 24.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalie et Algarbiorum Regi Illustri.
Documento, em partes, lacerado.

Digitized by Google

tuus ad vigesimum primum annum huiusmodi perveniret, ne interim ecclesia ipsa administratore et pastore careret, dilectum filium Michaellem de Sylva clericum Ulixbonensem tuum apud nos oratorem interim administratorem dictae ecclesiae per alias sub plumbo deputavimus. Et deinde per reliquas in forma brevis litteras, quia dudum antea cum eodem Alfonso, ut cum primum decimum quintum dictae aetatis annum attingeret ecclesiae cathedralis seu metropolitanis administratorem, usque ad vigesimum septimum dictae aetatis annum dari, et deinde illi prefici et preesse valeret dispensaveramus: Ne idem Alfonsus gratiae dispensationis sibi concessae huiusmodi frustraretur effectu, sibique litterae deputationis administrationis ecclesiae Egitaniensis huiusmodi valerent, plenarique roboris firmitatem obtinerent, et sibi suffragarentur in omnibus et per omnia ac si in illis de huiusmodi dispensatione sibi concessa mentio facta, quaeque ipse Alfonsus in dicto octavo anno vel circa constitutus erat, ipsumque Alfonsum, cum primum decimum quintum annum huiusmodi attingeret, dictae ecclesiae Egitaniensis administratorem deputabamus, expressum fuisset, concessimus et indulsimus, ac potiori pro cautela ipsum Alfonsum, cum primum decimum quintum annum huiusmodi attingeret, ex certa nostra scientia ac potestatis plenitudine administratorem dictae ecclesiae Egitaniensis deputavimus, ac dictam administrationem eidem Michaelli commissam, cum primum ipse Alfonsus ad dictum decimum quintum annum pervenerit, cessare et expirare eo ipso decrevimus, ac eidem Michaelli, ut ex tunc de cetero de ea quoquo modo se intromitteret; sub excommunicationis latae sententiae poena inhibimus, ac per alias etiam sub plumbo litteras prioratum Sanctae Crucis ordinis Sancti Augustini Colimbriensis diocesis tunc certo modo vacantem eidem Alfonso per eum quoad viveret, tenendum regendum et gubernandum, postquam clericali caractere insignitus foret, si nondum eo insignitus erat, commendavimus; prout in singulis litteris predictis plenius continetur. Dictusque Michael administrator dictae ecclesiae Egitaniensis orator tuus Maiestatem tuam procuratorem ad deputandam personam seu personas idoneas ad gerendum curam in spiritualibus et temporalibus dictae ecclesiae Egitaniensis donec administratio sibi commissa durabit, constituit, prout in instrumento desuper confecto dicitur plenius contineri. Cupitque, prout ipse Michael nobis exposuit, mandatum procurationis huiusmodi pro illius subsistentia firmiori apostolicae sedis munimine roborari. Nos itaque desiderantes fructus ecclesiae Egitaniensis ac prioratus huiusmodi donec prefatus Alfonsus ad dictum

Digitized by Google

decimum quintum annum pervenerit diligenter colligi ac bene et laudabiliter distribui mandatum procurationis in personam tuam factum huiusmodi auctoritate apostolica tenore presentium approbamus, et confirmamus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, teque dicti Alfonsi donec ad dictum decimum quintum annum pervenerit, legitimum administratorem deputamus, tibique ut mensae episcopalis Egitaniensis ac prioratus huiusmodi fructus redditus et proventus huiusmodi percipere colligi et tenere, ac illos tam in ecclesiae Egitaniensis ac prioratus et Alfonsi huiusmodi necessitatibus quam prosecutione belli contra infideles Africae, prout magis cognoveris, et tibi videbitur expedire, super quo conscientiam tuam oneramus, convertere libere et licite valeas licentiam et facultatem concedimus, non obstantibus premissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque Datum Viterbii sub annulo Piscatoris die XXIIII Septembris M.D.XVI Pontificatus nostri anno quarto [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1517 — Janeiro 28

Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem Cum dudum venerabili fratri Joanni Baptistae episcopo Cavallicensi referendario et prelato nostro domestico ex certis causis quod dilecto filio Vascho Marini rectore parrochialium ecclesiarum Sanctae Mariae de Moneon *(Moncorvo?)* et Sancti Mametis de Noviscoso *(Troviscoso?)* Bracharensis olim Septensis diocesis decedente seu eius in dictis ecclesiis mediato vel immediato successore cedente vel decedente, et ecclesiis ipsis quovis modo vacantibus etiam apud Sedem Apostolicam et ex causa permutationis liceret sibi ad easdem ecclesias liberum habere accessum per quasdam indulserimus ac postmodum motu proprio in certum tunc expressum eventum certa bona parrochialium ecclesiarum partium illarum quarum fructus se-

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 37.—*Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

xaginta ducatorum auri de camera secundum communem existimationem valorem annuum excederent praeceptoriis militiae Jesu Christi ex tunc infra annum ad nominationem tui, qui ipsius militiae perpetuus administrator per Sedem Apostolicam deputatus existis per nos erectis sub certo modo et forma per alias nostras litteras applicaverimus prout in eisdem litteris plenius continetur nos iure consonum atque equum et honestum esse censentes per huiusmodi applicationem praefatum Joannem Bautistam episcopum quominus iure et facultate accedendi sibi antea per nos concessis prout convenit gaudere et liberum accessum ad dictas ecclesias illarum occurrente vacatione habere possit nullo modo impediri sed accessum huiusmodi suum plenarium effectum omnino sortiri Magestatem tuam hortamur in Domino et attente requirimus quatenus pro nostra et dictae Sedis reverentia eundem Joannem Baptistam episcopum quem suis exigentibus meritis precipua deligimus in Domino charitate in eventum accessus huiusmodi occurrente dictarum parrochialium ecclesiarum vacatione pretextu applicationis predicte super dictis ecclesiis quoquo modo molestari non permittas sed ei in asequenda pacifica earundem ecclesiarum possessione et libera illarum fructu praeceptione favores et auxilia oportuna exhibeas quod si feceris prout eandem Magestatem tuam facturam speramus rem Magestate tua dignam ac nobis gratam efficies nosque ad complacendum tibi in caeteris arctius invitabimur Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXVIII Januarii M. D. XVII. Pontificatus nostri anno 4.º[1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1517 — Março 11

Leo Papa X—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Duo ab hoc anni iam lapsi sunt, ex quo, dum intellexissemus, inter dilectos filios Accursium de Cazinigo clericum Mediola-

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 208 v.— *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae Algarbiorum Regi Illustri.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

nensem felicis recordationis Julii II predecessoris nostri camerarium nunc quoque nostrum et fratrem Joannem Claro litem in Rota sacri palacii nostri apostolici super monasterio Sancti Joannis de Tharocha Cisterciensis ordinis Lamacensis diocesis indecisam pendere, idemque Accursius pro expeditione huiusmodi causa in suo iure confisus plurimum instaret. Nos, ut Maiestati tuae rem gratam faceremus, et sperantes etiam eiusdem Maiestatis tuae medio et auctoritate aliquo equo et honesto utrinque utili modo rem inter eosdem Accursium et fratrem Joannem componi posse mandavimus in eadem causa supersederi, oratori etiam apud nos tuo nedum semel sed bis terque diximus, ut ad Maiestatem tuam haec eadem scriberet. Cùm autem post tam longam expectationem hactenus nihil actum esset intelligamus, ipseque Accursius in plena signatura nostra, dum illam tenemus, comparuerit coram nobis petendo a nobis sibi iustitiam ministrari, et mandatum de supersedendo auditoribus Rotae, qui administrandi omnibus iustitiam prepositi sunt, et quibus per pontifices absque eorum nota mandari non consuevit, quod in iustitia ministranda supersedeant, nisi ex causa et ad breve tempus per nos factum revocari, et propterea non valentes ipsas honestas querelas ac peticionem ulterius non admittere, ad Maiestatem tuam scribendum et significandum duximus, quod pro ultimo et peremptorio termino usque ad kalendas octobris proxime futuras, quibus aperietur rota supersederi huiusmodi liti decrevimus et non amplius. Interim autem Maiestas tua honesta concordia, ex qua dictus Accursius contentari possit, litem huiusmodi sedare velit, in quo Maiestas eadem tua rem nobis gratam et se dignam faciet, ac nos huiusmodi molestia liberabit, alioquin iustitia, cuius omnibus debitores sumus id exigente contra mentem nostram mandatum de supersedendo in causa huiusmodi a nobis emanatum revocare cogemur, et quemadmodum eidem oratori tuo diximus partibus equa lance iusticiam ministrari permittemus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XI martii M.D.XVII. Pontificatus nostri anno quarto [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 30 de Bullas, num. 4.—*Sobrescrito*. Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Breve do papa Leão X ao bispo do Funchal e ao ministro do mosteiro da Trindade de Lisboa

1517—Março 11

Leo Papa x—Venerabilis frater, et dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Non absque gravi nostri animi displicentia clamosa multorum insinuatio ad nostrum deduxit auditum quod venerabilis frater Alfonsus episcopus Elborensis cuius vite munditia, iusticie zelus et erga sedem apostolicam reverentia ceteris christifidelibus suae cure creditis exemplo esse deberent Dei timore postposito proprie fame et salutis immemor, iamque alterum in sepulchro pedem tenens adeo est mundanis implicitus desideriis, adeo prevaricatione iusticiam, honestatem ludibrio, religionem contemptu, nostraque et dicte sedis mandata fere assidua transgressione prosequit, ut si ita est tanta hominis impunita libido sine maxima Dei offensa populorum scandalo, et nostro et eiusdem sedis dedecore ulterius nequeat tolerari: Quare nos veritatem super his certiori fide cognoscere, et debitum iusticie officium exequi intendentes discretioni vestre da *(sic)* qua in his et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus, per haec scripta mandamus quatinus vos vel vestrum alter super premissis auctoritate nostra inquiratis diligentius veritatem et testes ipsius Alfonsi episcopi vite et morum noticiam habentes examinetis, et eorum dicta atque alia quae desuper inveneritis in formam publicam redacta et vestro seu alterius vestrum clausa sigillo ad nos per proprium nuncium fideliter transmittatis: ut eis intellectis et cum fratribus nostris bene discussis possimus desuper prout iusticia exiget providere, testes autem qui se gratia odio vel timore subtraxerint per censuram ecclesiasticam et alia iuris oportuna remedia appellatione remota compellatis veritati testimonium perhibere. Et quoniam accepimus quod idem Alfonsus episcopus seu eius vicarius vel officialis nonnullas civitates ecclesias et loca ex levissimis et minus iustis causis ecclesiastico passim subiicit interdicto, etiam vobis mandamus, ut si qua ecclesiae civitas aut loca per eundem Alfonsum episcopum vel eius vicarios aut officiales huiusmodi sint supposita interdicto vocatis eisdem Alfonso episcopo

Digitized by Google

et aliis quorum id interfuerit etiam per edictum constito summarie de non tuto accessu de causis propter quas ipsum erit interdictum appositum summarie simpliciter et de plano sola facti veritate inspecta cognoscatis, et ubi inveneritis interdictum huiusmodi ex minus iustis et sufficientibus causis fuisse appositum illud relaxare eisdemque Alfonso episcopo et eius vicariis, ut ab interdicti appositione nisi in casibus a iure concessis de cetero se contineant sub censuris et aliis etiam pecuniariis poenis vestro arbitrio imponendis districtius inhibere auctoritate nostra curetis, invocato etiam si opus fuerit ad premissa auxilio brachii secularis, super quibus omnibus plenam vobis et vestrum cuilibet tenore presentium concedimus facultatem Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papae VIII predecessoris nostri de una, et concilii generalis de duabus dietis et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XI martii M.D.XVII. Pontificatus nostri anno quarto [1].

Carta do cardeal Santiquatro a el-Rei

1517 — Março 12

Serenissima Regia Maiestas humillime commendat. Dominus Accursius de Cazinigo Santissimi Domini Nostri Camerarius inter quem et fratrem Johannem Claro lis quedam vertitur super monasterio Sancti Johannis de Tarocha Lamacensis diocesis ante Sanctissimum Dominum Nostrum in signatura comparetur eiusque Sancti supplicare non cessat ut quamdiu in ea lite supersederi fecerit pluresque sint lapsi termini iustitiam tandem per auditores Rotae coram quibus lis ipsa pendet ministrari mandet: Et quia Sanctitas sua quae Maiestati Vestrae gratam rem facere cupiens per aliquod tempus rem suspensam teneri fecit ut aliqua inter ipsos litigantes concordia fieret iustitiam petentibus, salvo suo et apostolicae sedis honore, negare non potest: Propterea litteras in forma Brevis ad eandem Maiesta-

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 30.— *Sobrescrito:* Venerabili fratri Episcopo Funchalensi, et dilecto filio Ministro Monasterii per ministrum soliti gubernari Sancte Trinitatis Ulixbonensis vel eorum alteri.

Digitized by Google

tem Vestram destinandas duxit illi significante quod pro ultimo ac peremptorio termino usque ad kalendas octobris proximas futuras quibus denuo aperietur Rota in dicta causa supersederi faciet: quo tempore lapso mandatum de supersedendo alias concessum revocare: ac iustitiam ministrari facere cogetur: Ego cum videam fore ut si res iustitiae committatur dictus frater Johannes omnino succumbat: indeque grave dispendium ac dapnum patiatur pro meae erga Maiestatem Vestram servitutis officio ac debito: illi significandum putavi ut si dicto fratri Johanni consultum esse desiderat eum ad concordandum et componendum cum prefato Domino Accursio hortari velit: Ex quo Sanctissimus Dominus Noster non parva molestia liberabitur ac honori etiam proprio satisfaciet Maiestas Vestra ne quis conqueri possit: quod ad instantiam suam iustitia quam prae ceteris rebus ipsa semper coluit ullo modo tardetur vel impediatur: Si pro huiusmodi compositione et concordia facienda Maiestas Vestra suo hic oratori negocium commiserit et ego mea ope vel opera conferre aliquid potero, nulli parcam labori, ut eiusdem Maiestatis Vestrae voluntati ac desiderio prout teneor fidelissime obsequar cui me humillime semper commendo eamque ad vota felicem valere cupio. Romae ex Palatio Apostolico die XII Martii M. D. XVII—E Maiestatis Vestrae—*Humilis servitor Laurentius Cardinalis Sanctorum III.*[or][1].

Carta do Vice-Chanceller a el-Rei

1517—Março 24

Serenissima Regia Maiestas humillime commendat: Quam reverenter ad hunc usque diem Serenissimam Maiestatem Vestram observaverim vel ex hoc facile cognosci potest cum .n. partes tam amici quam servi fidelis sint, ut quos diligit aut observat, de iis reddat certiores, quae nisi caveantur, detrimentum allatura sunt, ego quoque non alienum a perpetua mea vestram erga Maiestatem observantia, me duxi facturum si ea illi si-

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 21, Doc. 57.—*Sobrescrito:* Serenissimo Principi ac Excellentissimo Domino meo Domino Emanueli Portugalliae Algarbiorum etc. Regi invictissimo.

Digitized by Google

gnificarem quibus non nihil incommodi minantibus providentissima vestra Maiestas obviare possit: Versatur iam diu lis ante Reverendos Rotae Auditores, de Monasterio divi Joannis, cui de Tharocha cognomentum est, quodque ad Lamacensem diocesem pertinet, et versatur inter venerabilem fratrem Joannem Clarum, cuius vestra Maiestas protectrix est, et Dominum Accursium Sanctissimi Domini Nostri Camerarium: hec lis sepenumero ampliata, comperendinataque est, Sanctissimo Domino Nostro rem continue suspendi mandante, idque ut clienti Vestrae Maiestatis accommodaret: sed Dominus Accursius conqueritur, seque prosternens ante pedes Sanctissimi Domini Nostri flagitat, ut ne amplius iustitia deprimatur, utque rerum consultissimis et approbatissimis iudicibus, liceat per Sanctitatem suam decernere, quod iustum et equum sit: quibus querelis expugnatus Sanctissimus Dominus Noster quam iuste videbantur, diem kalendarum octobris, in quo iudicium Rotae referatur, praestituit, ac praefixit, tamquam postremam huius causae metam, ultra quam proclastinari non possit; Quamobrem cum videam si Reverendis Auditoribus Rotae hec res denuo committatur, male consultum fore fratri Joanni pro mea in Maiestatem Vestram servitute, utpote qui cupiam, ut omnia ad eius votum succederent, duxi illis significandum é ré prefati fratris Joannis esse, ut ad concordiam induceretur: in quo si mea opera aliquid effici poterit, sentiet me nihil unquam accuratius egisse quam ut Maiestati Vestrae rem gratam facere cui me humillime commendo: et quam felicissime valeat: Romae ex Palatio Apostolico die XXIIII Martii MDXVII:—E Serenissimae Maiestatis Vestrae—Humillis servitor—*Ju. vicecancellarius*[1].

Breve do papa Leão X a Miguel da Silva

1517—Abril 7

Leo Papa X—Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Cupientes te quem nuper administratorem ecclesie Egitaniensis ad certum tempus deputavimus specialibus favoribus et gratiis prosequi, tuis in

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 21, Doc. 65.—*Sobrescrito:* Serenissime ec Invictissime Portugalliae Algarbiorum etc. Regie Maiestati.

Digitized by Google

hac parte supplicationibus inclinati, tibi ut dicta administratione durante, quecunque ecclesias monasteria et alia loca civitatis et diocesis Egitaniensis eorumque personas, in quibus pro tempore existenti episcopo et administratori dicte ecclesie Egitaniensis visitationis officium de iure vel consuetudine competit, per aliquam seu aliquas personam seu personas idoneam seu idoneas ad id per te quotiens tibi videbitur deputandam seu deputandas, visitationis tempore ingruente, etiam duo tria aut plura ex illis visitare, et visitationis huiusmodi ratione debitas procurationes, et alia iuris consueta, ab eisdem ecclesiis monasteriis locis et personis sic visitatis, etiam si ille summam triginta turonensium argenti, quorum duodecim florenum unum auri de Florentia valeant pro qualibet vice excedant, in prompta et numerata pecunia recipere libere et licite valeas: et felicis recordationis Innocentii III et Gregorii X Romanorum pontificum predecessorum nostrorum, et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus, privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis ecclesiis monasteriis locis et personis predictis per sedem apostolicam forsan concessis innovatis et confirmatis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus: auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et indulgemus: nostre tamen intentionis existit, quod hii quorum facultates ad integram solutionem huiusmodi summe supportatis aliis oneribus consuetis non suppetunt, ultra quam iuxta suarum huiusmodi facultatum exigentiam commode possunt, illi vero qui de dicta suma nihil solvere possunt, ad solvendum aliquid pretextu indulti huiusmodi nullatenus compellantur: Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die VII aprilis M.D.XVII. Pontificatus nostri anno quinto [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 29 de Bullas, num. 30.—*Sobrescrito:* Dilecto filio Michaeli de Silva.

Digitized by Google

Bulla do papa Leão X

Serenissimo prinçipe rey y Señor—Jacobo Montero my mayordomo servidor afeçionado de vuestra alteza me ha escrito la mucha voluntad que muestra a my y a mis cosas y que la intencion de vuestra alteza en las diferençias mias y de don Fadrique de Portugal no ha sido de prejudicar mi justiçia: sino ayudar que don Fadrique fuese proveydo segun su persona y estado: y que lo mio se me diese y que a vuestra alteza por su acostumbrada benignidad le desplugo si sus embajadores hizieron otra cosa desto. Y que ha ofreçido su favor para que aquello se haga. Yo lo reçibo en merced señalada de vuestra alteza y asi le suplico afectuosamente que recordandose de my antigua afeçion que yo he siempre tenido y tengo a su real persona y estado y que en lo que se ha ofreçido me he empleado con toda diligençia y que tengo voluntad de hazerlo siempre, plega a vuestra alteza por lo que deve al descargo de su real conçiençia mandar que en su nombre mi justiçia que esta muy clara no sea impedida antes ayudada y favoreçida y que vuestra alteza favorezca a don Fadrique que sea proveido de otra cosa mayor yo avre placer y lo pedire, lo qual recibre en merced singular de vuestra alteza a la qual continuo me encomiendo. Cuya vida y real estado Dios nuestro Señor bienaventuradamente prospere y acreciente. En Roma a IX de Mayo de M. D. XVIII.—humil Servidor de Vuestra alteza—*El cardenal de S.*+ [1].

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 23, Doc. 44.—*Sobrescrito:* Al Serenissimo y invictissimo Principe Rey y Señor el Rey de Portugal y de los Algarbes etc.

Digitized by Google

Bulla do papa Leão X ao cardeal Infante D. Affonso

1518—Maio 15

Leo episcopus servus servorum Dei dilecto filio Alfonso Sanctae Luciae in Septizonio diacono cardinali de Portugalia nuncupato salutem et apostolicam benedictionem. Decet Romanum Pontificem quem pastor ille celestis universis orbis ecclesiis pertulit *ou* postulit ut eos quos ad cardinalatus honorem secus *ou* et una secum universalis ecclesiae onera pro tempore sortiantur *ou* sentiantur ecclesiarum titulis decorare et eorum personas *ou* personis magnis honoribus sublimare. Dudum siquidem sub datum videlicet kalendas Julii pontificatus nostri anno v° te charissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugaliae et Algarbiorum Regis illustris natum ac in octavo tuae aetatis anno constitutum ex certa nostra scientia de fratrum nostrorum concilio ac potestatis plenitudine inter nonnullos alios Sanctae Romanae ecclesiae cardinales assumptos in eiusdem Romanae ecclesiae diaconum cardinalem ad cardinalatus honorem ex tunc prout ex ea die et converso cum ad quartum decimum dictae aetatis annum pervenisses apostolica auctoritate duximus assumendum ac nuper pileum rubeum per especialem nuntium nostrum misimus ut dicto tempore adveniente illo ac aliis quibuscunque cardinalatus insigniis libere et licite uti possis Nos igitur cupientes te prout iuris dictat ratio per amplius honorare tibi de eorumdem fratrum consilio ac potestatis plenitudine necnon auctoritate et scientia preditis ecclesiam Sanctae Luciae in Septizonio de urbe denominationem tui cardinalatus certo modo quem pro expresso haberi volumus vacantem et solo equatam concedimus pariter et assignamus teque eiusdem ecclesiae Sanctae Luciae in Septizonio in diaconum cardinalem preficimus curam et administrationem illius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod tibi assistente gratia divina Sanctae Luciae in Septizonio ecclesia huiusmodi quae ut prefertur solo equata existit per tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum ad Dei laudem ac tui et genitoris tui memoriam multiplicia suscipiat incrementa sic igi-

Digitized by Google

tur de bono in melius virtutum studiis intendas ut merito Romana ecclesia ipsa tale membrum sibi gaudeat advenisse tuque exinde valeas apud nos et Sedem Apostolicam non . . merito commendari Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae M.° D.° decimo Octavo idus Maii Pontificatus nostri anno sexto [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1518 — Maio 17

Leo Papa X — Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem: Dilectum filium Vincentium Confortinum neapolitanum etiam in minoribus constituti et cardinalatus honorem fungentes dum felicis recordationis Julio Pape II predecessori nostro fideliter obsequeretur ob eius virtutes atque fidem vince dileximus et ad apostolatus apicem nobis assumptis eius fides atque erga nos observantia ita grata acceptaque fuit, ut si Romae degendum putasset eius opera uti decrevissemus, quo fit ut illum etiam absentem charum habere debeamus ac proinde eidem Maiestati tuae eundem Vincentium resque suas omnes nostra sponte his litteris nostris commendandas duximus firma spe fidutiaque ducti quod eadem Maiestas tua pro sua solita in nostros nobisque charos regia benignitate nostra praesertim hac accedente commendatione nostroque intuitu eundem Vincentium quem semper rerum et decoris tui studiosum cognovimus resque suas quam commendatas suscipiet, quod ut eadem Maiestas tua facere velit eam plurimum atque plurimum in Domino hortamur pro re grata habituri si nostram huiusmodi commendationem eidem Vincentio rebusque suis intellexerimus profuisse. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVII maii M. D. XVIII Pontificatus nostri anno sexto [2].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 233 v. *e* 240 v.
- *Vidè a nota a pag.* 59.

[2] ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, num. 6. — *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Breve do papa Leão X ao bispo eleito de Utica

1518—Maio 22

Leo Papa x—Dilecte filii salutem et apostolicam benedictionem. Nuper ecclesiae Uticensi certo modo tunc pastore carenti de fratrum nostrorum consilio te in xxiii tuae etatis anno constitutu donec xxvi eiusdem etatis annum attigeres administratorem in spiritualibus et temporalibus constituimus et deputavimus et ex tunc prout cum dictum xxvi annum attigisses de persona tua eidem ecclesie providimus, tecumque ut in dicto xxvi anno dictae ecclesiae preesse et munus consecrationis suscipere et illo uti et postquam munus huiusmodi rite suscepisses pontificalia officia in civitate et diocesi Funchalense de tunc et pro tempore existens episcopi Funchalensis consensu et expressa licentia exercere valeres, motu proprio apostolica auctoritate dispensavimus, tibique pariter indulsimus prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Nos igitur volentes personam tuam nobis et apostolicae sedi devotam tuis exigentibus meritis favore prosequi gratiae amplioris, motu simili tecum ut etiam si defectum natalium patiaris ex rege soluto vel coniugato et soluta seu coniugata dicte ecclesiae preesse illamque in spiritualibus et temporalibus regere et gubernare, et cum primum xxiiii tuae etatis annum attigeris munus predictum alias modo et forma in dictis litteris expressis suscipere et eo uti libere et licite possis Lateranensis concilii et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate prefata tenore presentium dispensamus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxii maii m. d. xviii Pontificatus nostri anno sexto[1].

[1] Arch. Nac., Maç. 30 de Bullas, num. 10.—*Sobrescrito:* Dilecto filio electo Uticense.

Digitized by Google

Bulla do papa Leão X

1518—Junho 9

Leo episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam Romani Pontificis consueta benignitas ea que precipue pro personarum regulari habitu Deo in terris pro exaltatione fidei contra eius nominis inimicos militantum commodo et utilitate emanarunt quandoque alterat et moderat et alias providet catholicorum Regum votis in hiis favorabiliter annuendo prout id conspicit in Domino salubriter expedire Dudum siquidem postquam attendentes carissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugallie et Algarbiorum Regis illustris ad laudem et gloriam orthodoxeque fidei exaltationem christianorumque indemnitatem et commodum contra infideles saracenos et dicte fidei inimicos cum militibus militie Jesu Christi cuius ipse Emanuel perpetuus administrator ... tatus etiam tunc existebat preclara facinora et assidua bella que contra perfidos eiusdem fidei hostes forti et constanti animo gesserat et non minori fidei ardore divina favente clementia totis conatibus gerere intendebat ac cupientes eundem Emanuelem in sancto et pio voto suo ac huiusmodi..... remediis opportune confovere motu proprio tot preceptorias dicte militie quot infra terminum unius anni ex tunc computandi et sub invocationibus que sibi viderentur in monasterio conventu seu militia huiusmodi per quasdam erexeramus ac tot bona et iura monasteriorum et prioratuum usque ad summam viginti milium ducatorum si tot iuxta formam tunc expressam dimembrari poterant alioquin pro eo quod ex dicta summa deesset ex parochialibus ecclesiis per eundem Emanuelem Regem exprimendis et declarandis usque ad dictam summam viginti millium ducatorum saltem pro singulis earundem ecclesiarum rectoribus portione sexaginta ducatorum reservata dimembraveramus et seperaveramus illaque sicut seperata et dimembrata preceptoriis sic erectis proportionaliter pro earum dotibus perpetuo applicaveramus ac dicto Emanueli et pro tempore existenti Regi singulos milites qui contra infideles militassent et nominationem huiusmodi per tempus per ipsos reges statuendum contra ipsos infideles militarent vel alias

Digitized by Google

benemeriti forent ad singulas preceptorias nominandi facultatem concesserimus necnon erectiones dimembrationes separationes appropriationes ac ius et facultatem nominationes per Emanuelem et alios Reges prefatos faciende ex tunc prout ex ea die non ficte sed vere suum verum plenarium et omnimodum et totalem effectum sortitas esse dictasque nominationes vim validarum perfectarum et efficatium apostolicarum provisionum habere ita quod liceret ipsis militibus ad preceptorias . . .as per Regem prefatum nominatis cedentibus vel decedentibus modernis monasteriorum abbatibus ac prioratuum prioribus ac parochialium ecclesiarum a quibus bona dimembravimus et preceptoriis huiusmodi applicavimus rectoribus modernis seu monasteria prioratus et ecclesias huiusmodi quomodolibet dimittentibus et illis quibusvis modis etiam apud sedem apostolicam vacantibus bonorum dimembratorum et applicatorum et pro dotibus assignatorum huiusmodi corporalem et actualem possessionem per se vel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere illorumque fructus redditus et proventus in suos et preceptoriarum huiusmodi usus et utilitatem convertere ordinariorum locorum et quorumvis aliorum licentia super hoc minime requisita mandantes tunc episcopo Septensi ac ministro domus Sancte Trinitatis Ulixbonensis et pro tempore existentibus eorum conscientias super id onerando quatinus ipsi vel eorum alter per se vel alium seu alios fructus redditus et proventus census obventiones et emolumenta a dictis monasteriis prioratibus et parochialibus ecclesiis huiusmodi seperata et dimembrata pro dotibus huiusmodi salvis modificationibus et reservationibus prefatis designarent nominarent et assignarent ipsumque Regem et milites nominatos ad preceptorias huiusmodi in earum et bonorum predictorum possessionem inducerent et inductos defenderent amotis ab eis cedentibus vel decedentibus tunc abbatibus prioribus et rectoribus prefatis seu monasteriis prioratibus et parochialibus ecclesiis huiusmodi alias quovismodo etiam apud sedem predictam vacantibus quibuslibet illicitis detentoribus facerentque de ipsorum bonorum pro dotibus applicatorum huiusmodi fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi per quasdam *(sic)* Et deinde cupientes ne quispiam in assignatione bonorum seperatorum pro dote preceptoriarum huiusmodi iure conqueri posset per alias dilecto filio magistro Antonio Puccio subdecano ecclesie Florentinensis notario et familiari nostro quem ad eundem Emanuelem Regem nostrum et dicte sedis cum potestate legati de latere nuntium duximus destinandum de cuius fide integritate ac industria in

Digitized by Google

Domino plurimum etiam tunc confidebamus commisimus et mandavimus ut diligenter adhibita cura et tali discussione per eum habita ut monasteria prioratus et parochiales ecclesie ultra debitum in assignatione bonorum pro dote preceptoriarum seperatorum huiusmodi non gravarentur seu onerarentur Et deinde pro parte eiusdem Emanuelis Regis nobis exposito licet prefatus Antonius Puccius nuntius posteriorum litterarum huiusmodi vigore in assignatione bonorum a dictis monasteriis dimembratorum et preceptoriis pro illarum dote assignatorum monasteria ipsa non graventur tamen dimembratio et seperatio bonorum a dictis monasteriis non sint recepta a personis dicti regni grato animo diminutis fructibus eorundem monasteriorum illorum abbates dignitatem suam abbatialem ut decet tenere ac onera incumbentia ex reliquis fructibus commode perferre et iura camere apostolice ex illorum vacationibus debita commode persolvere non poterant et in eadem expositione subiungebat quod si seperatio fructuum reddituum proventuum censuum iurium et emolumentorum predictorum a dictis monasteriis et huiusmodi preceptoriis pro illarum dote applicatio cassaretur et annullaretur et eadem quantitas fructuum reddituum proventuum censuum iurium et emolumentorum aliarum parochialium ecclesiarum in regno et dominiis eiusdem Emanuelis Regis consistentium et ad collationem presentationem seu quamvis aliam dispositionem archiepiscoporum episcoporum abbatum et aliarum personarum secularium et quorumvis ordinum regularium spectantium ab illis reservata tamen illarum rectoribus simili portione sexaginta ducatorum separaretur et dimembraretur et dictis preceptoriis quibus fructus redditus et proventus ac census iura et emolumenta dictorum monasteriorum applicata erant eorum loco pro illarum dote applicarentur ex eo monasteriorum indemnitati illorumque monachorum et personarum necessitatibus ac animi quieti plurimum consuleretur Nos ipsius Emanuelis Regis in ea parte supplicationibus inclinati per reliquas nostras litteras fructuum reddituum et proventuum censuum iurium et emolumentorum monasteriorum huiusmodi seperationem et dimembrationem ac illorum preceptoriis pro illarum dote applicationem et per Antonium nuntium illorum designationes nominationes et assignationes factas huiusmodi duntaxat revocavimus cassavimus irritavimus et annullavimus ac omnino viribus evacuavimus easque nullius esse roboris vel momenti fore et esse decrevimus ac tot alia fructus redditus et proventus census iura et emolumenta aliarum parochialium ecclesiarum in regnis et dominiis huiusmodi consistentium et per eum seu ministrum

Digitized by Google

huiusmodi infra terminum unius anni a data priorum litterarum computandum exprimendarum usque ad summam ad quam ascendebant fructus redditus et proventus census iura et emolumenta que a dictis monasteriis erant seperata et dictis preceptoriis pro illarum dote applicata et quorum seperationem et applicationem tunc cassavimus et ab eisdem parochialibus ecclesiis dimembravimus et seperavimus reservata tamen illarum rectoribus simili portione sexaginta ducatorum huiusmodi ac fructus redditus et proventus census iura et emolumenta a dictis parochialibus ecclesiis sic dimembrata eisdem preceptoriis pro illarum dote applicavimus et appropriavimus ita quod liceat ipsis militibus ad preceptorias sic erectas per Emanuelem et alios Reges prefatos nominatis cedentibus vel decedentibus tunc rectoribus dictarum specificandarum parochialium ecclesiarum seu ecclesias ipsas quomodolibet dimittentibus et illis quovismodo vacantibus bonorum tunc dimembratorum et applicatorum ac pro dotibus assignatorum huiusmodi corporalem possessionem per se vel alium seu alios propria auctoritate libere aprehendere illorumque fructus redditus et proventus in suos ac preceptoriarum huiusmodi usus et utilitatem convertere ordinariorum locorum et quorumvis aliorum licentia minime requisita episcopo et ministro prefatis executoribus desuper deputatis prout in singulis litteris predictis plenius continetur Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Emanuelis Regis petitio continebat fructus redditus et proventus parochialium ecclesiarum expressarum huiusmodi non sint equales et aliquarum ex eis adeo tenues quod si ex fructibus cuiuslibet parochialis ecclesie portio sexaginta ducatorum pro rectore reservari deberet preceptorie erecte predicte ex ipsarum ecclesiarum fructibus non haberent summam ad quam ascendebant fructus census iura et emolumenta que a dictis monasteriis fuerant seperata et eisdem preceptoriis pro illarum dote applicata et postmodum cassata verum si ex fructibus redditibus et proventibus quarte partis omnium ecclesiarum huiusmodi expressarum una triginta quinque et alia quadraginta ex una ex reliquis tribus ac alia quinquaginta ducatorum auri de camera portiones pro singulis rectoribus singularum ecclesiarum predictarum ex reliquis tribus partibus ecclesiarum omnium expressarum huiusmodi fructibus redditibus et proventibus dumtaxat reservarentur reliqui autem fructus earundem . . . . . as preceptoriis pro illarum dotibus loco fructuum et emolum . . . . . monasteriorum antea applicatorum huiusmodi assignarentur ex hoc profecto preceptoriarum erectarum dotibus huiusmodi celerius provideretur ipsique mi-

Digitized by Google

lites ex dotibus preceptoriarum onera eis in Africa contra mauros.....
...ndo incumbentia commodius perferre possent pro parte eiusdem Emanuelis Regis nobis fuit humiliter suplicatum ut in premissis opportune providere eiusque honesto desiderio annuere de benignitate apostolica dignaremur Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati portionem sexaginta ducatorum ex fructibus parrochialium ecclesiarum per episcopum seu ministrum expressarum huiusmodi pro illarum rectoribus reservatam ut prefertur moderantes eius loco unam triginta quinque ex quarta et aliam quadraginta ex unius ex reliquis tribus partibus ecclesiarum predictarum ac reliquam quinquaginta ducatorum similium portiones pro singulis ipsarum ecclesiarum rectoribus ex reliquis tribus partibus omnium parochialium ecclesiarum per episcopum seu ministrum expressarum huiusmodi ex ecclesiarum earundem fructibus redditibus et proventibus auctoritate apostolica tenore presentium reservamus et moderationem et taxationem pro portionibus rectorum ecclesiarum earundem pro tempore existentium ex singularum ecclesiarum ipsarum fructibus per presentes factas de cetero perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere auctoritate et tenore predictis decernimus atque mandamus non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon omnibus illis que in dictis aliis litteris voluimus non obstare ceterisque contrariis quibuscunque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre moderationis reservationis decreti et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo decimo octavo Quarto nonas iunii Pontificatus nostri anno sexto [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 29 de Bullas, num. 9.
Documento, em partes, lacerado.

Digitized by Google

Breve do papa Leão X a el-Rei

1518—Junho 19

Leo Papa x—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem: Cum sicut Maiestas tua nobis exponi fecit ipsa zelo devotionis quem ad beatum Franciscum gerit accensa domum eiusdem Sancti Ulixbonensis ordinis fratrum minorum nuper ad regularem observantiam apostolica auctoritate reformatam in suis structuris et aedificiis instaurare proposuerit prout id iam facere incepit Sed quia huic tuo laudabili incepto et tam dictae domus ac fratrum in illa degentium quam christifidelium ad eandem domum pro divinis audiendis pro tempore accedentium commoditatibus vehementer obstant aedificia parrochialis ecclesiae beatae Mariae dos Martires ex opposito dictae domus augusta via interiecta consistentia: et si aedificia ecclesiae huiusmodi solo in plateam redigendo aequarentur, ipsaque ecclesia cum eius telluris superficie et sepulturis in alium locum ipsius ecclesiae parrochianis magis commodum et comparis saltem qualitatis edificiis et campanili qualibus dicta ecclesia ad praesens constat transferretur, profecto tua Maiestas ceptam per te dictae domus restaurationem et ampliationem libentius prosequeretur et ex hoc tam domui quam ecclesiae huiusmodi cum fratrum et parrochianorum praedictorum commoditatibus venustas et decor accrescerent Quare Maiestatis tuae nomine nobis humiliter supplicatum fuit ut in praemissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur votis tuae Maiestatis in hac parte favorabiliter annuentes huiusmodi supplicationibus inclinati Maiestati tue ecclesiam predictam in locum cum campanili et aedificiis huiusmodi per Maiestatem tuam ut premittitur assignandum transferre et traductis prius telluris ipsius ecclesiae tota superficie et sepulturis infra illius ambitum existentibus in locum praedictum postquam constructus fuerit ibi debite colocandis dictae ecclesie edificia in dicti loci sive domus fabricam convertenda, ad unius plateae seu alium usum dirui facere et commutare possit auctoritate apostolica tenore presentium concedimus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis

Digitized by Google

caeterisqùe contrariis quibuscunque: Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII junii M.° D.° XVIII.° Pontificatus nostri anno sexto [1].

Breve do papa Leão X ao Vigario geral da Guarda

1518—Junho 26

Leo Papa X—Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem: Exponi nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Emanuel Portugaliae et Algarbiorum Rex illustris quod cum in loco de Covilhãa Egitaniensis diocesis duae vel plures parrochiales ecclesiae institutae existant quarum una dicti loci et illius incolarum qualitate et numero consideratis ibi sufficeret et ob earum pluralitatem et parrochianorum in tot parrochias divisorum numeri paucitatem illarum aedificia vetustate consumpta et non instaurata ruinae periculis subiaceant rectores vero ex earum fructibus se substentare et episcopalia iura persolvere aliaque eis incumbentia onera perferre commode nequeant si una ex dictis ecclesiis in loco qui ipsi Emanueli Regi commodior videbitur sita duntaxat remanente, reliquae omnes quae duae vel tres sunt perpetuo supprimerentur et extinguerentur aut saltem in capellas simplices redigerentur, et illarum sic suppressarum parrochiae et parrochiani ac bona mobilia et immobilia remanenti ecclesie cum hoc quod illius rector pro tempore existens ad omnia onera quae reliquarum ecclesiarum praedictarum rectoribus incumbunt supportandum arctatus existat perpetuo applicarentur et appropriarentur et edificia translatis inde telluris superficie et sepulturis in illis et earum ambitibus existentibus ad ipsam remanentem ecclesiam congruis in ea locis locandis et sola ad prophanos usus in dicte remanentis ecclesiae utilitatem convertendis redigerentur profecto ex hoc dicta remanens ecclesia facilius conservaretur et illius rector dictorum incolarum spirituali consolationi posset diligentius satisfacere. Quare pro parte dicti Emanuelis Regis nobis

[1] ANCH. NAC., Maç. 21 de Bullas, num. 20.—*Sobrescrito*. Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugaliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

fuit humiliter supplicatum ut alicui probo viro seu loci ordinario in partibus illis ut dimissa una ex dictis ecclesiis quae ei dimittenda videbitur seu in alium locum ad id magis commodum et decentem per eum translata reliquas parrochiales ecclesias praedictas perpetuo supprimerent et extinguerent et illarum parrochiales et parrochianos necnon omnia et singula mobilia et immobilia bona et iura remanenti ecclesiae cum hoc quod illius rector pro tempore existens omnia et singula quae modernis supprimendarum ecclesiarum huiusmodi rectoribus incumbunt supportare teneatur perpetuo applicaret et appropriaret et edificia superficie telluris et sepulturis predictis inde prius ut prefertur translatis et sola sive areas ad usos profanos in dictae remanentis ecclesie utilitatem redigat et redigi permittat et alia faciat circa premissa et servitium dictae remanentis ecclesiae et celebrationem divinorum in ea ac ministerio sacramentorum ecclesiasticorum quomodolibet oportuna et necessaria sibi videbuntur et quae ordinaverit de dilectorum filiorum modernorum dictarum supprimendarum ecclesiarum rectorum consensu vel cum ipsae supprimendae ecclesiae per eorum cessum vel decessum aut quamvis aliam dimissionem vacaverint effectum sortiri debere decernat committere et mandare aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de premissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuae cum dilectus filius Michael de Silva ecclesie Egitaniensis usque ad certum tempus nondum elapsum administrator in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam deputatus et pro parte dicti Regis ad nos et sedem eandem orator destinatus in Romana Curia de presenti resideat, per haec scripta committimus et mandamus quatenus vocatis dictis modernis rectoribus et aliis qui fuerint evocandi de premissis omnibus et singulis per te ipsum te diligenter informes et in eis plenarie ordines statuas et facias prout tibi videbitur faciendum. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXVI junii M. D. XVIII. Pontificatus nostri anno sexto [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 35.—*Sobrescrito:* Dilecto filio Officiali Egitaniensi.

Digitized by Google

Fragmento de carta d'el-Rei (a D. Miguel da Silva?)

1518, pouco depois de 18 de julho[1]

Item dizee a sua santidade que nos lhe quyseramos mandar dar conta deste negocio por ser cousa que nos tamto tocava por vermos quanto amor sua santidade nos tem mostrado e folgar de nos fazer merce em todas nosas cousas: Porem que pella incertidam que os negocios dos casamentos em sy tem lho nam fizemos saber e agora que ha noso Senhor aprouve de se concludir lhe mandamos dar conta por vos porque ainda que nom hera pera lhe pidirmos a merce da despensacam pello amor e muito booa vontade que sabemos que nos tem folgaramos muito de ho fazer e que ho modo em que se asemtou he darnos duzentas mil dobras de dote e dous contos de rendimento cada huum anno pera ajuda da despesa de sua casa e que nos ouvesemos de dar ao filho que Deus nos dese o primeiro que ouvesemos aprazemdo a noso Senhor de nollo dar oitocentos mil cruzados pagos em dinheiro ou rendas que ho vallesem e ysto por noso falecimento e quando elle fose de dezeseis annos e que posto que ouvese muitas rezoes asy da parte del Rey meu irmão como da nosa pera esta cousa se desejar e aver de folgar de se fazer por quanto descamso e asosego se segue a seus reynos e senhorios e aos nosos, a porque mais principalmente com yso folgamos he por nos parecer que ambos juntos nas vontades e nas obras podemos milhor servir a noso Senhor e em tam grandes cousas e tanto de seu servico como elle sabe que nos desejamos e em tall maneira que os desejos de sua santidade sejam compridos.

Item o parentesquo que he sobrinha da rainha que santa gloria aja e da rainha e princesa minhas molheres e ella filha da rainha dona Joana sua irmãa e del Rey Felipe seu pay o qual Rey Felipe era filho de meu primo coirmão que he o enperador filho da enperatriz irmãa do ifante dom Fernando meu pay.

Item comnosquo tem ella parentesquo que he filha da rainha dona

[1] *Data do contracto do casamento a que este documento se refere.*

Digitized by Google

Joanna filha da rainha dona Isabel que eramos primos comyrmãos filhos de duas irmãas.

Esta rainha dona Joanna sua may por parte d el Rey dom Fernando seu pay he minha segunda icomirmãa filhos ella e eu de primos comirmãos porque ho ifante dom Fernando meu pay e el Rey dom Fernando eram primos comirmãos filhos de dous irmãaos e a ifante dona Lianor he minha sobrinha filha de minha segunda comirmãa.

E el Rey Felipe foi filho da duquesa de Bregonha que era minha segunda comirmãa que eramos filhos de primos comirmãaos a saber o duque Charllos de Bregonha e o ifante meu pay filhos de dous irmãos a saber el Rey Duarte e a duquesa velha de Bregonha que eram irmãos [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1518 — Novembro 19

Leo Papa x—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem: Nuper cum plurimis iustitiam et publicam christianae reipublicae utilitatem et necessitatem continentibus causis nobis legitime notis angeremur efficere ut provisiones de Delagadia, Massala et Olivera de hospitali Gundisalvo Pimenta, et de Sanctae Mariae de Leza Alvaro Pinto, et de Helvas et Montoto domorum hospitalis Sancti Joanni Ierosolimitani Colimbriensis, Portugallensis, et Elborensis diocesibus preceptoriis, olim tunc certo ibi expresso modo vacantibus, Alvaro de Gama dictarum domorum preceptoribus dilectis filiis per magistrum et conventum dicti hospitalis factae quibusvis impedimentis sublatis sortirentur effectum, motu proprio et ex certa nostra scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine commendam ad tempus et deinde provisionem de dictis preceptoriis alias per nos dilecto filio magistro Emanueli Norogna clerico Funchalensi notario nostro factas, et super eis ac ipsarum preceptoriarum possessione eidem Emanueli tradenda confectas litteras et processus habitos per easdem et alia quecumque inde sequuta cassavimus et annullavimus et

[1] *Minuta, no* Arch. Nac., Gav. 15.ª, Maç. 13, num. 8.

Digitized by Google

potiori pro cautella omne ius per litteras nostras predictas in preceptoriis huiusmodi prefato Emanueli quoquomodo quesitum ab eodem Emanuele perpetuo abdicavimus et in dictos Gundisalvum, et Alvarum Pinto, et Alvarum de Gama, respective transtulimus dictoque Emanueli tam super dictis preceptoriis quam illarum possessorio silentium imposuimus in perpetuum collationesque et provisiones per magistrum et conventum prefatos, ut premittitur factas, approbavimus et perpetuae firmitatis robur obtinere decrevimus necnon Gundisalvum et Alvarum Pinto, et Alvarum de Gama prefatos, in dictarum preceptoriarum possessionem dicto Emanuele et aliis quibuslibet inde amotis induci et inductos defendi mandavimus, certis desuper exequutoribus deputatis, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur: Cum autem fili charissime propter causas predictas, maiorem conducat in modum, ut dicte nostre posteriores littere sine morae dispendio sortiantur effectum: et ad hoc tuus favor esse noscatur plurimum opportunus Maiestatem tuam hortamur in Domino et studiose requirimus ut dictis Gundisalvo, et Alvaro Pinto, et Alvaro de Gama, vel eorum procuratoribus in apprehendenda possessione huiusmodi et in dicto Emanuele ac quibusvis aliis in preceptoriis ipsis forsan intrusis et intrudendis inde omnino ammovendis favorem et auxilium prebeas, et cum effectu preberi iubeas opportuna: in quo tua Maiestas rem nobis summe gratam efficiet: Datum Pali Portuensis diocesis sub annulo Piscatoris die XIX novembris M. D. XVIII Pontificatus nostri anno sexto [1].

Bulla do papa Leão X ao Infante D. Affonso

1519 — Fevereiro 22

Leo episcopus servus servorum Dei dilecto filio Alfonso Sanctae Luciae in Septem Soliis diacono cardinali de Portugalia nuncupato salutem et apostolicam benedictionem. Romani Pontificis providentia circumspecta ecclesiis et monasteriis singulisque vacationis incommoda deplorare no-

[1] ARCH. NAC., Maç. 29 de Bullas, num. 29. — *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

scuntur ut gubernatorum utilium fulciantur presidio prospicit diligenter et personis ecclesiasticis presertim Sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus quos in partem solicitudinis evocavit Altissimus ut expensarum onera que eos iugiter de necessitate subire oportet facilius perferre valeant et alias in suis oportunitatibus aliquod recipiant relevamen de congrue subventionis opere prout decens est providet oportune Dudum siquidem provisionem ecclesiarum et monasteriorum omnium apud Sedem Apostolicam tunc vacantium et in antea vacantes dispositione et ordinatione nostra reservavimus decernentes ex tunc irritum et inane si secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari postmodum vero monasterium Sanctae Mariae de Alcobaça Cisterciensis ordinis Ulixbonensis diocesis ex eo quod dilectus filius Gregorius nuper ipsius monasterii abbas regimini et administrationi dicti monasterii cui tunc preerat per dilectum filium Michaelem de Silva clericum Ulixbonensis diocesis procuratorem suum ad hoc ab eo spicialiter constitutum in manibus nostris sponte et libere cessit nos qui cessionem ipsam duximus admittendam apud Sedem eandem vacante nos cum eidem monasterii de cuius provisione nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest reservatione et decreto obsistentibus et salubriter dirigi valeat quam tibi qui ut accepimus in undecimo vel circa tuae aetatis anno constitutus existis ut statum tuum iuxta cardinalatus exigentiam dignitatis decentius tenere valeas de alicuius subventionis auxilio providere volentes motu proprio non ad tuam vel alterius parte nobis super hoc oblatae petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate monasterium predictum quovismodo et ex cuiuscunque persona seu per liberam cessionem cuiusvis de illius regimine et administratione in Romana Curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet etiam si tanto tempore vacaverit quod eius provisio iuxta Lateranensis statuta concilii aut alias canonicas sanctiones ad Sedem predictam legitime devoluta existat et ad eandem Sedem ex quavis causa spicialiter vel generaliter pertineat et super eisdem regimine et administratione inter aliquos lis cuius status presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa cum omnibus iuribus et pertinentiis suis tibi per te quoad vixeris etiam una cum Sanctae Luciae in Septem Soliis quae denominatio tui cardinalatus existit ac omnibus et singulis aliis ecclesiis etiam cathedralibus ac monasteriis prioratibus preposituris prepositatibus canonicatibus et prebendis dignitatibus personatibus et administrationibus et officiis caeterisque

Digitized by Google

beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et ordinum quorumcunque regularibus que in titulum commendam vel administrationem ex quibusvis concessionibus et dispensationibus apostolicis obtines et in posterum obtinebis ac pensionibus percipis et percipies in futurum tenendum regendum et gubernandum auctoritate apostolica tenore presentium concedimus curam regimen et administrationem ipsius monasterii de Alcobaça tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo in dubie sperantes quod monasterium ipsum de Alcobaça per tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum dextera Domini tibi assistente propitia votivis congratulabitur eventi incrementa non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papae VIII predecessoris nostri et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac monasterii de Alcobaça Cisterciensis ordinis predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque et indultis apostolicis dicto Cisterciensi ordini per Sedem Apostolicam concessis innovatis et confirmatis illis presertim quibus inter alia caveri dicitur expresse quod monasterii dicti Cisterciensis ordinis cuicunque personae cuiuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis aut praeeminentiae fuerit etiam si cardinalatus honore praefulgeat et per quascunque litteras et dispositiones per Romanum Pontificem pro tempore existentem seu Sedem predictam etiam de fratrum nostrorum consilio et auctoritate aut motus proprii et ex certa scientia et num quibusvis aliis efficacissimis et insolitis clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis et privilegiis indultis statutis ordinationibus et litteris ipsis expresse derogantibus etiam consideratione imperatoris regum reginarum ducum aut aliorum principum quorumcunque et aliorum supplicationem instantiam ac de apostolicae potestatis plenitudine concessis commendari non possint quodque religiosi eiusdem ordinis litteris commendarum de eis pro tempore concessarum etiam cum derogationibus huiusmodi et quascunque sententias censuras et poenas in se continentes parere non teneantur possintque conventus monasteriorum eorundem huiusmodi commendis non obstantibus ad electiones et partes abbates seu eorum commissarii ad earum confirmationes libere procedere alias iuxta regularia instituta dicti ordinis et laudabiles consuetudines et privilegia ipsa que quod ad hoc observari deberent quodque privilegiis indultis statutis ordinationibus et litteris ipsis per quascunque litteras apostolicas etiam similibus consilio motu et scientia ac potestatis plenitudine et auctoritate predictis pro tempore concessas quascunque

Digitized by Google

clausulas etiam derogatoriarum derogatorias et insolitas in se continentes derogari non posset et si contingeret consistorialiter derogari huiusmodi derogatio per tuas litteras Romani Pontificis pro tempore existentis abbati monasterii Cisterciensis Cabilonensis diocesis ac capitulo generali dicti ordinis diversis vicibus presentatas prius intimari deberet alias nullius essent roboris vel momenti et sic iudicari deberet quibus etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus specialis specifica individua et expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum inserti forent presentibus pro expressis habentes hac vice duntaxat illis alias in suo robore permansuris harum serie specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscunque Quocirca circumspectioni tuae per apostolica scripta mandamus quatenus curam regimen et administrationem predicta sic exercere studeas solicite fideliter et prudenter quod monasterium ipsum de Alcobaça gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissum tuque praeter eterni retributionis premium nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis necnon dilectis filiis conventui universis vassallis et aliis subditis dicti monasterii de Alcobaça ut conventus videlicet tibi tanquam patri et pastori animarum suarum humiliter intendentes ac exhibentes tibi obedientiam et reverentiam congruentes tua salubria monita et mandata suscipiant humiliter et efficaciter adimplere ita quod tu in eos devotionis filios et ipsi in te partem benivolum invenisse gaudeatis vassalli vero et subditi prefati te debita honorificentia prosequentes tibi fidelitatem solitam et consueta servitia et cura ab eis tibi debita integre exhibere procurent alioquin sententiam sive penam respective quam rite tuleris sive statueris in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam invio*labi*liter observari Volumus autem quod propter commendam huiusmodi divinus cultus ac solitus monachorum et ministrorum numerus in dicto monasterio de Alcobaça nullatenus minuatur sed illius ac dictorum conventus congrue supportentur onera consueta quodque oneribus huiusmodi debite subportatis liceat tibi de residuo ipsius monasterio de Alcobaça frutibus reditibus et proventibus disponere et ordinare finiti ipsius monasterii de Alcobaça veri abbates qui pro tempore fuerunt de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et preciosorum mo-

Digitized by Google

bilium dicti monasterii de Alcobaça tibi penitus interdicta Datum Romae apud Sanctum Petrum annum Incarnationis Dominicae M.° D.° XVIII.° Octavo kalendas Marcii Pontificatus nostri anno VI.° [1].

Bulla do papa Leão X

1519 — Abril 15

Leo episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Inter ceteras multiplices curas que pro executione pastoralis officii nobis incumbere dinoscuntur illam libenter amplectimur per quam propagetur religio augeatur divinus cultus et salus proveniat animarum nonunquam etiam pias testantium voluntates commutando prout rationabiles cause suadent et etiam catholicorum Principum id exigentibus votis in Domino conspicimus salubriter expedire. Sane pro parte carissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugallie et Algarbiorum Regis illustris nobis nuper exhibita petitio continebat quod alias quondam Rodericus Rabello prefectus custodie civitatis Gohe in India condens de suis bonis in eius ultima voluntate testamentum ordinavit quod de dictis bonis in quodam heremitorio vel loco deserto et remoto prope oppidum de Castelbranco Egitaniensis diocesis convenientia edificia unius monasterii virorum aut mulierum ordinis tunc expressi et sub invocatione etiam tunc expressa construi et ut ibi monasterium erigeretur procurari deberet certis desuper executoribus deputatis prout in dicto testamento vel publico instrumento inde confecto dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem peticio subiungebat edificia predicta nondum construi cepta et locus per dictum Rodericum ad id nominatus pro aliquo monasterio vel religiosa domo ibi construenda parum ydoneus existat et si intra dictum oppidum in loco ad hoc convenienti per ipsum Emanuelem Regem assignando una domus sub invocatione Sancti Francisci pro usu et habitatione perpetuis aliquorum fratrum ordinis Minorum de Observantia construeretur et illius fabrice bona et dos per di-

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 234.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

ctum Rodericum pro monasterio extra oppidum huiusmodi construendo relicta applicarentur profecto maiores inde fructus in agro Domini provenirent et incolarum atque habitatorum dicti oppidi in quo nulla alia fratrum ordinis Minorum de Observantia huiusmodi domus existit tam in divinis quam verbi Dei predicationibus audiendis et aliis celestis pabuli refectionibus suscipiendis spirituali consolationi et animarum saluti oportune consuleretur et ipse Emanuel Rex totum id quod forsan dicte fabrice perficiende et calicum crucum librorum vestium sacerdotalium paramentorum et aliorum divino cultui necessariorum apparatui defuerit ad Dei laudem et gloriam de suis bonis libenter supplebit. Quare pro parte eiusdem Emanuelis Regis nobis fuit humiliter supplicatum ut sibi intra dictum oppidum in loco ad hoc convenienti per eum assignando unam domum sub dicta invocatione Sancti Francisci cum ecclesia campanili humili campanis claustro refectorio dormitorio cimiterio hortis et aliis necessariis officinis pro fratrum dicti ordinis Minorum de Observantia usu et habitatione perpetuis construi et edificari faciendi et dictis fratribus illam recipiendi et perpetuo inhabitandi et retinendi licentiam concedere et ipsius domus fabrice omnia et singula bona per dictum Rodericum ut prefertur relicta perpetuo applicare et in hoc ipsius Roderici voluntatem et ordinationem commutare aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore presentium eidem Emanueli Regi intra dictum oppidum in loco ad hoc convenienti per eum assignando unam domum sub dicta invocatione Sancti Francisci cum ecclesia campanili humili campanis claustro refectorio dormitorio cemiterio hortis et aliis necessariis officinis pro fratrum dicti ordinis Minorum de Observantia usu et habitatione perpetuis construi et edificari faciendi et dictis fratribus illam recipiendi et perpetuo inhabitandi et retinendi licentiam elargimur et ipsius domus fabrice omnia et singula bona per Rodericum ut prefertur relicta perpetuo applicamus et in hoc ipsius Roderici ordinationem et voluntatem commutamus necnon eidem domui Sancti Francisci postquam constructa fuerit et illius fratribus quod omnibus et singulis privilegiis exemptionibus libertatibus immunitatibus gratiis favoribus et indultis spiritualibus et temporalibus quibus alii dictorum ordinis et observantie domus et fratres utuntur potiuntur et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum salvo iure tamen parochialis ecclesie et cuiusvis alterius in omnibus semper uti potiri et gaudere libere et licite possint au-

Digitized by Google

ctoritate et tenore premissis de specialis dono gratie indulgemus Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Pape VIII predecessoris nostri qua cavetur ne quis ordinum Mendicantium fratres nova loca ad habitandum recipere presumant absque sedis apostolice licentia speciali faciente plenam et expressam ac de verbo ad verbum de prohibitione huiusmodi mentionem et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicti ordinis iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre elargitionis applicationis commutationis et indulti infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo decimo nono Decimoseptimo kalendas maii Pontificatus nostri anno septimo [1].

Bulla do papa Leão X ao cardeal Infante D. Affonso

1519—Junho 1

Leo episcopus servus servorum Dei dilecto filio Alfonso Sanctae Luciae in Septem Soliis diacono cardinali salutem et apostolicam benedictionem Etsi circumspetio tua quam nuper ob genitoris tui erga nos merita clarissimorum Portugalliae et Algarbiorum Regum eiusdem genitoris tui praedecessorum perpetuum decus et amplitudinem in diaconum cardinalem creavimus ut accepimus ad nos et Romanam Curiam ut par est se conferre et in dicta curia residere desideraret quia tamen ex certis rationabilibus causis ad presens huiusmodi suum desiderium adimplere non valet propterea cum *(?)* nostra bona gratia istic remanere posse desiderat nos attendentes quod in hiis quae nostrum et Apostolicae Sedis honorem a sanctam contra thurcas expeditionem per nos indictam concernunt non minus ibi quam hic utilis esse poteris hac ratione et eiusdem genitoris tui

[1] Arch. Nac., Maç. 22 de Bullas, num. 50.

Digitized by Google

pro te nobis super hoc humiliter subplicantis consideratione inducti eisdem circumspectione tue ad decennium ad nos et Romanam Curiam accedere et in ea residere minime tenearis nec ad id a quoquam invitus cogi aut compelli possis et in eadem curiam non residendo et ad eum in eodem consistorio iuxta morem tibi per nos clausum et deinde apertum fuerit ut omnibus et singulis privilegiis libertatibus immunitatibus exemptionibus precedentiis prerogativis favoribus gratiis facultatibus et indultis cardinalibus apud sedem predictam residentibus tam a iure quam consuetudine necnon tam per regulas cancellariae quam alias constitutiones tam super litterarum apostolicarum tam gratiam quam iustitiam concernentium gratis expediendum expeditionem et onerum supportatione ac pecuniarum preterquam annatarum ecclesiarum monasteriorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per circumspectionem tuam pro tempore obtentorum seu obtinendorum solutione ac aliis quomodolibet concessis quibus alii cardinales in dicta curia pro tempore residentes quomodolibet utuntur potiuntur et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti potiri et gaudere libere et licite valeas in omnibus et per omnia perinde ac si post tuam promissionem ad cardinalatus honorem te personaliter ad dictam curiam contulisses et in ea resideres ac in eodem consistorio os tibi per nos clausum et mox apertum fuisset auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et indulgemus in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis et indulti infringere vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationis omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Romae apud Sanctum Petrum annum Incarnationis Dominicae M.° D.° XIX.° kalendas junii Pontificatus nostri anno VII.° [1].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 236.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Breve do papa Leão X a D. Miguel da Silva

1519 — Junho 12

Leo Papa x — Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Volentes ea tibi qui pro parte charissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugalliae et Algarbiorum Regis illustri ad nos et Sedem Apostolicam orator destinatus existis favorabiliter concedere concedere *(sic)* per quae de beneficiis ecclesiarum personis benemeritis et tibi obsequentibus, ac alias gratis et acceptis providere, et erga illos gratiosum te reddere possis: motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatae peticionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, ut quoad vixeris solus per te vel alium seu alios quem vel quos ad hoc duxeris deputandum vel deputandos, de quibuscunque beneficiis ecclesiasticos cum cura et sine cura secularibus et quorunvis ordinum regularibus quae ad collationem, provisionem, presentationem, electionem, seu quamvis aliam dispositionem tuam tam de iure quam de consuetudine; ac alias ratione monasterii Sancti Tirsi ordinis Sancti Benedicti Portugalensis diocesis quod ex concessione apostolica in commendam obtines, tam coniunctim unà cum dilectis filiis conventu eiusdem monasterii quam divisim quocunque iure vel titulo pertinent, etiam si secularia canonicatus et prebendas dignitates personatus, administrationes vel officia in collegiatis ecclesiis, et dignitates ipsae principales, regularia vero prioratus, praepositura, prepositatus, dignitates etiam conventuales, personatus, administrationes vel officia, aut talia mixtim fuerint, ut ad prioratus, praeposituras, prepositatus, dignitates personatus, administrationis *(sic)* vel officia huiusmodi consueverint, qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum, ipsaque beneficia disponi apostolicae specialiter vel ex eo quod illa obtinentes pro tempore aliquorum predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, aut Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium etiam viventium quorum consensus requirendus non foret familiares continui commensales, seu dictae Sedis notarii, subdiaconi, accoliti, capellani, cubicularii, nuntii vel litterarum apostolicarum abbreviatores, seu scriptores, aut quicunque alii romanae Curiae officiales fue-

Digitized by Google

rint seu quavis alia causa etiam de necessitate exprimenda generaliter reservata seu apostolica etiam generali reservatione affecta existant que extra dictam curiam quomodolibet etiam illorum commendis cessantibus vacare contigerit quibusvis personis de quibus tibi videbitur, etiam quecunque, quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura obtinentia et expectantia providere seu illa eis per ipsos respective quoad vixerint tenenda regenda et gubernanda ita quod illorum fructus debitis et consuetis supportatis oneribus libere disponere possent ac si illa in titulum obtinerent commendare libere et licite valeas, perinde ac si gratiae expectativae speciales vel generales reservationes, uniones mandata de conferendo, et quevis aliae dispositiones, et etiam regia consideratione eisdem Sancte Romanae ecclesiae cardinalibus etiam motu simili, vel ad eorum instantiam etiam cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis et aliis efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusque et aliis declarationibus et decretis a nobis et sede prefata hactenus non emanassent, nec imposterum emanaverint, alioquin gratie et literae desuper conficiende nullius sint roboris vel momenti auctoritate apostolica ex certa nostra scientia tenore presentium de specialis dono gratiae indulgemus: Decernentes reservationes affectiones etiam per Cancellarie constitutiones et ordinationes vel alias pro tempore indultas collationesque et commendas ac imposterum concedendas gratias expectativas, illarum revalidationes extensiones, mutationes, nominationes, facultates, uniones et mandamenta ac decreta praedicta ad impediendum te quominus in praemissis tua ordinaria auctoritate, et concesso tibi per presentes indulto uti valeas ad dicta beneficia ad tuam dispositionem (ut prefertur) pertinentia nullatenus se extendere, et eisdem presentibus nisi de tuis nomine et cognomine, et quod prefati Regis orator ad presens existis expressa in supplicatione super qua literae aliquae presentium derogatoriae expediendae fuerint, et in ipsis literis mentio fiat, et tuus ad id expressus accedat assensus derogari nullo modo possit, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate etiam per nos et sedem eandem scienter vel ignoranter contigerit attemptari: Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque: Volumus autem quod hii quibus beneficia ecclesiastica quorum fructus redditus et proventus XXIIII.^{or} ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedant vigore presentium per te vel alium seu alios conferri aut commendari contigerit infra octo menses ultra, et si citra montes colla-

Digitized by Google

tiones ipsae factae fuerint infra quattuor menses a die provisionis eorundem computandos novas provisiones a sede praedicta impetrare, et literas apostolicas desuper in totum expedire, et annatam propterea Camerae apostolicae debitam cum effectu solvere teneantur alioquin eisdem mensibus elapsis beneficia ipsa vacare censeantur eo ipso: Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XII.ª junii M.º D. XIX.º Pontificatus nostri anno septimo [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1519 — Novembro ?

Leo papa X — Charissime in Christo fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Piis tuis votis illis presertim quae fidei exaltationem concernunt libenter annuimus eaque favoribus prosequimur oportunis. Dudum postquam Nos attendentes tua ad Dei laudem et gloriam, orthodoxaeque fidei exaltationem, christianorumque indemnitatem et commodum contra infideles, sarracenos, et dictae fidei inimicos cum militibus militiae Jesu Christi, cuius perpetuus Administrator per Sedem apostolicam deputatus existis, praeclara facinora et assidua bella, quae contra perfidos nostrae fidei hostes, forti et constanti animo gesseras: et non minore fidei ardore, divina favente clementia totis conatibus gerere intendebas: Motu proprio tot praeceptorias dictae militiae, quot infra terminum unius anni ex tunc computandi, et sub invocationibus quae tibi viderentur in monasterio conventu seu militia huiusmodi per quasdam erexeramus: ac tot bona et iura monasteriorum et prioratuum, quot ad summam viginti milium ducatorum: si tot iuxta formam tunc expressam dismembrari poterant: alioquin pro eo quod ex dicta summa deesset: ex parrochialibus ecclesiis per te exprimendis et declarandis, usque ad dictam summam viginti milium ducatorum, saltem pro singulis earundem ecclesiarum rectoribus portione sexaginta ducatorum reservata, dismembraveramus et separaveramus: il-

[1] ARCH. NAC., Maç. 34 de Bullas, num. 25. — *Sobrescrito:* Dilecto filio nobili viro Michaeli de Silva clerico Ulixbonensi.

Digitized by Google

laque sic separata et dismembrata preceptoriis sic erectis, proportionaliter pro earum dotibus perpetuo applicaveramus et appropriaveramus: pro parte tua nobis exposito quod tu experientia ipsa que est rerum magistra, desideras milites dictae militiae, qui nobiles esse debent et in emissione professionis Deo servire promittunt et pro eius fidei augmento, manifesto periculo mortis se opponere non formidant: et contra dictos infideles viriliter pugnant sperantes si contra Christi nominis hostes pugnando occumberent foelicitatis aeternae premium consequi posse: Et propterea ultra numerum preceptoriarum per nos erectarum huiusmodi aliquas alias praeceptorias pro nonnullis aliis militibus dictae militiae erigi et institui desiderabas: ut multiplicato militum huiusmodi numero bellum adversus eosdem infideles maiori robore prosequi posses. Nos ad supplicationem tuam per alias nostras litteras tot alias praeceptorias dictae militiae quot infra annum a data posteriorum litterarum huiusmodi computandum sub invocationibus de quibus videretur ex tunc prout ex ea die et e contra, in monasterio dictae militiae, seu illius conventu, aut militiae huiusmodi perpetuo ereximus et instituimus ac bona et iura quinquaginta parrochialium ecclesiarum quae de iure patronatus laicorum, videlicet tui existerent: et quas tu infra dictum annum duceres specificandas pro singulis earum rectoribus saltem portione sexaginta ducatorum huiusmodi reservata ac postmodum per alias sub certis modo et forma modificata perpetuo dismembravimus et separavimus: illaque sic separata et dismembrata preceptoriis praefatis sic erectis proportionaliter pro earum dotibus perpetuo applicavimus et appropriavimus ac facultatem nominandi milites ad dictas preceptorias tibi et pro tempore existenti Regi Portugaliae concessimus inter alia certis exequutoribus deputatis qui fructus redditus et proventus huiusmodi a dictis quinquaginta parrochialibus ecclesiis separatos et dismembratos pro dotibus huiusmodi designarent et assignarent prout in singulis litteris predictis plenius continetur. Cum autem (sicut exponi nobis nuper fecisti) in specificatione earundem quinquaginta ecclesiarum pro preceptoriis praedictis, per te et dictos exequutores facta de Zurara Visensis diocesis tanquam de iure patronatus tui existeret: necon opidi de Covilhaam Egitaniensis diocesis parrochiales ecclesiae specificate et nominate fuerint: cum re vera dicta ecclesia de Zurara de iure patronatus tui minime existat et propterea cupias illius loco aliam parochialem ecclesiam tui iuris patronatus equalis valoris, necnon in loco dictae ecclesiae de Covilhaam parochialem ecclesiam de Moreyra dictae Visensis diocesis quam

Digitized by Google

de iure patronatus tui et similis valoris specificare et nominare posses. Quare nobis humiliter supplicari fecisti ut tuo pio desiderio favorabiliter annuere aliasque oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati tibi ac prefatis exequutoribus in locum de Covilhaam predictam, de Moreyra, ac in locum de Zurara ecclesiarum predictarum aliam parrochiales ecclesias tui iuris patronatus, similis et equalis valoris specificandi et nominandi, authoritate apostolica tenore presentium, licentiam et facultatem concedimus: et quo ad hoc singulas litteras praedictas, cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis extendimus et ampliamus ac irritum et inane decernimus si secus super hiis a quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die VII novembris M. D. XIX. Pontificatus nostri anno septimo [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1519 — Novembro 16

Leo Papa X — Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Etsi arbitramur Maiestati tuae perbene notum esse dilectum filium Joannem Oricellarium nobis arcta secundum carnem iunctum affinitate: atque adeo eum tibi notum tum ratione huius propinquitatis, qua nos proxime attingit: tum propter virtutes suas, quibus in omni genere egregie adeo illustratus est, precipue vero ob eam causam, quod is mira quadam propensione animi in honorem et amplitudinem tuam, tuas res omnes quas te agere contingit et tractare nobiscum singulari semper studio, amoreque complexus, una cum dilecto filio nobili viro Michaele de Sylva oratore tuo, nec cura, nec labore, nec diligentia unquam tibi absenti defuit: tamen non alienum existimavimus hominem (ut diximus) iis

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 3. — *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugaliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

rationibus tibi ut credimus cognitum, testimonio quoque nostro tibi indicare: et quod noster in illum paternus amor, illiusque multa in te et nos merita postulant: cum quoque Maiestati tuae enixius commendare ut cum omnis observantia, omneque officium erga talem tantumque Regem vicissim gratiam aliquam et benivolentiam promereatur: Nobis ea qua imprimis polles prudentia: tum ea qua optimi Regis laudem semper es consequutus, liberalitate ostendere; et tibi illius perspecta et grata fuisse officia, et ad ea remuneranda regiam in te benivolentiam enituisse: ac de illius quidem plurimis maximisque officiis, quibus Maiestatem tuam studet indies promereri credimus per oratorem tuum aliquando ad te fuisse perscriptum et nunc scribi: quid autem ille sibi a te exoptet cum nobiscum communicaverit: nosque illi authores fuerimus, tam ut in hac iamdiu suscepta erga te observantia permaneret, quam ut ad hanc commendationem nostram animum applicaret: plurimumque spei in tua humanitate et beneficencia reponeret: putavimus a nobis ad te scribi oportere: non enim ullas opes tuas concupiscit in quibus dandis tuum presens sit dispendium, ipsius utilitas parum decora: sed cum ad sacerdotium mentem suam applicuerit sitque (ut nobis videtur (nisi forte amore fallimur) et moribus et litteris et prudentia ad hanc rem vehementer aptus cuperet admodum se se in regno tuo aliquibus sacerdotiis honestari ut apud eum Regem quem sibi maxime colendum suscepit, et in ea natione, in quam plurimum semper studii benivolentiaeque contulit haberet deposita omnia, cum vitae praesidia tum ornamenta dignitatis suae: quibus factus ornatior, posset maiore cum authoritate et gratia Maiestatis tuae rebus inservire perpetuo: quod proculdubio (que hominis gratitudo est) faciet: quid ille desideret et quomodo; neque ipse tibi perscribit, neque nos nominatim ducimus postulandum: orator nihilominus tuus partem desiderii nostri, cuius ipse certior a nobis iampridem factus est ad Maiestatem tuam (ut putamus) scribit: unum illud tamen petimus a Maiestate tua, ac desideramus summopere si hanc rem sibi honori et laudi fore sperat: si est magni Regis, tum referre gratiam ad praeterita officia tum augere animum in futuris: hominemque ornare dignum regia liberalitate et iudicio velis dare te in hanc curam, nostra presertim etiam causa, qui enixe hoc cupimus, ut hic ipse propinquus et affinis noster, homo omni virtute preditus, quem nos virtutis eius magis causa quam affinitatis diligimus: amplitudinis certe tuae ubique studiosissimus aliquod abs te praemium suae erga te servitutis et observantiae ferat: ut nos qui de illius honoribus et commodis assidue co-

Digitized by Google

gitamus experiamur in hac re, sociam nobiscum clarissimi et nobis coniunctissimi Regis voluntatem. Quod profecto ut confidimus facturum ita gratissimum sumus habituri. Datum Corneti sub annulo Piscatoris die XVI novembris M. D. XIX. Pontificatus nostri anno septimo.

Da lettra de Sua Santidade: Commendamus suprascriptum Joannem ex toto corde Maiestati tuae [1].

Carta d'el-Rei a D. Miguel da Silva

1519 — Dezembro 2

Vimos o que nos escrevestes em reposta do que vos escrevemos sobre a igreja de Marvam que he dapresentaçam do conde de Tarouqua como prior do Crato a qual lhe empetrara Antonio de Melo e João de Pina os quaes dizees que anbos, e mais compridamente o dito João de Pina em cuja cabeça agora esta a dita igreja quer que nos vejamos sua justiça e pera niso nom devermos querer mais veer abasta vermos que inpetraram igreja do conde prior. E agora nos mandou dizer o mestre que o dito Joam de Pina inpetrara igreja da Varzea de seu padroado, que nos avemos por muy mal feito fazerem se inpetracoes das igrejas de taes pessoas e em nenhũa maneira o nam consentiremos nem que por provisam algũa que se aja se fasa obra nenhũa porque a tal ousadia e cometimento he mais pera castiguar que pera dexar passar per outra maneira pelo qual como o soubemos loguo mandamos socrestar e embargar as rendas de todolos beneficios do dito Joam de Pina e que se loguo nos nom enviar as bulas e provisoes que tem das ditas igrejas e estromentos de renunçiaçam das taes inpetracoes mandaremos entreguar as ditas rendas a Redencam dos Cativos pelo qual vos encomendamos e mandamos que vos lho notefiquees asi de nosa parte e que lhe mandamos que loguo vos entregue todas e quaesquer bulas e provisoes que ja das ditas igrejas teverem e asi renunciacam de toda aucam que per vertude das ditas bulas

[1] Arch. Nac., Maç. 31 de Bullas, num. 23. — *Sobrescrito*: Charissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

acerca das ditas igrejas tinham sendo certos que nom o fazendo asi os mandaremos desnaturar destes reinos e despender as rendas de seus beneficios na dita Rendicom dos Cativos e de nosa parte o direes ao papa supricandolhe que mande que em taes causas se nom fale por tocarem a taes pesoas, e que por muytos r..... he servico de Deus e noso, e que os mande sair de Roma e que se venham pera Portugal como ja per outra vos temos escrito, porque nom he rezam consentir que estem la fazendo estes tratos e nom servirem os beneficios que ja tem, e que nom querendo elles vir os mande meter em hũa nao etc. e vos encomendamos muyto que trabalhees como se faça porque o avemos por muito noso servico e com os primeiros recados nos responderees a esta carta e mandares a obra que sobrelo fizestes [1].

Breve do papa Leão X a D. Miguel da Silva

1520—Abril 4

Leo Papa x— Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Volentes te, qui pro parte charissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugalliae, et Algarbiorum Regis illustris ad nos et ad sedem apostolicam orator destinatus existis, ac monasterium Sancti Tyrsi ordinis Sancti Benedicti Portugalliensis diocesis ex concessione apostolica in commendam obtines, ut ab indebitis vexationibus et molestiis, quas tibi etiam ratione predicti et aliorum monasteriorum et beneficiorum ecclesiasticorum per te in titulum, et commendam ac alias pro tempore obtentorum per locorum ordinarios, et eorum vicarios, officiales, et ministros inferri possent, libereris, favore prosequi gratioso. Motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia te, quoad vixeris, et praedictum, ac omnia alia, et singula monasteria, et beneficia ecclesiastica cum cura, et sine cura secularia, et praedicti, ac quorumvis aliorum ordinum regularia, que etiam

[1] *Minuta, no* Arch. Nac., Gav. 19.ª, Maç. 15, num. 11.— *Nas costas por lettra coeva:* ..... da carta que foy a dom Miguel sobre a igreja do conde prior e do mestre a ij de Dezembro 1519.

Digitized by Google

ex quibuslibet concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum, vel commendam, aut alias obtines, eorumque personas, necnon omnes, et singulos familiares tuos continuos commensales nunc, et pro tempore existentes ipsa dumtaxat familiaritate durante cum omnibus, et singulis tuis, et monasteriorum, ac beneficiorum, personarum, et familiarium predictorum bonis et rebus ab omni iurisditione, dominio, potestate, et superioritate venerabilis fratris nostri Portugallensis, et quorumcunque aliorum ordinariorum locorum presentium, et futurorum. Ita ut ipsi, eorumque vicarii, officiales et ministri in te monasteriorum, et beneficiorum per te pro tempore obtentorum huiusmodi personas, et dicta familiaritate durante familiares tuos, aut eorum aliquem, tuaque seu eorum res, et bona etiam ratione delicti, vel contractus, aut rei, de qua agetur, ubicunque committatur delictum, iniatur contractus, aut res ipsa consistat, aliquam superioritatem, vel iurisdictionem exercere non possint apostolica authoritate tenore presentium prorsus eximimus, et liberamus, nobisque et Sedi apostolicae immediate subiicimus, visitatoremque monasteriorum, et beneficiorum, ac personarum huiusmodi dilectum filium officialem Bracharensem cum facultate corrigendi, si qua ibi pro tempore invenerit correctione digna, constituimus, et deputamus: Districtius inhibentes episcopo Portugallensi, et aliis ordinariis sub ecclesiastici interdicti, eorumque vicariis, et officialibus prefatis sub excommunicationis poena, ne te, monasteria, beneficia, personas, familiares, res, et bona huiusmodi contra exemptionem, liberationem, et subiectionem praedictas quavis occasione, vel causa directe, vel indirecte, quovis quaesito colore molestare, aut inquietare presumant, ac decernentes ex nunc omnes, et singulos processus, ac excommunicationis, suspensionis, et interdicti, ac privationis, aliasque sententias, censuras, et poenas, quas contra monasteria, beneficia, personas, familiares, res, et bona praedicta, vel eorum aliquem haberi, vel promulgari, necnon quicquid secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irrita, et inania nulliusque existere roboris vel momenti, Quocirca venerabilibus fratribus nostris Asculanensi, et Casertanensi episcopis, ac dicto officiali Bracharensi et eorum cuilibet in virtute sanctae obedientiae per apostolica scripta committimus, et mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios tibi, ac personis, et familiaribus tuis praedictis efficacis in praemissis defensionis praesidio assistentes, faciant te, et ipsos ac monasteria, et beneficia per nos exempta, ipsa exemptione, et aliis supradictis pacifice frui,

Digitized by Google

et gaudere, non permittentes vos contra presentium tenorem per quempiam quomodolibet molestari, contradictores cuiusvis status, et conditionis existant, etiam si episcopali et archiepiscopali prefulgeant dignitate, authoritate nostra prefata per quevis iuris opportuna remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, Non obstantibus praemissis, ac foelicis recordationis Innocentii III contra exemptos aedita, quae incipit Volentes, et Bonifacii VIII Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum de personis ultra unam, et concilii generalis de ultra duas dietas ad iudicium non vocandis, et aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die IIII.ª aprilis M.°D.XX. Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1520 — Maio 1

Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Multorum variis ex locis uno tempore litteris et nuntiis ad nos alatum est regem Turcarum non modo classem Constantinopoli habere paratam triremium aut etiam quadriremium centum sexaginta quatuor caeterorum navigiorum usque ad summam in totum navium tercentarum verum etiam maximo exercitu coacto pedestres copias Bosphorum iam traiecisse maritimas in naves ascendere esse iussas ipso illo iam tempore quo ad nos nuncii tante rei cum litteris destinabantur que res manifestos facit hosti imperii conatus ille enim id quod alias et praemonuimus et veriti sumus ad obsidendam terra marique Rhodum pergere apparat; nuncquando

[1] Arch. Nac., Maç. 29 de Bullas, num. 27.— *Sobrescrito:* Dilecto filio Michaeli de Silva clerico Ulyxbonensi.

Digitized by Google

in illa civitate defendenda et conservanda quae veluti muros et propugnaculum christianitatis est fidei nostrae sanctissimae et honor et salus continetur non quidem multa afferemus quae ad Maiestatem tuam cohortandam et persuadendam valeant, ut huius universi periculi quod reipublicae christianae intentatur, propulsandi partem ad se putet pertinere satis enim superque id antea egisse nos existimamus cum omni prece contentione laboreque nostro pacis fundamenta indiciis statuendis gessimus: in quo tua nobis preclare Maiestas pro sua excellenti et eximia virtute pietateque eisdem indiciis approbandis seseque in hanc sanctam expeditionem offerendo set tantum te movebimus ut re cognita omnem tuam prudentiae et virtutis vim quae maxima est in hanc curam cogitationemque conferas, ut quo per te auxilio quibusque presidiis subveniri tanto periculo possit, non solum estatutum habeas, verum etiam paratum, qua de re cum tuae Maiestatis oratore apud nos sumus largiter locuti, cuius litteris fidem amplam tua Maiestas habebit. Datum in villa nostra Mariliana sub annulo Piscatoris die primo Maii M.D.XX Pontificatus nostri anno octavo [1].

Resposta d'el-Rei a este Breve *(?)*

Ex litteris et brevi Sanctitatis Vestrae cladem quam serenissimus Ungariae rex consanguineus et frater meus charissimus nuper a turcis indignissime accepit intellexi quod sane et ipsius et communi christianorum quos aeque ea calamitas tangit et imprimis tangit, et in primis nostrae fidei causa molestissime gravissimeque tulit, presertim peccatis nostris exigentibus quod vero et me Vestra Sanctitas ad subsidium huic rei ferendum sicut caeteros christianos principes exhortatur nihil profecto, nihil nobis gratius aut iucundius accidere in praesentia potuisset quam huic tam iusto tam sancto contra Christi hostes bello, seu potius regni proprii suorumque penatum larium et totius christianae reipublicae ac periculo subvenire instanti, qui in hoc tantum usus, quicquid facultatum et virium habemus continue profundere sumus assueti: verum tot undique ac tam variis curis et expediendis classibus nunc urgemur, ut vix nobis sufficere va-

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 215.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio Emanueli Portugaliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

leamus et magis externis viribus aliorumque indigere auxilio videamur de hoc tamen latius Michael Silvius orator noster cui explicatius haec scribimus aget cum Vestra Beatitudine qua Deus etc. *(sic)* [1].

Breve do papa Leão X a D. Miguel da Silva

1520—Maio 2

Leo Papa x—Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Nobilitas generis aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod nos volentes tibi qui pro parte charissimi in Christo filii nostri Portugalliae et Algarbiorum Regis illustris ad nos et Sedem apostolicam orator destinatus et (ut accepimus) de nobili comitum genere ex utroque parente procreatus existis ut te commodius sustentare valeas de alicuius subventionis auxilio providere premissorumque meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem Motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatae petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate et certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine unum, duo, tria et plura beneficium seu beneficia, ecclesiasticum vel ecclesiastica secularia et quorumvis etiam Cluniacensis et Cisterciensis ordinum regularia in Ulyxbonensi, Bracharensi, Colimbriensi, Elborensi, Portugallensi, Silvensi, Egitaniensi, Lamacensi, et Septensi ecclesiis, civitatibus et diocesibus consistentia cuius seu quorum insimul fructus, redditus et proventus sexcentorum ducatorum auri de camera secundum taxationem decimae valorem annuum non excedant: etiam si secularia parrochiales ecclesiae vel earum perpetue vicarie, canonicatus et prebende, dignitates etiam maiores et principales, personatus, administrationes vel officia in predictis seu civitatum et diocesium huiusmodi collegiatis ecclesiis: regularia vero beneficia huiusmodi, monasteria non tamen consistorialia, prioratus, prepositure, prepositatus dignitates etiam con-

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 215 v.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

ventuales, personatus, administrationes vel officia non claustralia et dispositioni apostolice alias specialiter vel ex quavis causa etiam dispositive exprimenda: preterquam ratione illorum vacationis apud Sedem predictam, vel familiaritatis continuae commensalitatis nostrae vel alicuius ex Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, cuius consensus ad hoc tempore vacationis requirendus sit generaliter reservata seu ex quavis etiam apostolica reservatione affecta et non litigiosa existant: et ad prioratus, preposituras, prepositatus, dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consueverint qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum: quae primo per cessum vel decessum aut quanvis aliam dimissionem illa in titulum vel commendam aut alias quomodolibet obtinentium: etiam eorum commendis huiusmodi cessantibus, vel alias etiam in aliquo ex mensibus ordinariis collatoribus per constitutiones nostras etiam iteratis vicibus in Cancellaria apostolica publicatas et publicandas aut litteras alternativarum, aliave privilegia et indulta ac litteras apostolicas, etiam cum quibusvis decretis et declarationibus ac aliis clausulis concessis et concedendis vacare contigerit nostrae et dictae Sedis collationi et dispositioni hac vice duntaxat, harum serie specialiter et expresse reservamus. Districtius inhibentes venerabilibus fratribus Ulyxbonensi et Bracharensi archiepiscopis ac Colimbriensi, Elborensi, Portugallensi, Silvensi, Egitaniensi, Lamacensi et Septensi episcopis: ac Ulyxbonensi et Bracharensi, ac Colimbriensi, Elborensi, Portugallensi, Silvensi, Egitaniensi, Lamacensi et Septensi, ac collegiatarum ecclesiarum praedictarum capitulis necnon illi vel illis ad quem vel ad quos dictorum beneficiorum collatio, provisio, presentatio, electio, seu quevis alia dispositio communiter vel divisim pertinet ne de illis cum ut prefertur vacaverint etiam pretextu quoruncunque privilegiorum et indultorum apostolicorum eis cum quibusvis clausulis irritantibusque decretis etiam talibus quod illis nullatenus aut non nisi de consensu eorum quorum intuitu vel instantia emanarunt: aliisque certis inibi expressis modo et forma derogari queat concessorum contra reservationem nostram huiusmodi, quavis autoritate cuicquam conferre, seu de illis providere, vel ad illos quenquam alium quam te recipere, aut alias de eis disponere: necnon quibusvis personis cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel preeminentiae existentibus etiam episcopali, archiepiscopali, patriarchali, aut alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate, aut cardinalatus honore fulgentibus: etiam familiaribus nostris antiquis descriptis continuis commensalibus, et capellae nostrae

Digitized by Google

cantoribus capellanis et aliis etiam dictae curiae officialibus etiam officia sua actu exercentibus: necnon capitulis conventibus universitatibus, hospitalibus, mensis, massis, fabricis et collegiis, et aliis locis quantunvis piis et religiosis quascunque gratias expectativas, speciales vel generales reservationes, uniones, annexiones et incorporationes etiam perpetuas ac sine consensu dicta beneficia obtinentium, coadiutorum deputationes: et citra accessus et regressus, quasvis alias dispositiones, facultates, litteras et mandata: etiam motu scientia et potestatis plenitudine similibus: etiam in pectore nostro; ac in favorem nullius, seu personarum quarunvis: vel earum consideratione intuitu vel respectu, etiam Regum Reginarum vel aliorum principum etiam in recompensam iurium cessorum vel ablatorum: etiam ratione obsequiorum et servitiorum nobis et Sedi predictae etiam pro fide catholica impensorum: etiam pro divini cultus augmento: et ex quibuscùnque aliis iustis, urgentibus et necessariis causis: etiam cum declaratione quod ex tunc ipsis personis vel locis censeatur et sit in beneficiis sub illis comprehensis plenissime ius quesitum: cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, exceptivis, restitutivis ac fortioribus, efficacioribus et insolitis clausulis: etiam talibus quod illis nullatenus aut non nisi de illis specifica et individua de verbo ad verbum mentio et inscriptio habenda fuerit etiam Regum Reginarum vel aliarum personarum: ad quorum commodum et utilitatem vel quorum consideratione emanarunt ad id expressus accedat assensus: et quod id facere intendimus manus nostrae subscriptione, certa ibi expressa verba continenti attestemur derogari vel ea suspendi, vel alias in aliquo alterari contingat in pristinum statum restituta, reposita et plenarie reintegrata sint et esse censeantur eo ipso: et repositio ac reintegratio huiusmodi de data cuiuscunque diei pontificatus nostri illa uti volentibus perinde ac si actu de die ipsa a nobis emanarent suffragentur: et quod aliter per quoscunque interpretari aut iudicari nequeat: irritantibusque et aliis declarationibus et decretis concessa approbata et etiam iteratis vicibus innovata: quae omnia et singula eorumque vim et effectum: etiam si de nominibus, cognominibus, dignitatibus et titulis personarum earundem, ac causis propter quas illa concessa sunt vel fuerunt, etiam in dicta subscriptione, mentio specialis et expressa habenda foret eorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur pro sufficienter expressis habentes suspendimus, et suspensa esse decernimus habentibus et pro tempore habituris ne beneficia predicta vel eorum aliquod, cum ut prefertur vacaverint acceptare, aut de illis vel aliquo illorum sibi

Digitized by Google

provideri, vel ad illorum commodum uniri, annecti et incorporari facere: vel collationibus, provisionibus, commendis, unionibus, suppressionibus, aut aliis dispositionibus quibuscunque per nos et Sedem eandem de illis etiam ex tunc prout cum vacarent et econtra factis et faciendis uti, aut alias de illis se intromittere quoquomodo presumant: et nihilominus beneficia predicta, cum ut prefertur vacaverint: etiam si actu per illa obtinentium extra dictam curiam defunctorum, aut alias quovismodo et ex quoruncunque personis vacent: etiam si tanto tempore vacaverint quod eorum collatio, iuxta Lateranensis statuta concilii, ad Sedem predictam sit legitime devoluta: dummodo tempore datae presentium, non sit in eis alicui ius quesitum: cum omnibus iuribus et pertinentibus suis ex nunc prout ex tunc et econtra secularia videlicet se invicem compatientia, et non sub eodem tecto consistentia conferimus: incompatibilia vero et sub eodem tecto consistentia, ac regularia beneficia huiusmodi per te quoad vixeris etiam una cum collatis predictis omnibusque et singulis aliis monasteriis, prioratibus, preposituris, prepositatibus, canonicatibus et prebendis, dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis, caeterisque beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura, secularibus et predictorum, ac quorunvis aliorum ordinum regularibus: quae etiam ex quibusvis concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum vel commendam aut alias obtines et imposterum obtinebis: ac pensionibus annuis, quas super quibusvis ecclesiasticis proventibus tibi assignatas percipis et percipies in futurum tenenda, regenda et gubernanda: itaque liceat tibi debitis et consuetis ipsorum commendatorum beneficiorum supportatis oneribus de residuis illorum fructibus, redditibus et proventibus disponere et ordinare sicuti illa in titulum pro tempore obtinentes, de illis disponere et ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt: alienatione tamen quoruncunque bonorum immobilium et preciosorum mobilium, tibi poenitus interdicta, commendamus: illaque tibi ex nunc collata et commendata respective omnesque et singulas alias collationes, provisiones, commendas et alias dispositiones de dictis beneficiis hactenus, et in futurum per nos et Sedem eandem pro quibuscunque etiam cardinalibus et aliis predictis quovismodo et ex quibuscunque causis, preterquam in tui favorem factas et faciendas nullas, irritas et inanes existere: nec titulum etiam coloratum alicui tribuere possidendi: Teque in ipsorum beneficiorum assequutione cunctis etiam cardinalibus et aliis predictis anteferri debere: ac tibi ex nunc plenum ius in ipsis beneficiis et ad illa esse quesitum: itaque solam possessionem et fru-

Digitized by Google

ctuum perceptionem expectare censearis: ipsasque presentes litteras vim validi contractus inter nos et Sedem praedictam et Te ex causa tui respectu onerosa initi obtinere: proptereaque nos et Sedem eandem ad presentium et contentorum in eis observantiam omnino teneri: easdemque presentes litteras sub quibusvis revocationibus, vel suspensionibus similium vel dissimilium gratiarum, etiam per cancellariae apostolicae regulas hactenus editas et edendas: et presertim ultima aprilis pontificatus nostri anno quinto in dicta cancellaria publicata: et postea etiam per alias nostras constitutiones illarum similes et etiam fortiores innovata et repetita: cui minime derogari posse cuiusque tenorem cuivis petenti per dictae cancellariae custodem de data cuiusvis diei pontificatus nostri usque ad illius extremum diem dari voluimus per nos et Sedem predictam factis, et sine tuo expresso consensu faciendis nequaquam comprehensas: sed ab illis omnibus et singulis exemptas et exceptas, et quotiens revocate viderentur aut re vera existerent totiens in pristinum et eum in quo nunc sunt, statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas existere attestamur et declaramus; et attestationem ac declarationem huiusmodi Tibi de quocunque die, hora et momento pontificatus nostri usque ad illarum ultimum diem inclusive quibus et quotiens eis uti volueris perinde ac si tunc et totiens a nobis actu emanarent omni fictionis exceptione remota suffragari et sic per quoscunque iudices et commissarios in qualibet instantia iudicari, sententiari et diffiniri debere, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter faciendi facultate et autoritate, ac ex nunc irritum et inane si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus Asculano et Colimbriensi episcopis ac dilecto filio officiali Bracharensi per haec scripta motu simili mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum, per se vel alium seu alios Te vel procuratorem tuum tuo nomine, in corporalem possessionem beneficiorum iurium et pertinentium predictorum inducant autoritate nostra et defendant inductum: amotis quibusvis detentoribus ab eisdem: quos nos tanquam alieni raptores harum serie amovemus; amotosque et propterea nec spolii nec attentatorum vicium ullo modo pro parte tua committi: nec super eo contra te agi posse nunciamus: facientes te vel pro te procuratorem predictum, ad beneficia huiusmodi ut est moris admitti: Tibique de illorum fructibus, redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi: contradictores quoslibet et rebelles illisque auxilium consilium vel favorem quovis quesito colore prestantes, cuiuscunque

Digitized by Google

conditionis, dignitatis, status, gradus ordinis et conditionis fuerint: per ecclesiasticam censuram, et alias etiam pecuniarias poenas, eorum arbitrio imponendas aliaque iuris oportuna remedia apellatione postposita compescendo: invocato etiam ad hoc si opus erit auxilio brachii secularis. Non obstantibus premissis ac Bonifatii Papae VIII etiam predecessoris nostri, etiam qua cavetur, ne quis extra suam civitatem et diocesim, nisi in certis tunc exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine suae diocesis ad iudicium evocetur: seu ne iudices a dicta Sede deputati extra civitatem et diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere; aut alii vel aliis vices suas committere presumant ac de duabus dietis in concilio generali edita; et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum in quibus secularia: necnon monasteriorum seu aliorum regularium locorum, in quibus beneficia regularia huiusmodi forsan fuerint: seu a quibus dependere contigerit: et ordinum quorum ea extiterint, nostra confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis: privilegiis quoque et indultis ac litteris apostolicis etiam eisdem Cluniacensi et Cisterciensi ordinibus concessis, confirmatis, approbatis, et etiam iteratis vicibus innovatis; illis presertim quibus inter alia caveri dicitur expresse: quod monasteria et alia beneficia ipsorum ordinum Cluniacensis et Cisterciensis nullis nisi dictis cardinalibus, aut eosdem Cluniacensem et Cisterciensem ordines respective expresse professis: et tunc de expresso abbatum pro tempore existentium, ac dilectorum filiorum conventuum Cluniacensis, Cistercii, Matisconensis et Cabilonensis diocesium monasteriorum commendari possint: et aliter de illis etiam per Sedem praefatam pro tempore facte commende, nullius sint roboris vel momenti: Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, specialis, specifica, expressa et individua mentio, seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma servanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes: illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat harum serie specialiter et expresse motu simili derogamus: caeterisque contrariis quibuscunque. Seu si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ecclesiarum in quibus secularia collata beneficia huiusmodi forsan fuerint, solita iuramenta dummodo in absentia tua per procuratorem idoneum et cum ad ecclesias ipsas accesseris corporaliter illa

Digitized by Google

prestes. Volumus autem quod commendata beneficia predicta debitis propterea non fraudentur obsequiis: et animarum cura in eis quibus illa immineat nullatenus negligatur: sed illorum congrue supportentur onera antedicta: Quodque infra sex menses a die habitae pacificae possessionis computandos novam provisionem super singulis beneficiis predictis: quae te vigore presentium assequi contigerit: et quorum singulorum fructus, redditus, et proventus, vigintiquatuor ducatorum auri similes secundum communem aestimationem valorem annuum excesserint: in totum sub plumbo expedire: ac annatam et alia iura Camerae apostolicae et dictis officialibus debita, solvere tenearis: Alioquin quoad illa presentes littere et earum vigore pro tempore gesta quecunque nullius sint roboris vel momenti. Datum Malleani Portuensis diocesis sub annulo Piscatoris die II.ª Maii M. D. XX. Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Leão X ao Ministro Provincial da Provincia de Portugal da Ordem dos Frades Menores da Observancia

1520—Maio 6

Leo Papa X—Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Portugalliae et Algarbiorum Rex illustris, quod alias ipse in opido de Stremoz Elborensis diocesis unum monasterium pro nonnullis nobilibus puellis virginibus sponso Christo desponsari volentibus opere satis sumptuoso, ac magnifico de Sedis apostolicae licentia construi et aedificari fecit, illudque de bonis propriis congruenter dotavit, ac curae, et correctioni fratrum ordinis minorum regularis observantiae propter eorum vitae exemplaritatem et bonae famae odorem subiici cupit, Et cum in dicto oppido sit domus Sancti Francisci fratrum conventualium eiusdem ordinis, quorum vita a religionis cultu

[1] Arch. Nac., Maç. 29 de Bullas, num. 12.—*Sobrescrito:* Dilecto filio Michaeli de Silva: Clerico Ulixbonensi.

Digitized by Google

et vivendi norma adeo defecit quod illis citra dicti monasterii, et illius monialium non esset committendo; Et propterea nobis humiliter supplicari fecit, ut sibi aliam similem domum in alio loco honesto pro perpetuis usu et habilitatione dictorum fratrum conventualium construi et aedificari faciendi, ac eisdem fratribus conventualibus illam recipiendi, et inhabitandi, ac tibi domum dicti oppidi de fratribus de observantia reformandi, illamque eis pro eorum perpetuis usu et habitatione concedendi, et illius fratribus de observantia curam monasterii, et illius monialium huiusmodi committendi licentiam concedere, ac alias in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui utriusque sexus religiosarum personarum reformationem et animarum profectum nostris potissime temporibus supremis desideramus affectibus, huiusmodi supplicationibus inclinati eidem Regi aliam similem domum in alio loco honesto pro perpetuis usu et habitatione dictorum fratrum conventualium construi, et aedificari faciendi, tibique illam eisdem fratribus conventualibus pro eorum perpetuis usu et habitatione concedendi, ac eis illam recipiendi, et inhabitandi tibique domum oppidi huiusmodi de fratribus de observantia reformandi, illamque eis pro eorum perpetuis usu, et habitatione concedendi, et illius fratribus de observantia curam monasterii, et illius monialium huiusmodi committendi plenam et liberam apostolica authoritate tenore presentium licentiam concedimus, et etiam facultatem, Contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, et alia iuris opportuna remedia compescendo, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dictae domus fundatione, privilegiis quoque et indultis dictis fratribus conventualibus tam per foelicis recordationis Bonifacium VIII de non recipiendo novas domos ad habitandum, et per Clementem V. Martinum etiam V. et Nicolaum similiter V. et Sixtum IIII. et Innocentium VIII. ac Alexandrum VI. et Julium II et alios quoscunque Romanos Pontifices predecessores nostros, quam nos et Sedem apostolicam etiam motu proprio, et ex certa scientia, et cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis concessis, Quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas

Digitized by Google

non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Malliani Portuensis diocesis sub anulo Piscatoris die VI Maii M.ª D. XX. Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1520—Junho 3

Leo Papa X—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem Superioribus diebus scripseramus ad Maiestatem tuam de classe atque exercitu regis turcarum quodque pedestres illius copiae iam Bosphorum transductae navales undique in classem cogebantur et de quo praeter litteras tui quoque hic apud nos oratoriis et nuntii opera te certiorem fieri mandaveramus de eo usque adhuc supersedimus amplius scribere, etsi enim fidem habeamus eis qui tunc ad nos alati erant nuntiis, tamen ut res sunt humanae quae novae aliae litterae ad nos postea non pervenerant, aut mutatam tyranni illius sententiam, aut in alias partes conversum impetum fuimus arbitrati ecce autem nunc repente pluribus ex locis tumultuosius ad nos prescriptum est classem iam in mare esse deductam terrestrem exercitum in itinere esse magnamque manum militum ad ea litora et portus quibus obiecta Rhodus est paratam expectare ut se cum reliquo exercitu coniungat, porro classem eam aliquanto esse ampliorem quam antea scripseramus ad trecentas nam naves et quinquaginta esse cum eis navigiis latioribus quibus equorum satis magnus numerus deferatur quo sane manifestum fit, etsi id quoque omnium in illis regionibus sermone et fama predicetur Rhodum ab impiis illis hostibus atque ea expugnata reliquas etiam christiani nominis insulas peti hoc nos nuntio vehementer perturbati et in maximum timorem coniecti sumus verentes ne antequam subsidio ire possit illa praeclara et nobilis civitas propugnaculum christianitatis totius predam et potestatem crudelissimorum hostium perveniat quae non solum nostra sed Maiestatis quoque tuae et communium temporum

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 33.—*Sobrescrito*: Dilecto filio Ministro provinciali provinciae Portugalliae: ordinis fratrum minorum de observantia.

Digitized by Google

infamia nos omnes, qui a Deo curae et administrationi fidelium populorum praefecti sumus et apud ipsum Deum et ad presens in posterumque omni hominum memoriae graviter subiiceret reos, quanquam nos quidem quantum potuimus conniximus nec solum monendo laborandoque sed etiam pro nostra copia, ut licitum fuit, quae iam prioribus illis nuntiis paraveramus auxilia ea nunc submissimus, Maiestas ipsa quoque tua suscipere pro sua parte curam debet, ut et Dei erga se liberalitate et suae expectatissimae virtuti et communi christianae reipublicae saluti satisfaciat res quidem moram dilationemque non recepit quare eamdem Maiestatem tuam hortamur in Domino et per viscera misericordiae Dei nostri obsecramus per illam salutem eternam quam ab ipso Deo in altera illa et meliore expectas vita per quam cum honore regii nominis qui in hac quoque presente tanto regi non est negligendus ut statim evestigio classe tua missa ea subsidia ad illam Deo dilectam urbem defendendam subministris quibus si non oppugnari hostis ac sustentari res et retineri civitas illa possit, in cuius salute conservanda universae christianitatis salus honor dignitasque conservatur precaremur te et obsecraremus pluribus, sed neque res multa verba neque tua singularis prudentia requirit est enim factis opus sicut uberius ex litteris oratoris tui Maiestas tua intelliget, cui fidem omnem habebit. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die III Junii M. D. XX. Pontificatus nostri anno octavo[1].

Breve do papa Leão X a D. Miguel da Silva

1520—Junho 4

Leo Papa X—Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Nobilitas generis vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita quibus personam tuam percepimus insignita nos inducunt ut te specialibus favoribus et gratiis prosequamur Hinc est quod nos te qui charissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugalliae et Algarbiorum

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 216.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Regis illustris ad nos et Sedem apostolicam orator destinatus, et ut asseris de nobili comitum genere procreatus existis, generoso favore prosequi volentes: Motu proprio et ex certa nostra scientia tenore presentium tecum ut quoscunque duos canonicatus et duas praebendas aut totidem dignitates sub uno et eodem tecto unius cathedralis etiam metropolitanensis, vel collegiatae ecclesiae, etiam si altera earundem dignitatum in cathedrali etiam metropolitanensi post pontificalem maior seu collegiata ecclesia huiusmodi principalis existat, et ad dignitates huiusmodi consueverint qui per electionem assumi, eisque curam immineat animarum, si tibi alias canonice conferantur, aut eligaris, presenteris vel alias assumaris ad illos et instituaris in eis recipere et insimul usque ad sex menses a die ultimi illorum habitae per te pacifice possessionis computandos, duntaxat, retinere libere et licite valeas constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac ecclesia in qua canonicatus et praebendae ac dignitates huiusmodi forsan fuerint iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis eidem ecclesie concessis, quibus etiam si ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales id importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma servanda esset illorum omnium tenores presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratiae dispensamus: proviso quod canonicatus et prebendae ac dignitates praedicti debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eisdem dignitatibus si qua illis imineat nullatenus negligatur, sed eorum canonicatuum et praebendarum congrue supportentur onera consueta: volumus autem quod infra dictos sex menses unum ex canonicatibus et unam ex praebendis, ac dignitatem quam malueris, alioquin primus ex canonicatibus et primam ex praebendis ac primam dignitatem ex obtentis, quam seu quas ex tunc vacare decernimus omnino dimittere tenearis. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die III iunii M°.D.XX°. Pontificatus nostri anno octavo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, num. 60.—*Sobrescrito*: Dilecto filio Michaeli Silvae clerico Ulixbonensi.

Digitized by Google

Carta d'el-Rei ao papa Leão X

1520—Julho? ??

Sanctissimo in Christo pater ac beatissimo Domino Domino nostro Vestrae Sanctitatis devotissimus filius Emanuel Dei gratia Rex Portugaliae et Algarbiorum citra ultraque mare in Africa dominus Guineae et expeditionis navigationis ac commercii Aethiopiae Arabiae Persidis atque Indiae humilima beatorum pedum oscula. Ex Sanctitatis atque ex Michaelis Silvii oratoris nostri litteris intelleximus variis ex locis ac multorum litteris et nuntiis esse ad Vestram Sanctitatem alatum turcarum tyrannum non modo ingentem triremium et aliarum navium classem Constantinopoli comparasse verum etiam coacto maximo exercitu pedestres copias Bosphorum traiecisse, atque in ipsa navigia eo tempore quo litterae destinabantur iam ascendere esseque verendum ne huiusmodi conatus ad obsidendam terra marique Rhodum intendat nosque sicut caeteros christianos principes ad ipsam civitatem, quae totius reipublicae christianae et nostrae fidei velut murus et propugnaculum sit defendendam cum res exigere cohortatur nos vero Beatissime Pater etsi tot undique atque tam variis adversus Christi hostes bellis tamque necessariis expeditionibus assidue urgemur, ut tantae rerum moli vix satis esse possimus cum tamen quicquid facultatum viriumque nobis est in huiusmodi usus profundere atque intendere semper simus assueti haud dubie, tunc in hac re ubi universae christianitati periculum imminet tum in caeteris quae pias causas ac presertim Sanctae Sedis Apostolicae et catholicae fidei tutelam commoda et augmentum concernent, pensatis expensisque pro tempore viribus nostris minime deesse enitemur quapropter Michael Sylvio oratori nostro scribimus, ut nos reddat harum rerum in dies certiores quibus cognitis certisque nuntiis acceptis huic rei consulere, ac meo animo et Vestrae Sanctitatis desiderio, quantum in nobis fuerit, satisfacere profecto conabimur diu feliciterque valeat Vestra Sanctitas cuius votis Deus Optimus Maximus favere dignetur. Datum Eburae nonis Junii *(sic)* anno Nativitatis Dominici M.D.XX [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 216 v.
Vidè a nota a pag. 59.
É resposta ao breve de 3 *de junho.*

Digitized by Google

Breve do papa Leão X a el-Rei

1520—Agosto 4

Leo Papa x—Charissime in Christo fili salutem et apostolicam benedictionem. Inter multiplices curas quas ex pastoralis officii nobis licet insufficientibus meritis ex alto commissi debito sustinere debemus illam libentissime amplectimur, per quam religio propagationem suscipere potest, et christifidelium presertim catholicorum Principum ad id tandem ac vota ad exauditionis gratiam admittimus, et alias desuper providemus, prout conspicimus in domino salubriter expedire: Exponi siquidem nobis nuper fecit Maiestas Tua quod ipsa ob singularem, quem ad ordinem fratrum minorum de observantia gerit devotionis affectum, et uberes fructus quos in Dei ecclesia plantare solent, desiderat, ut apud heremitorium sive capellam aut ecclesiam Sancti Antonii de Padua, in districtu vel limitibus praeceptoriae de Pynheiro militiae Jesu Christi Cisterciensis ordinis Funchalensis vel alterius diocesis una domus pro usu et habitatione aliquorum fratrum eiusdem ordinis sub regulari observantia degere debentium cum refectorio dormitorio cimiterio hortis ortaliciis et aliis necessariis officinis sub invocatione eiusdem Sancti Antonii construatur, et pro eiusdem domus ecclesia dictum heremitorium concedatur, Nos igitur huiusmodi pio desiderio annuere volentes supplicationibus Tuae Maiestatis in hac parte nobis nuper porrectis inclinati, eidem Tuae Maiestati prope heremitorium praefatum vel in illo unam domum pro usu et habitatione unius guardiani et aliquorum fratrum dicti ordinis sub regulari observantia degere debentium cum campanili humili campanis refectorio dormitorio hortis ortaliciis, et aliis necessariis officinis sub dicta invocatione construi et edificari faciendi auctoritate apostolica tenore presentium licentiam et facultatem elargimur, ac heremitorium sive ecclesiam Sancti Antonii praedictam pro ecclesia praefatae domus concedimus, Necnon domui praefatae postquam erit constructa illiusque guardiano et fratribus pro tempore existentibus quod omnibus et singulis privilegiis immunitatibus exemptionibus favoribus et gratiis, quibus aliae domus dicti ordinis et eorum guardiani et fratres pro

Digitized by Google

tempore existentes in genere vel in specie ex usu vel consuetudine aut alias utuntur potiuntur et gaudent, seu uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum uti potiri et gaudere libere et licite possint et valeant auctoritate Apostolica prefata earumdem tenore presentium de specialis dono gratiae indulgemus. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII predecessoris nostri qua cavetur ne qui ordinis mendicantium fratres nova loca ad habitandum recipere presumant absque apostolicae Sedis licentia speciali faciente plenam et expressam ac de verbo ad verbum de prohibitione huiusmodi mentionem. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris die IIII Augusti MDXX. Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Leão X ao cardeal Infante D. Affonso

1520—Agosto 14

Leo Papa X—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem: Honestis petentium presertim Sancte Romane ecclesie Cardinalibus votis libenter annuimus eaque favoribus prosequimur opportunis: Exponi nobis nuper fecit circunspectio tua quod ipsa que de Alcobaza et Sanctae Crucis Cisterciensis et Sancti Augustini ordinum monasteria Ulixbonensis et Colimbriensis diocesibus ex concessione et dispensatione apostolica in commendam inter alia obtinet desiderat unum vicarium etiam episcopali dignitate fulgentem in dictis monasteriis constituere posse, ut inibi iurisdictionem exerceat et omnia facere possit que illorum abbates et priores illis presidentes facere possent: Nos itaque tuo honesto desiderio huiusmodi annuentes eidem circumspectioni tuae ut unum vel duos vicarios in dictis monasteriis constituere et deputare etiam si episcopus seu episcopi fuerint et illos quotiens placuerit destituere et alios constituere possit cum plena et libera potestate in monachos et personas ac vassallos et subditos dictorum monasteriorum exercendi eosque corrigendi, puniendi et refor-

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 21.—*Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

mandi, ac profiteri volentibus habitum per monachos dictorum monasteriorum gestari solitum exhibendi, et professionem per eosdem monachos emitti solitam si illam emittere voluerint recipiendi et admittendi, ac omnia et singula faciendi in omnibus et per omnia perinde ac si vicarius seu vicarii praedicti eisdem monasteriis preessent: Praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac monasteriorum et ordinum predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque et indultis monasteriis et ordinibus praedictis forsan concessis: Quibus illorum tenores pro sufficienter expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris specialiter et expresse derogamus: caeterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie licentiam et facultatem concedimus pariter et indulgemus: Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XIII.ª Augusti M.° D. XX.° Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Leão X ao cardeal Infante D. Affonso

1520 — Agosto 14

Leo Papa X — Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem: Exigit tuae devotionis affectus quo nos et Romanam ecclesiam cuius honorabile membrum existis revereris, ut petitiones tuas per quas subditis tuis iusticiam commode ministrare valeas, quantum cum Deo possumus ad exauditionis gratiam admittamus: Exponi nobis nuper fecisti quod circunspectio tua que ecclesiam Visensem in administrationem et de Alcobaza et Sanctae Crucis Monasteria Cistersiensis ordinis Ulixbonensis et Columbriensis diocesium ex concessione et dispensatione apostolica in commendam obtines desiderat iurisdictionem tam voluntariam quam contentiosam inter subditos tuos in quibusvis civitatibus et diocesibus Regni Portugalliae exercere posse: Quare nobis humiliter supplicari fecisti ut hu-

[1] ARCH. NAC., Maç. 34 de Bullas, num. 33. — *Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Alfonso Sanctae Luciae in Septem Soliis diacono Cardinali.

Digitized by Google

iusmodi tuo desiderio annuere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati eidem circunspectioni tuae ut in quibusvis civitatibus et diocesibus regni huiusmodi in quibus te pro tempore esse contigerit in quoscunque tam ratione Visensis quam aliarum ac dictorum et aliorum monasteriorum que in titulum vel commendam seu administrationem vel alias obtines et imposterum obtinebis subditos tuos et utriusque sexus omnimodam iurisdictionem voluntariam et etiam contentiosam cuiusvis licencia minime requisita exercere libere et licite valeas: Praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis statutisque et consuetudinibus ecclesiarum et monasteriorum ac ordinis huiusmodi iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis: caeterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratiae concedimus pariter et indulgemus: Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XIIII.ª Augusti M.°D.XX.° Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Leão X ao cardeal Infante D. Affonso

1520—Agosto 14

Leo Papa X—Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem: Quanto Romanam Ecclesiam cuius honorabile membrum existis honoras plenius tuorum magnitudine meritorum tanto per eam attolli mereris favoris gratia potioris: Hinc est quod nos tuis qui ecclesiam Visensem in administrationem obtines in hac parte supplicationibus inclinati Tibi ut ecclesiam huiusmodi necnon monasteria aliaque loca ecclesiastica quae obtines, et in posterum obtinebis, eorumque personas in quibus tibi visitationis officium de iure vel consuetudine competit et competere poterit, per aliquam seu aliquas personam seu personas idoneam vel idoneas quam vel quas ad id duxeris deputandam seu etiam deputandas visitare possis et procurationes ratione visitationis huiusmodi tibi debitas ab eisdem ec-

[1] ARCH. NAC., Maç. 34 de Bullas, num. 21.—*Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Alfonso Sanctae Luciae in Septem Soliis Diacono Cardinali.

Digitized by Google

clesiis monasteriis locis et personis taliter visitatis semel duntaxat anno quolibet in pecunia numerata recipere moderatas etiam si procurationes huiusmodi summam triginta turonensium argenti, quorum XII valeant unum florenum auri de Florentia pro die qualibet excedant tenore presentium indulgemus. Quocirca venerabilibus fratribus Columbriensi et Lamacensi episcopis, ac dilecto filio officiali Ulixbonensi per presentes mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciat auctoritate nostra personam seu personas quam vel quas te ad praemissorum visitationis officium duxeris, ut premittitur, deputandam seu etiam deputandas ad illud admitti, tibique vel procuratori tuo per te procurationes predictas iuxta huiusmodi nostrae concessionis tenorem, super quo eorum consciencias oneramus semel duntaxat anno quolibet integraliter exhiberi, contradictores per censuras ecclesiasticas et alia iuris opportuna remedia appellatione remota compescendo: Non obstantibus constitutionibus a felicis recordationis Innocentio III et Gregorio X° et quibuslibet aliis Romanis pontificibus praedecessoribus nostris in contrarium editis, ac privilegiis et indulgentiis apostolicis quibuscunque specialibus vel generalibus de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris litteris specialem oporteat fieri mentionem, per quem presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus huiusmodi gratiae impediri valeat quomodolibet vel differri: nostrae tamen intentionis existit quod ii quorum facultas ad integram solutionem huius summae supportatis aliis oneribus consuetis non suppetunt ultra quam iuxta suarum huiusmodi facultatum exigentiam commode possint: illi vero qui de dicta summa nihil solvere possunt ad solvendum aliquid pretextu indulti huiusmodi nullatenus compellantur: aut si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XIII Augusti M.D.XX. Pontificatus nostri anno octavo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 30 de Bullas, num. 5.— *Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Alfonso Sanctae Luciae in Septem Soliis Diacono Cardinali.

Digitized by Google

Breve do papa Leão X ao Vigario geral da Guarda

1520 — Dezembro 14

Leo Papa x — Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Nuper pro parte carissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugaliae et Algarbiorum Regis illustris nobis exposito quod cum in loco de Covilhaã Egitaniensis diocesis duae vel plures parrochiales ecclesiae institutae existerent, quarum una dicti loci et illius incolarum qualitate et numero consideratis sufficeret, et ob earum pluritatem et parrochianorum in tot parrochias divisorum numeri paucitatem illarum edificia vetustate consumpta et non instaurata ruine periculis subiicerent rectores vero ex suarum ecclesiarum fructibus se sustentare et temporalia iura persolvere aliaque eis incumbentia onera perferre commode nequibant, sed si una ex dictis ecclesiis in loco qui ipsi Emanueli Regi commodius videretur sita duntaxat remanente, relique omnes quae duae vel tres erant perpetuo supprimerentur, et extinguerentur, aut saltem in capellas simplices redigerentur, et illarum parrochia et parrochiani ac bona mobilia et immobilia remanenti ecclesiae, ad hoc quod illius rector pro tempore existens ad omnia onera quae reliquis ecclesiis incumbebant supportandum arctatus existeret perpetuo applicarentur et appropriarentur, et edificia translata, inde telluris superficie et sepulturis in illis et earum ambitu existentibus ad ipsam remanentem ecclesiam congruis in ea locis locandis et sola ad profanos usus in dictae remanentis ecclesiae utilitatem convertendis redigerentur ex eo profecto dicta remanens ecclesia facilius conservaretur, et illius rector dictorum incolarum spirituali consolationi posset diligentius satisfacere, Pro parte dicti Emanuelis Regis nobis humiliter supplicato, ut alicui viro probo, seu loci ordinario in partibus illis vocatis dictarum ecclesiarum rectoribus, dimissa una ex dictis ecclesiis quae ei dimittenda videretur, seu in alium locum ad id magis commodum et decentem per eum translata, reliquas parrochiales ecclesias praedictas perpetuo supprimat, et extinguat, ac illarum parrochiales et parrochianos, necnon omnia et singula mobilia et immobilia bona et iura remanenti ecclesiae, cum hoc quod illius rector pro

Digitized by Google

tempore existens omnia et singula onera que modernis supprimendarum ecclesiarum huiusmodi rectoribus incumbebant supportare teneretur, perpetuo applicet et appropriet, et edificia superficie telluris et sepulturis inde ut prefertur translatis et sola sive archas ad usus profanos in dicte remanentis ecclesiae utilitatem rediget et redigi permittat, et alia faciat quae circa praemissa et servitium dictae remanentis ecclesiae et celebrationem divinorum in ea ac ministerium sacramentorum ecclesiarum quomodolibet opportuna et necessaria sibi viderentur, et quae ordinaret de modernorum ipsarum ecclesiarum rectorum consensu, vel cum ipse supprimendae ecclesiae per eorum cessum vel decessum aut quanvis aliam dimissionem vacarent effectum sortiri debere decernat committere et mandare de benignitate apostolica dignaremur. Nos de premissis certam notitiam non habentes ad eiusdem Regis supplicationem tibi, cum dilectus filius Michael de Silva ecclesiae Egitaniensis usque ad certum tempus nondum elapsum administrator in spiritualibus et temporalibus per sedem apostolicam deputatus, et parte dicti Regis ad nos et sedem eandem destinatus in Romana Curia de presenti resideret, per alias nostras in forma brevis litteras comisimus et mandavimus quatenus vocatis dictis modernis rectoribus et aliis qui forent evocandi de premissis omnibus et singulis te diligenter informares ac in eis plenarie ordinares statueres et faceres prout tibi videretur faciendum, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem (sicut prefatus Emanuel Rex nobis nuper exponi fecit) in dicto oppido et extra illius muros quindecim vel circa parrochiales ecclesiae quarum aliquae de iure patronatus ipsius Regis, aliae vero aliorum laicorum et forsan clericorum existant et propterea prefatus Emanuel Rex ex premissis nobis expositis causis summopere desideret ut tredecim ex ecclesiis huiusmodi demoliantur et due duntaxat remaneant, quibus remanentibus omnes redditus demoliendarum ecclesiarum aequis portionibus applicentur, ac earundem demoliendarum ecclesiarum rectores nunc et pro tempore existentes in dictis duabus ecclesiis in quibus tot beneficia censeantur et sint erecta quot ecclesiae demolitae fuerint perpetui beneficiati portionarii nuncupati existant, ac illos redditus quos ecclesiis demoliendis huiusmodi percipiebant percipiant, patroni vero ecclesiarum demoliendarum huiusmodi illud ius patronatus in beneficiis sic erectis quod habebant in ecclesiis demolitis, habeant, statui et ordinari, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut tibi quod vocatis dictarum demoliendarum ecclesiarum rectoribus et aliis qui fuerint evocandi, ac dimissis duabus ex dictis xv ec-

Digitized by Google

clesiis quae eidem Emanueli Regi dimittendae videbuntur seu in alia loca magis commoda et decentia translatis, reliquas tredecim ecclesias perpetuo supprimas et extinguas et illarum parrochiales et parrochianos, necnon omnia et singula mobilia et immobilia bona ac iura remanentibus ecclesiis aequis portionibus perpetuo applices et appropries, ac in illis tot perpetua simplicia beneficia ecclesiastica portiones nuncupata pro earundem ecclesiarum demoliendarum totidem rectoribus perpetuis beneficiatis portionariis de cetero nuncupandis qui illos redditus quos ex suis ecclesiis demoliendis huiusmodi percipiebant, de cetero percipiant et solum seu situs ac cimiteria ecclesiarum demoliendarum eorundem beneficiatorum loco rectorum surrogandorum esse debeant perpetuo erigas et instituas, ac alia circa premissa et servitium dictarum remanentium ecclesiarum necnon divinorum in eis celebrationem ac ministerium sacramentorum ecclesiasticorum quomodolibet opportuna et necessaria facias et ordines de modernorum ecclesiarum supprimendarum rectorum huiusmodi consensu, vel cum ipsae supprimendae ecclesiae per eorum cessum vel decessum seu quamvis aliam dimissionem vacaverint effectum sortiri debere decernas, ac de beneficiis erigendis huiusmodi ab eorum primeva erectione tunc vacantibus eisdem rectoribus ecclesiarum supprimendarum huiusmodi provideas: Quodque patroni ecclesiarum demoliendarum praedictarum illud iuspatronatus in beneficiis erigendis praedictis habeant quod habebant in ecclesiis demoliendis statuas, seu illud eisdem patronis reserves et concedas committere et mandare aliasque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de premissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati tibi per presentes committimus et mandamus quatenus vocatis dictis modernis rectoribus et aliis qui fuerint vocandi de premissis omnibus et singulis te diligenter informes et in eis plenarie statuas facias supprimas applices erigas et ordines prout tibi honeste videbitur faciendum. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris die XIII decembris MDXX. Pontificatus nostri anno octavo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, num. 11.—*Sobrescrito:* Dilecto filio Officiali Egitaniensi.

Digitized by Google

Bulla do papa Leão X

1520—Dezembro 23

Leo episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. Solet Romanus Pontifex pro pastoralis officii superna ei dispositione commissi executione votiva ea que pro monasteriorum tam virorum quam mulierum et aliorum regularium locorum felici statu et personarum etiam feminei sexus in illis sub religionis iugo degentium bene beateque vivendi studio a predecessoribus suis provida sunt ordinatione decreta ne temporum lapsu in dissuetudinem abeant sed eo efficacius debito mancipentur effectui quo fuerint pluries apostolica auctoritate suffulta sue approbationis et innovationis munimine roborare aliasque desuper providere prout Catholicorum Regum vota deposcunt et in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum siquidem a felicis recordationis Nicolao papa v predecessore nostro emanarunt littere tenoris subsequentis: Nicolaus episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam Inter curas innumeras quibus ad summum apostulatus officium licet immeriti divina providentia vocati occurrentium universalis ecclesie rerum et negotiorum varietatibus involvimur illam attentius nos amplecti convenit per quam regulares ordines et loca iugi sanctimonie dedita prout congrue conspicimus in spiritualibus refloreant et ex hoc prosperitatis optate dirigantur effectu unde efficacis ad id solicitudinis studium impendere cupimus ut ordines et loca huiusmodi que perniciose deformationis attigerunt seu attigere contigerit opprobrium ad debitum reformationis reducantur et continuum dante Domino in spiritualibus et temporalibus suscipiant incrementum Cum itaque sicut carissimi in Christo filii nostri Alfonsi Portugalie et Algarbii Regis Illustris insinuatione didicimus in plerisque tam virorum quam monialium monasteriis prioratibus et aliis regularibus locis sanctorum Benedicti et Bernardi ordinum in regno Portugalie constitutis temporum varietate ac illis pro tempore presidentium seu administratorum regiminis maliciis et negligentiis causantibus regularis depressa fuerit observantie norma ritusque monasticus et divinum ministerium laxata sint et nisi debite provisio-

Digitized by Google

nis remedium adhibeatur amplius laxari timentur in dies et persone inibi regulari observantie divisisque officiis ascripte pie vite studio necnon suam contemplationis iugo sepositis variis criminibus et excessibus se immergere periculosius non timuerint in suarum animarum salutis dispendium et non sine scandalorum fomite sacre religionis opprobrium cultusque divini detrimentum pernitiosumque exemplum plurimorum pro parte prefati Alfonsi Regis asserentis superiores monasteriorum prioratuum ac aliorum locorum sancti Benedicti et sancti Bernardi ordinum predictorum in dicto regno constitutorum in remotis agere quominus possint debite visitationis officium in eisdem monasteriis prioratibus et locis huiusmodi exercere nobis fuit humiliter supplicatum quatinus super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur qui singulorum monasteriorum prioratuum ac aliorum religiosorum locorum omnium statum cultumque huiusmodi nostris potissime temporibus ubique adaugeri summis desideriis affectamus intentionem qua prefatus Rex Alfonsus ad visitationem correctionem reformationem et salutarem dispositionem monasteriorum prioratuum et locorum huiusmodi pro illorum salubriori dirigendo regimine cupidus et attentus existit benignis non immerito prosequentes affectibus et solicitudinis nostre debitum in hiis ne ex more dispendio abusus antedicti in deteriora proserpant salubriter exequi cupientes dilecto filio Abbati Monasterii Alcobace Cisterciensis ordinis Ulixbonensis diocesis pro tempore existenti quecunque monasteria prioratus seu loca ecclesiastica regularia tam virorum quam monialium sancti Bernardi et sancti Benedicti ordinum predictorum exempta et non exempta in dicto regno consistentia illorum presidentes ac alias in eis degentes utriusque sexus personas visitandi et de quibusvis criminibus et excessibus summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii sola facti veritate inspecta inquirendi crimina et excessus huiusmodi absque tamen personarum deletu puniendi et corrigendi criminosos etiam et delinquentes quorum culpe et demerita id exegerint cuiuscunque status gradus vel preeminentie fuerint suis monasteriis prioratibus dignitatibus administrationibus personatibus et officiis aliisque beneficiis ecclesiasticis privandi et ab illis amovendi et si huiusmodi excessuum gravitas id exposcat incarcerandi prout alias de iure fuerit faciendum quascunque etiam deformitates in moribus et modo vivendi ac circa observantiam regularem sancti Benedicti et sancti Bernardi ordinum huiusmodi inductas debite reformandi inutilia et damnosa evellendi profiqua vero et necessaria plantandi ac omnia et singula

Digitized by Google

antiqua monasteriorum prioratuum ac locorum sancti Benedicti et sancti Bernardi ordinum huiusmodi consuetudines et statuta auctoritate nostra recensendi et diligenter examinandi et prout dictus abbas pro tempore existens secundum Deum salubrem quoque et felicem monasteriorum prioratuum et locorum predictorum necnon in eis divinis pro tempore laudibus insistentium personarum statum expedire cognoverit iuris et equitatis insecuto tramite illa ex eisdem statutis et consuetudinibus que rationabilia fore invenerit approbandi et confirmandi aliis vero debitis reductionis moderationisque presidiis addendi vel detrahendi nova quoque rationabilia statuta que necnon antiqua inibi ac huiusmodi consuetudines iuxta ipsius abbatis pro tempore existentis approbationem confirmationem additionem et detractionem in antea vigere debeant concedendi et ordinandi ac omnia alia et singula que in premissis et circa ea necessaria fuerint quomodolibet vel oportuna faciendi ordinandi statuendi necnon ea que ordinaverit et statuerit exequendi Contradictores quoque quoslibet et rebelles necnon quoscunque quominus huiusmodi visitationis officium per abbatem monasterii Alcobace huiusmodi pro tempore existentem exerceri possit cuiuscunque status gradus vel conditionis fuerint per se vel alium quomodolibet impedientes per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia cuiusvis appellationis sublato obstaculo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis compescendi plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasteriorum prioratuum locorum et ordinum predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque Aut si aliquibus communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum vel in antea indulgeri contingat quod interdici suspendi vel excommunicari aut monasteriorum et locorum quibus presunt regiminibus et administrationibus suisve dignitatibus personatibus administrationibus officiis vel beneficiis ecclesiasticis privari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac eorum ordinibus nominibus et cognominibus mentionem et quibuslibet aliis privilegiis exemptionibus libertatibus indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum ipsiusque abbatis Alcobacie pro tempore existentis iurisdictionis explicatio in hac parte impediri valeat quomodolibet vel dif-

Digitized by Google

ferri et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis Volumus autem quod dictus abbas monasterii Alcobacie pro tempore existens huiusmodi visitationis exercendo officium monasteria prioratus loca personas que pro tempore visitaverit nimia familiarium et laicorum sed dumtaxat personarum ad hoc utilium et necessariarum comitiva non gravet Quodque in exigendo procurationes pro relevandis expensis quas dictum abbatem in huiusmodi visitationis officio subire contigerit taxam in constitutione felicis recordationis Benedicti papae XII predecessoris nostri que incipit Vas electionis desuper ordinata contentam quamquidem constitutionem etiam alias in omnibus et sub penis in ea contentis in huiusmodi visitatione et cura eam observari volumus nullatenus excedat ac personis quas idem abbas visitaverit ad prestandum vel solvendum sibi quicquam ultra taxam huiusmodi minime teneantur nec ultra illam si facultates ad solutionem taxe huiusmodi non suppetant ultra illud quod rationabiliter solvere possunt per dictum abbatem Alcobacie pro tempore existentem ab eis quicquam exigendi vigore presentium eidem abbati aliqua sit attributa potestas quodque abbas ipse in monasteriis prioratibus et locis dictorum sancti Benedicti et sancti Bernardi ordinum exemptis et dicte sedi immediate subiectis ac personis earumdem huiusmodi visitationis officium in hiis dumtaxat que curam animarum concernere dinoscuntur valeat exercere Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo quarto kalendas iulii Pontificatus nostri anno sexto Et deinde pro parte carissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugalie et Algarbiorum Regis illustris nobis fuit humiliter supplicatum ut litteris huiusmodi robur apostolice approbationis adiicere aliasque in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati apostolica auctoritate tenore presentium dictas litteras cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis approbamus et innovamus et presentis scripti patrocinio communimus decernentes traditam per easdem litteras dicto abbati monasterii Alcobace visitandi inquirendi corrigendi reformandi incarcerandi puniendi compescendi et alia premissa faciendi facultatem perpetuis esse temporibus duraturam et nec per no-

Digitized by Google

strum nec per alicuius dicti monasterii Alcobace etiam qui ea usus nunquam fuerit obitum quomodolibet expirare potiorique pro cautela facultatem eandem ceteraque omnia et singula ipsi abbati monasterii Alcobace per dictum predecessorem in eisdem litteris concessa de novo concedimus et ea volumus totiens quotiens opus fuerit executioni debite demandari Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis que dictus predecessor in suis litteris predictis voluit non obstare ceterisque contrariis quibuscunque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis innovationis communionis decreti concessionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo vicesimo Decimo kalendas januarii Pontificatus nostri anno octavo [1].

Bulla do papa Leão X ao cardeal Infante D. Affonso

1521 — Março 1

Leo episcopus servus servorum Dei dilecto filio Alfonso Sanctae Luciae in Septem Soliis diacono cardinali salutem et apostolicam benedictionem. Ad personam tuam quam multiplicum gratiarum muneribus illarum largitur insignivit Altissimus dirigentes paterne considerationis intuitum et attente prospicientes quod tu Romanam ecclesiam cuius honorabile membrum existis tuorum honoras plenius magnitudine meritorum dignum quin potius debitum reputamus ut personam eandem specialibus favoribus et prerogativis decorantes ea tibi libenter concedimus per quae de beneficiis ecclesiasticis personis benemeritis et tibi obsequentibus ac alias gratis et acceptis providere et erga illos gratiosum te reddere possis dudum siquidem tibi quoad viveres solus per te vel alium seu alios quem vel quos ad id duceres deputandum vel deputandos etiam quando et quotiens te de licentia nostra a Romana Curia etiam ubilibet et extra montes

[1] Arch. Nac., Collecção Especial, Caixa 9.

Digitized by Google

etiam pro tua voluntate abesse contingeret de quibuscunque beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et quorumvis ordinum regularibus quae ad collationem provisionem presentationem electionem institutionem seu quamvis aliam dispositionem tuam tam de iure quam consuetudine tam ratione Sanctae Luciae in Septem Soliis quae denominatio tui cardinalatus existit ac Visensis quam ex concessione et dispensatione apostolica in administrationem aut alias obtinebis et aliarum cathedralium etiam metropolitanarum ecclesiarum quibus te ex similibus concessione et dispensatione apostolica preesse contingeret quam quorumcunque monasteriorum prioratuum prepositatuum dignitatum personatuum administrationum et officiorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum secularium et quorumvis ordinum regularium quae ex similibus concessione et dispensatione apostolica in titulum vel commendam seu administrationem aut alias invicem velut aliis unita aut quocunque alio titulo obtinebas et im posterum obtineres communiter vel divisim quomodolibet et quocunque iure vel titulo tunc pertinebant et spectabant aut in posterum spectare et pertinere contingeret etiam si secularia canonicatus et prebendae dignitates personatus administrationes vel officia in Visensi seu aliis cathedralibus metropolitanis post pontificales maiores seu collegiatis ecclesiis huiusmodi principales regularia vero monasteria non tamen consistorialia prioratus prepositurae prepositatus dignitates personatus administrationes vel offitia ac prioratus prepositurae prepositatus conventuales ac offitia huiusmodi claustralia forent et ad dignitates personatus prioratus preposituras prepositatus administrationes vel offitia canonicatus et prebendas caeteraque beneficia huiusmodi consuevissent qui per electionem aut quemvis alium modum assumi eisdem curam immineret animarum ac etiam si beneficia huiusmodi ex eo qui illa obtinentes aliquorum predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum aut Sanctae Romanae ecclesiae cardinales etiam viventium familiares continui commensales seu Apostolicae Sedis notarii subdiaconi acolyti capellani cubicularii nuncii vel litterarum apostolicarum abbreviatores aut scriptores quicunque alii Romanae Curiae officiales quocunque nomine nuncupati forent seu ex quavis alia causa etiam dispositioni apostolicae spicialiter vel alias preterquam ratione familiariter continue commensalitatis familiarium nostrorum continuorum commensalium qui tunc erant seu alias dum etiam cardinalatus honore fungebamur fuissent aut quandiu militanti ecclesiae preessemus essent generaliter reservata seu generali apostolica reservatione affecta

Digitized by Google

existerent quae extra dictam curiam quomodolibet etiam illorum commendis cessantibus vacare contingeret quibusvis personis de quibus tibi videretur etiam quaecunque quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura obtinentibus et expectantibus providere et alia eis conferre ac de illis alias disponere libere et licite valeres perinde ac si collationes et commendae necnon litterae expectativae spiciales reservationes mandata de uniendo et quevis alias dispositiones etiam eiusdem Sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus etiam motu simili vel ad eorum instantiam eatenus concessa vel in posterum concedenda tam per nos seu Romanum Pontificem pro tempore existentem quam legatos de latere etiam cardinales quoscunque etiam motu simili et ex certa scientia cum quibusvis praegnantibus et fortissimis ac insolitis clausulis non emanassent seu emanarent et quod regulae cancellariae apostolicae dignitatum maiorum et principalium aliorumque beneficiorum etiam cardinalium aut Romanorum Pontificum non tamen nostrorum familiarium continuorum commensalium seu eorumdem Sanctae Sedis officialium seu alias quovismodo reservationes generales sive speciales continentes sive inducentes constitutiones aut alias quomodolibet affecta facientes ad dicta monasteria prioratus preposituras prepositatus dignitates personatus administrationes vel officia canonicatus et prebendas aliaque beneficia nullatenus se extendentes sed de ipsis quae pro tempore quomodolibet extra curiam predictam etiam cessantibus commendis illorumque commendata forent vacare contingeret ut prefertur libere disponeres perinde ac si collationes et commendae nostrae gratiae expectativae spiciales et aliae reservationes affectiones uniones constitutiones et mandata huiusmodi non apparent si vero in dicta curia per obitum vel promotionem aut quamvis aliam dimissionem preterquam per resignationem in manibus nostris aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum vacare et de illis sic vacantibus vel vacaturis per nos vel sedem predictam disponi contigeret etiam si beneficia huiusmodi etiam ex quavis causa etiam ex eo quod illa obtinentes pro tempore dictae sedis notarii subdiaconi acolyti capellani cubicularii nuntii abbreviatores et scriptores seu alii officiales aut quavis alia qualitate aliquam aliam generalem reservationem inducente qualificati aut predecessorum nostrorum Romanorum Pontificum aut aliorum eiusdem Sanctae Romanae ecclesiae cardinalium etiam tunc viventium non tamen nostri ut prefertur familiares continui commensales existerent dispositione apostolica generaliter reservata non forent et ipsi officiales ac familiares benefi-

Digitized by Google

cia huiusmodi commendae vel unionis aut quovis alio titulo obtinerent quod in expeditionem litterarum apostolicarum super illorum collatione et provisione huiusmodi aut commenda seu quavis alia dispositione ecclesiis tam cathedralibus et monasteriis consistorialibus exceptis tunc si in eadem curia presens fores per te ipsum si vero te ab illa etiam pro tua voluntate ubilibet etiam ultra montes de licentia nostra abesse contingeret tui ad id specialiter per te deputati procuratoris accedere assensum alioquin gratiae et litterae desuper conficiendae nullius essent roboris vel momenti auctoritate apostolica et ex certa nostra scientia de specialis dono gratiae indulsimus prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Nos igitur te quem paterna prosequimur caritate amplioris gratiae favore volentes prosequi motu scientia auctoritate similibus litteras nostras predictas cum omnibus et singulis in eis contentis ad hoc ut tu tam illarum quam presentium vigore beneficia ecclesiastica quocumque modo premisso et alias qualitercunque qualificata in Ulixbonensi et Colimbriensi civitatibus et diocesibus consistentia ad venerabilium fratrum nostrorum modernorum et pro tempore existentium archiepiscopi Ulixbonensis et episcopi Colimbriensis collationem provisionem electionem nominationem vel confirmationem aut aliam dispositionem similem vel dissimilem communiter vel divisim spectantia pro tempore de caetero tam in apostolicis quam ordinariis collatoribus mensibus concessis vacantia quotiens dicti moderni et pro tempore existentes Ulixbonensis archiepiscopus et episcopus Colimbriensis stantibus generalibus reservationibus et affectionibus seu alias impediti illam conferre aut alias de illis disponere necnon litteras expectativas in Ulixbonensi et Colimbriensi civitatibus et diocesibus predictis prosequentes illa acceptare et de illis sibi provideri facere vel obtinere ex gratiarum earumdem tenore nequiverunt personis idoneis quibus tibi videbitur iuxta dictarum litterarum continentiam et tenorem conferre disponere pro libito tuae voluntatis libere et licite valeas prout valeres si beneficia in Ulixbonensi et Colimbriensi huiusmodi civitatibus et diocesibus consistentia in Visensi civitate et diocesi consisterent et ad tuam collationem et omnimodam dispositionem ratione dictae ecclesiae Visensis pertinerent extendimus et ampliamus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon Ulixbonensis et Colimbriensis ecclesiarum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus necnon omnibus illis quae in dictis litteris volumus non obstare caeterisque contrariis quibuscunque Nulli ergo omnino

Digitized by Google

hominum liceat hanc paginam nostrae extensionis et ampliationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae M.° D.° vicessimo Kalendas Martii Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Leão X a el-Rei

1521 — Março 23

Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Posteaquam aperte cognovimus iniquitatis filium et perditionis alumnum, atque acerrimum orthodoxae fidei hostem Martinum Lutherum non solum praestare in impiis actionibus et cogitationibus suis quibus multos in Germania decepit sed in dies maiora atque atrociora scelera moliri pro cura gregis Dominici regendi nobis incumbente nunquam destinimus omnia quaecumque potuimus, ad eam labem avertendam remedia adhibere egimusque in primis ea de re saepe diligenter cum Caesarea Maiestate tum per litteras tum per nuntios et certos homines nostros ad eam missos, quod item in praesentia facimus, scientes quantum momentum ipsius vel auctoritas vel voluntas ad iuvandam causam afferre possit et quidem Caesarea Maiestas sua, ut est alta atque praeclarissima indole, naturaque ad fidem et religionem fovendam inclinata, tantum se facturam semper ostendit quantum nos de optima eius mente nobis et causae ipsi polliceri posse videbamur tamen vel certo malefacto vel tacitis suggestionibus Sathanae vel pestilentibus consiliis eorum qui pacem invident christianis et sanctae ecclesiae Dei, quique ex publico mortalium incommoda sua metiuntur vel aliqua alia latente ratione et causa res hucusque ita remisse tracta est ut facile appareat nullo ea remedia adhibita esse quae oportebat, quaeque ipsi solicito animo expectabamus sed quod hactenus

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss. Miscel., vol. 31, fol. 237.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

factum non est, non desperamus id in posterum fieri posse praesertim si Regia Maiestas tua partem huius solicitudinis nostrae suscipere, et publicam causam quo debet patrocinio tueri non recusarit: id est si statuerit quantum optimo christiano principi convenit, tantum de causa ipsa sibi esse laborandum et nunc quidem certum aliquem hominem ex suis ad Caesaream Maiestatem miserit oratum, obtestatumque velit religioni et fidei christianae non solum non deesse quemadmodum facit sed iam de publico eius periculo commoveri, atque in ea iuvanda sustinendaque imperii sui auctoritate aliquanto efficacius quam hactenus factum est et ardentibus exercere quod ut facias e pietatis tuae quam Deo sanctaeque eius ecclesiae semper prestitisti, ut fides quam tantis terrae marisque pericolis ad incognitas usque mundi partes promovisti, etiam in antiquis sedibus suis per Maiestatem tuam conservatam se esse intelligat: est prudentiae ne oblatam de re christiana benemerendi non optabilem illam quidem sed pulchram occasionem vel neglexisse vel parum ursise videaris est alti illustrisque animi tui ad immortalitatem aspirantis, atque his angustiis quas natura tibi ad vivendum dedit minime contenti, ut rectae sanctaeque factorum gloria et virtus perfruare, et eandem ad omnem posteritatem transmittas, id vero ut facias, ita contendimus a Maiestate tua ut nihil prius nihil efficacius nihil animo magis solicito nihil iustiore de causa hoc tempore contendere ab ea posse videamur et quoniam dubitatur, ne ille perditus et maledictus homo libros suos a nobis et Sancta hac Sede damnatos in linguam hispanam conversos per Hispanias divulgandos et disseminandos curet; quo perniciosa eorum lectione sub velo boni et sancti rudimenti etiam nationem illam in errorem et confusionem inducat quod si fierit facile eiusmodi libri possent etiam in terras regiae ditionis tuae penetrare, ea propter hortamur illam in Domino diligentissime atque ab ea omni affectu animi nostri requirimus edicere gravem im modum et cavere velit ut ne minima quidem dictorum librorum scedula in regni tui terras recipiatur: et non solum ne recipiatur sed tanquam mortiferum venenum ab omnibus evitetur quemadmodum eadem Maiestas tua intelliget a dilecto filio Michaele Silvio oratore apud nos suo quo cum rem omnem mentemque super ea re communicavimus Datum apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII Martii M. D. XXI Pontificatus nostri anno nono [1].

[1] *Copia. na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 213.— *Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Emanueli Portugaliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Breve do papa Leão X ao cardeal Infante D. Affonso

1521—Março 23

Leo Papa x—Ad futuram rei memoriam Decet Romanum Pontificem ea quae in contentionis scrupulum nimis curiosa interpretatione aliquando trahi possent ita suae declarationis arbitrio plena facere quod exinde nulli valeat dubitationis involucrum quomodolibet exoriri accepimus siquidem quod cum dilectus filius noster Alphonsus Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconus cardinalis diversas etiam in ecclesiastica dignitate constitutas personas in suos veros et indubitatos familiares gratiose receperit quorum nonnulli actu sui commensales et alii non commensales sed stipendiati reliqui vero nec actu continui commensales sui stipendiati sed dumtaxat in rotulo familiarium suorum annotati existunt a nonnullis revocetur in dubium an singuli ipsi per eumdem Alphonsum cardinalem ut prefertur etiam pro tempore in familiares recepti etsi continui commensales sui per quatuor menses per obitum dumtaxat esse desierint pro eiusdem Alphonsi cardinalis veris familiaribus censeri et ut tales privilegiis indultis immunitatibus libertatibus prerogativis gratiis et exemptionibus Romanae ecclesiae cardinalium familiaribus tam per nos quam predecessores nostros Romanos Pontifices concessis uti et sub constitutionibus ac cancellariae apostolicae regulis per nos editis et edendis active et comprehendi debeant nos igitur ad quos pertinet singula dubia presertim commodum familiarium cardinalium eorumdem concernentia declarare volentes motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia omnes et singulos per eumdem Alphonsum cardinalem in suos familiares et domesticos nostro permissu hactenus receptos et im posterum recipiendos etsi in tinello eiusdem Alphonsi cardinalis non comederint nec biberint, et familiaritatem illorum per quatuor menses iuxta Sixti 4^{i} et Innocentii 8^{i} Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum et nostrae constitutionum et per nos innovatarum tenores non continuaverint et actu per eosdem quatuor menses ratione obiectionis supervenientis infra quatuor menses huiusmodi continui com-

Digitized by Google

mensales esse probati non fuerint dummodo per eumdem Alphonsum cardinalem vere et non ficte in familiares et domesticos recepti et rotulo familiarium suorum et annotati existant veros et non fictos eiusdem Alphonsi cardinalis familiares continuos commensales existere dummodo numerus familiarium huiusmodi ducentos minime excedat ipsosque omnibus et singulis privilegiis indultis immunitatibus libertatibus prerogativis gratiis et exemptionibus eiusdem Sanctae Romanae ecclesiae cardinalium familiaribus per nos et quoscunque predecessores nostros concessis uti, et sub constitutionibus ac regulis Apostolicae Cancellariae per nos editis et edendis active et passive comprehendi debere in omnibus et per omnia perinde ac si ipse Alphonsus cardinalis post eius ad cardinalatus dignitatis assumptionem Romanam Curiam per tempus secutus extitisset ac omnes familiares huiusmodi eidem cardinali inservientes actu in tinello eiusdem Alphonsi cardinalis per quatuor menses comedissent et bibissent sicque per quoscunque iudices et causarum palatii apostolici auditores et Romanae ecclesiae huiusmodi cardinales tam in eadem curia quam extra eam in quavis instantia iudicari sententiari et definiri debere irritum quoque et innane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari auctoritate apostolica tenore presentium decernimus et declaramus non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac eiusdem cancellariae regulis caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII Martii M. D. XXI Pontificatus nostri anno nono [1].

Carta d'el-Rei ao papa Leão X

1521 — Maio 10

Quum pro nostra erga Sedem Apostolicam et Vestram Sanctitatem peculiari observantia semper consueverimus Beatissime Pater successus omnes nostros et quae pro fidei orthodoxae cultusque divini propagatione

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel , vol. 31, fol. 250 v.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

et augmento sedula cura magnoque impendio assidue laboramus eorum fructum et commoda quae indies clementissimus Deus concedere dignatur eidem utpote vero Christi vicario et totius reipublicae christianae arbitro et moderatori significare operae pretium visum est nunc etiam (quod tantopere tantoque studio iam diu querebamus) prescribere ut potentissimum illum indiorum atque ethiopum christianorum antistitem et principem presbyterum Joannem Abixiae provinciae dominum divina favente clementia tandem invenerimus nobisque perpetuo amicitiae foedere conciliaverimus quo et Deo gratias pro tanto beneficio agentes Vestrae Sanctitati cuius foelici tempore et auspicio tantus nostrae fidei thesaurus repertus est merito gratulemur: et Mecham ipsam perfideique Mahumetis sepulcrum funditus evertendum ac fidem Christi in universum propagandam esse propediem speremus nam cum antecessores nostri (ut erant Mahumeticae perfidei hostes acerrimi) ampliandi christiani nominis desiderio potiusquam ullius emolumenti spe illecti novis provinciis et longinquis regionibus perquirendis operam impendissent: nos eorum secuti vestigia quamvis multo labore et impensis nostrorumque sanguine et maximis periculis felicioribus tamen auspiciis progressi sumus ac reperta divino suffragio India partisque praeterea multis provinciis et victoriis quo melius ac comodius res christiana gereretur restabat, ut huic tanto tamque potenti principi (qui et ipse nostrum foedus et amicitiam maxime affectabat superioribusque annis legatum cum litteris et muneribus ac non exiguo sanctae veraeque crucis ligno ad nos miserat) iungeremur cuius legationem tametsi veram esse multis ac perspicuis argumentis arbitraremur ut tamen res ipsa firmius et oculata fide constare posset cum ipso legato oratorem etiam nostrum qui omnia exacte perscrutaretur eo remisimus qui cum propter viarum difficultates et moram in ipso itinere interiisset nec iussa nostra interceptus morte exequi potuisset: nunc nostra classis per varios casus ac magna terrae marisque pericula, divino certe concilio, ad ipsius presbyteri Joannes tam optata litora portusque tandem delata est: cognitoque et regionis et gentis statu ac rerum omnium (quantum temporis brevitas sinebat) conditione atque icto et obfirmato sanctissimae fidei nostrae foedere dimissoque ad ipsum presbyterum Joannem eius legato cum quibusdam etiam ex nostris, qui ipsius provinciae mores religionem fidem atque intima quaeque sedulo rimarentur, ipsa classis in India reversa est sicut ex nuntiis ac litteris proxime ad nos delatis liquido cognovimus, quarum exemplum ne quispiam ulterius dubitare possit ad Michaelem Sylvicum oratorem no-

Digitized by Google

strum misimus a quo Vestra Sanctitas rem omnem ordinem intelliget quapropter Beatissime Pater divinis freti auspiciis haud dubie speramus propediem fore ut coniunctis sub sanctae crucis vexillo presbyteri Joannis nostrisque armis atque in perfidos christiani nominis hostes unanimiter conversis (si Vestrae Sanctitatis numen et aspiraverit) maior in dies progressus et maioris opere incrementum sequatur quo verus Dei cultus nostraque fides et religio sublimentur, atque illa orientis ora tam diversis mundi tractibus tam longe relegata in quam sacras apostolorum voces intonuisse tam re ipsa compertum habemus nostrae occidentali perpetuo conciliata viros Sanctae Romanae Ecclesiae ritus cultumque agnoscat Vestrae Sanctitati ut legitimo totius christiani gregis pastori debitum obsequium et obedientiam oblatura diu etc. *(sic)* X Maii M.°D.°XX.°I.° [1].

Breve do papa Adriano VI a el-Rei

1522—Maio 13

Adrianus Papa VI—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Inter alia quae nobis dilectus filius Aries de Sosa Maiestatis tuae apud nos orator nomine tuo exposuit, id etiam retulit quod eadem Maiestas tua provide considerans quam lubrica sit et seductionibus obnoxia impuberum aetas cauteque perpendens idem suis in germanis qui huiusmodi sunt quod in aliis posse perquam facile evenire, cuperet uti prudentissimum Regem decet huiusmodi casibus occurrere atque ut in caeteris rebus omnibus sic in hac parte Serenissimi patris sui sapientiam imitari, qui optimo consilio idem animadvertens a felicis recordationis Leone papa X° praedecessore nostro ut curam bonorum et proventuum tam spiritualium quam temporalium dilecti filii nostri Alfonsi Sanctae Mariae in Septem soliis Diaconi Cardinalis donec maturiori etate cresceret habere posset impetravit et propterea nobis idem Maiestatis tuae orator nomine tuo supplicavit, ut tibi similem tam super eiusdem Cardinalis quam cete-

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA., Mss., Miscel., vol. 31, fol. 169.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

rorum fratrum tuorum bonis quibuscumque administrandis facultatem et auctoritatem impartiri dignaremur. Nos igitur pium hoc tuum consultumque propositum, in Domino commendantes considerantesque puerilem etatem utpote firmiori iudicio carentem aliena moderatione indigere, videntesque nulli tutius, aut decentius tales personas et earum bona quam propriis germanis demandari, presertim iis qui Regali Dignitate magno consilio singularique probitate praediti esse dignoscuntur, qualem Maiestatem tuam per multam famam accepimus, eidem Maiestati tuae ut tam dicti Alfonsi cardinalis quam aliorum germanorum tuorum bona tam spiritualia quam temporalia et tam presentia quam futura donec ipsi ad etatem legitimam pervenerint regere, gubernare et administrare, et temporalia in Alfonsi Cardinalis et germanorum predictorum usus, spiritualia vero tam in eorum respective usus et in ecclesiarum et aliorum beneficiorum unde ipsi fructus pervenerint, necessitates, quam prosecutionem belli contra infideles Africae prout magis cognoveris et tibi videbitur expedire super quo tuam conscientiam oneramus, convertere possis et valeas auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et indulgemus: Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Caesaraugustae sub annulo Piscatoris die XIII maii M. D. XXII. Suscepti á nobis offitii Apostolatus anno primo [1].

Breve do papa Adriano VI a el-Rei

1522—Maio 18

Adrianus Papa VI—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Expositum fuit nobis pro parte dilecti filii Alfonsi del Algava quod mense martii proxime preterito navis quedam auro, margaritis, et aliis mercibus onusta cuius ipse Alfonsus gubernator erat ab Indiis charissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum et Hispaniarum Regis in imperatorem electi rediens, non procul á portu Sancti Vincentii,

[1] ARCH. NAC., Maç. 3 de Bullas, num. 20.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portogalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

á quodam praedone gallico rapta fuerit: quodque post octo dies dictus praedo prope portum Ulixbonensem supra Verlingas, in tuam classem, ad custodiam maritimam regni tui deputatam, inciderit, qua visa, pyrata navem ipsam dimiserit, illa vero gaudens, libertate recepta, classi tuae predictae se coniunxerit, et una cum classe praedonem indesecuta fuerit donec ille caperetur, quo capto iterum navis velut hostium esset a classe Serenitatis tuae detineatur, et mandato Serenitatis tuae merces et omnia quae in navi erant custodiantur. Quare pro parte eiusdem Alfonsi nobis fuit humiliter supplicatum ut ei in hiis paterna benivolentia assistere dignaremur. Nos igitur qui omnes gravatos adiuvare cupimus, precibus supplicantis inclinati hortamur Maiestatem tuam ac serio monemus, ut dicto Alfonso hac in re iusticiam breve et expeditam ministrari iubeat, nec patiatur bona illius ab officialibus suis per iniuriam detineri, in quo rem faciet tali, qualis ipsa est principe dignam conscientiae suae utilem et Deo, nobisque ac dicto electo imperatori, cuius dictus Alfonsus subditus est, pergratam. Datum Caesaraugustae sub Annulo piscatoris XVIII.ª *(sic)* maii M. D. XXII. Suscepti a nobis offitii Apostolatus anno primo [1].

Breve do papa Adriano VI a el-Rei

1522—Maio 21

Adrianus Papa VI—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut Maiestas tua nobis nuper per dilectum filium Arias de Suosa militem militiae de Avis Maiestatis tuae apud nos oratorem fecit exponi ipsa desideret aliquando pro sua spirituali consolatione monasteria monialium ingredi: Nos votis tuis in hac parte favorabiliter annuentes Maiestati tuae, ut quotiens sibi placuerit, quecunque monialium etiam inclusarum ordinum quoruncunque monasteria cum XX^ti^ personis per eam assumendis super quo ipsius conscientiam oneramus, ingredi dummodo in illis non pernoctet, nec illi de dicta comitiva pernoctent

[1] ARCH. NAC., Maç. 35 de Bullas, num. 3.—*Sobrescrito*. Carissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

libere et licite possit auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratiae indulgemus: Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus monasteriorum et ordinum praedictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis caeterisque contrariis quibuscunque: Datum Caesaragustae sub annulo Piscatoris die XXI.ª maii M.°D.XXII. Suscepti a nobis apostolatus offitii anno primo [1].

Breve do papa Adriano VI ao Bispo de Lamego, capellão-mór da Capella Real

1522—Maio 22

Adrianus Papa VI—Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem: Exponi nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Joannes Portugalliae et Algarbiorum Rex Illustris quod licet Maiestas sua pro suo corporali exercitio et intermissione á curis nonnulla nemora et alia loca venatui accommodata sub suo temporali dominio consistentia specialiter reservaverit, et sub certis etiam pecuniariis poenis, ne quis ibi sine sua licentia aliquod venationis genus exerceat prohibuerit, venationesque et silvaticae fatigationes omnibus clericis a sacris sint canonibus interdicte: tamen aliqui clerici ea forsan confidentia freti, quod secularium non arctentur edictis, vel per eos nequeant coerceri, aut alias contra prohibitionem huiusmodi in nemoribus et aliis locis praedictis aucupari et venari frequenter presumunt, non in ipsius Regis solum, sed etiam apostolicae auctoritatis contemptum: Quare nobis fecit humiliter supplicari, ut id eis prohibere, aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur: Nos itaque eiusdem Joannis Regis honestis desideriis annuentes Fraternitati tuae committimus et mandamus, quatenus ad ipsius Joannis omnimodam requisitionem, omnes et singulos clericos etiam in sacris et presbyteratus ordinibus constitutos sub excommunicationis ac pe-

[1] ARCH. NAC., Maç. 3 de Bullas, num. 17.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

cuniariis poenis tuo arbitrio imponendis et moderandis, et per ministros tuos exigendis moneas quatenus in aliquo ex dictis silvis et aliis locis prohibitis, sine ipsius Regis expressa licentia venari, aut per illa cum canibus vel accipitribus seu falconibus, aut alio venatorio apparatu vagari presumant: in contrarium non obstantibus quibuscunque: Datum Caesaragustae sub annulo Piscatoris die XXII.ª maii M.º D. XXII. Suscepti a nobis apostolatus officii anno primo [1].

Carta d'el-Rei ao papa

1523?—Principios? [2]

Muyto samto in Christo padre e muyto bemaventurado Senhor o vosso devoto e obidiente filho dom Joam per graca de Deus Rey de Portugal e dos Algarves daaquem e daleem maar em Africa senhor de Guine e da comquista navegacam e comerçio de Etiopya Arabia Persia e da Imdia com toda omildade emvio beijar seus samtos pees. Muyto samto in Christo padre e muyto beem avemturado Senhor eu escrevo a dom Miguel da Sylva do meu conselho e meu embaixador que fale a Vosa Samtidade sobre as avagamtes dos moesteiros de Sam Jorge da ordem de Samto Agostinho da dioçesy do bispado de Coimbra e de Sam Cristovam de Lafoeẽs da ordem de Sam Bernardo da dioçesy do bispado de Vyseu que ora vagaram per faleçimento de Dieguo da Gama que foy dom prior do comvemto de Tomar da ordem do meestrado de Nosso Senhor Jesuu Christo o qual os tynha em encomenda dos quaaes peco e soprico a Vosa Santidade que queyra proveer e fazer mercee asy em encomenda ao Ifamte dom Amrrique meu muyto amado e precado irmaão pellas rezoões que ho dito meu embaixador lhe apresentara e muy principalmente por a mym fazer.... merce pois as cousas de bem de meus irmaaos tanto me tocam como Vosa Santidade sabe nem de nenhuas outras devo ter maior cuidado Soprico e

[1] ARCH. NAC., Maç. 3 de Bullas, num. 14.—*Sobrescrito:* Venerabili fratri Fernando Episcopo Lamacensi, et pro tempore existenti Cappellano maiori Capellae Regis Portugalliae.

[2] *A bulla da concessão d'estes mosteiros é de* 2 de março de 1523.

Digitized by Google

peco muyto por merce a Vosa Santidade que ho queyra n yso ouvyr e lhe dar ynteira fee e crenca e fazer o que de Vosa Santidade por suas muy grandes vertudes espero e em muy syngullar merce o receberey della Muyto santo etc. *(sic)* [1].

Bulla do papa Adriano VI aos suffraganeos do arcebispado de Lisboa

1523—Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei Universis suffraganeis ecclesiae Ulixbonensis salutem et apostolicam benedictionem Hodie dilectum filium nostrum Alfonsum Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconum cardinalem in quartodecimo suae aetatis anno constitutum administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesiae Ulixbonensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitutae donec vigessimum dictae aetatis annum attingeret de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputavimus et deinde quamprimum dictum vigessimum annum attigisset ex hodie prout ex tunc et e converso de persona sua eidem ecclesiae similibus consilio et auctoritate providimus ipsumque illi in archiepiscopum et pastorem praefecimus ac de persona sua eidem ecclesiae provisum ipsumque illi in archiepiscopum et pastorem praefectum fore decrevimus curam et administrationem eiusdem ecclesiae etiam dicta administratione durante sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Quocirca universitatem vestram rogamus monemus et hortamur attente per apostolica scripta vobis mandantes quatenus eidem Alfonso cardinali administratori et futuro archiepiscopo tanquam membra capiti obsequentes exhibeatis eidem obedientiam et reverentiam debitas et devotas ita quod mutua inter vos et ipsum gratia gratos sortiatur effectus nosque devotionem vestram possamus propter hoc in Domino merito commendari Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae MDXXII X° kalendas Martii Pontificatus nostri anno primo [2].

[1] *Minuta, no* ARCH. NAC., Cartas missivas, Maç. 2, num. 113.
[2] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel, vol. 31, fol. 244 v.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Bulla do papa Adriano VI ao cardeal Infante D. Affonso

1523—Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Alfonso Sanctae Luciae in Septem Soliis diacono cardinali salutem et apostolicam benedictionem. Divina supereminens largitas nonnumquam in multis sic suae gratiae dona difundit quod aetatis defectu patientes per suarum virtutum merita defectum supplentis eumdem merentur ad dignitatum culmina promoveri Cum itaque nos hodie te qui ut accepimus in quatuordecimo tuae aetatis anno constitutus existis administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesiae Ulixbonensi ad praesens certo modo pastoris regimine destitutae donec vigessimum dictae aetatis annum huiusmodi attingeres de persona tua eidem ecclesiae ex tunc prout ex nunc et e converso similibus consilio et auctoritate providere teque illi in archiepiscopum et pastorem praeficere intendamus, nos sperantes quod tu per grandium virtutum dona quibus circumsultus existis eidem ecclesiae esse poteris multipliciter fructuosus motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatae petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate tecum ut quamprimum dictum vigessimum annum attigeris eidem ecclesia preesse ac illius curam et administrationem recipere illamque in eisdem spiritualibus et temporalibus gerere et exercere ac munus consecrationis suscipere et illo uti libere et licite valeas defectu aetatis praemissae quem ad hoc patieris in illius vigesimo anno praedicto tunc constitutus ut praefertur ac Lateranensis concilii et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dictae ecclesiae iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus caeterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate praefata tenore presentium de specialis dono gratiae dispensamus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae dispensationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit

Digitized by Google

incursurum Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo x.° kalendas Martii. Pontificatus nostri anno primo[1].

Bulla do papa Adriano VI ao cabido do arcebispado de Lisboa

1523—Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis ecclesiae Ulixbonensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie dilectum filium nostrum Alfonsum Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconum cardinalem in quartodecimo suae aetatis anno constitutum administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesiae vestrae Ulixbonensis tunc per obitum bonae memoriae Martini archiepiscopi Ulixbonensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitutae donec vigessimum dictae aetatis annum attigeret de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputavimus et deinde quamprimum dictum vigessimum annum attigisset ex hodie prout ex tunc et e converso de persona sua eidem ecclesiae similibus consilio et auctoritate providimus ipsumque illi in archiepiscopum et pastorem praefectum fore decrevimus curam et administrationem eiusdem ecclesiae etiam dicta administratione durante sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris continetur Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus eumdem Alfonsum cardinalem administratorem et futurum archiepiscopum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes eidem obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis alioquin sententiam quam idem Alfonsus cardinalis administrator et futurus archiepiscopus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 238 v.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo decimo kalendas Martii. Pontificatus nostri anno primo [1].

Bulla do papa Adriano VI ao clero do arcebispado de Lisboa

1523—Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis clero civitati et diocesi Ulixbonensis salutem. Hodie dilectum filium nostrum Alfonsum Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconum cardinalem in quartodecimo suae aetatis anno constitutum administratorem in spiritualibus ecclesiae Ulixbonensis tunc per obitum bonae memoriae Martini archiepiscopi Ulixbonensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitutae donec vigessimum dictae aetatis annum attingeret de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputavimus et deinde quamprimum dictum vigessimum annum attigisset ex hodie prout ex tunc et e converso de persona sua eidem ecclesiae similibus consilio et auctoritate providimus ipsumque illi in archiepiscopum et pastorem praefecimus ac de persona sua eidem ecclesiae provisum ipsumque illi in archiepiscopum et pastorem praefectum curam et administrationem eiusdem ecclesiae etiam dicta administratione durante sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus eodem Alfonso cardinali administratori et futuro archiepiscopo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis alioquin sententiam quam idem Alfonsus cardinalis et administrator et futurus archiepiscopus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus actore

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 34, fol. 241 v.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabilitir observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo x.° kalendas Martii. Pontificatus nostri anno primo [1].

Bulla do papa Adriano VI aos vassallos da diocese de Lisboa

1523 — Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis universis vassallis ecclesiae Ulixbonensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie dilectum filium nostrum Alfonsum Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconum cardinalem in quartodecimo suae aetatis anno constitutum administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesiae Ulixbonensis tunc per obitum bonae memoriae Martini archiepiscopi Ulixbonensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitutae donec vigessimum dictae aetatis annum attingeret de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputavimus et deinde quamprimum dictum vigessimum annum attigisset ex hodie prout ex tunc et e converso de persona sua eidem ecclesiae similibus consilio et auctoritate providimus ipsumque illi in archiepiscopum et pastorem praefecimus ac de persona sua eidem ecclesiae provisum ipsumque illi in archiepiscopum et pastorem praefectum fore decrevimus curam et administrationem eiusdem ecclesiae etiam dicta administratione durante sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Quocirca universitati vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus eumdem Alfonsum cardinalem administratorem et futurum archiepiscopum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes eidem fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis alio-

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 244.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

quin sententiam sive poenam quam idem Alfonsus cardinalis administrator et futurus archiepiscopus rite tulerit sive statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo x.° kalendas Martii. Pontificatus nostri anno primo[1].

Bulla do papa Adriano VI ao cardeal Infante D. Affonso

1523—Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Alfonso Sanctae Luciae in Septem Soliis diacono cardinali salutem et apostolicam benedictionem. Ecclesiarum utilitati tunc recte consulitur et indemnitati salubriter providetur cum viris circumspectis et providis earum cura committitur unde Romanus Pontifex cui ex apostolatus incumbit officio de universis orbis ecclesiis solicite considerantes illarum administrationes Sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus interdum committit ut per illorum providentiam circumspecta ecclesiae ipsae preserventur a noxiis ac dante Domino felicibus in spiritualibus et temporalibus proficiant incrementis Dudum siquidem provisiones ecclesiarum omnium tunc vacantium et in antea vacaturarum ordinationi et dispositioni nostrae reservavimus decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari postmodum vero ecclesia Elborensis cui bonae memoriae Alfonsus episcopus Elborensis dum viveret presidebat per obitum eiusdem Alfonsi episcopi qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit pastoris regimine destituta nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta tam eidem ecclesiae Elborensi de cuius provisione nullus praeter nos hac vice se intromittere potuit sive potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 245.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

de gubernatore utili idoneo per quem circumspecte regi et salubriter dirigi valeat quam tibi ut statum tuum iuxta cardinalatus exigentiam dignitatis decentius tenere et expensarum onera quae te iugiter de necessitate subire oportet facilius perferre valeat de alicuius subventionis auxilio providere volentes ac sperantes quod tu propter grandium virtutum dona quibus personam tuam illarum largita Altissimus insignivit eidem ecclesiae Elborensi esse poteris multipliciter fructuosus te in quartodecimo tuae aetatis anno constitutum quem hodie ecclesiae Ulixbonensi tunc pastore carenti administratorem in spiritualibus et temporalibus donec vigessimum dictae aetatis annum attingeres de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputavimus et deinde quamprimum dictum vigessimum annum attingeret ex hodie prout ex tunc et e converso de persona tua eidem ecclesiae Ulixbonensi similibus consilio et auctoritate providimus praeficiendo te illi in archiepiscopum et pastorem tecumque motu proprio ut in dicto vigessimo anno eidem ecclesiae Ulixbonensi in archiepiscopum et pastorem praefici et praeesse valeres dispensavimus per diversas nostras litteras prout in illis plenius continetur perpetuum in eisdem spiritualibus et temporalibus ecclesiae Elborensis huiusmodi administratorem etiam una cum Sanctae Luciae in Septem Soliis quae denominatio tui cardinalatus existit ac praefata Ulixbonense omnibus et singulis aliis ecclesiis quibus te praeesse aut in administratorem dari et deputari contigerit necnon monasteriis prioratibus praeposituris dignitatibus personatibus administrationibus officiis canonicatibus et prebendis caeterisque beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et quorumvis ordinum regularibus quae in titulum et commendam aut alias obtines et in posterum obtinebis ac pensionibus annuis quas percipis et percipies in futurum de simili eorumdem fratrum consilio dicta auctoritate tenore presentium constituimus et deputamus curam et administrationem eiusdem ecclesiae Elborensis tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente Domino actus tuos praefata ecclesia Elborensis per tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus susciperet incrementa volumus auctoritate quod debitis mensae episcopalis Elborensis administratione ecclesiae Elborensis huiusmodi durante supportatis oneribus de residuis eiusdem mensae fructibus redditibus et proventibus disponere et ordinare libere et licite valeas sicuti episcopi Elborenses qui pro tempore fuerunt de illis disponere et or-

Digitized by Google

dinare potuerunt seu etiam debuerunt alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et preciosorum mobilium dictae mensae tibi penitus interdicta Quocirca circumspectioni tuae per apostolica scripta mandamus quatenus curam et administrationem praedictas sic per te vel alium seu alios exercere studeas solicite fideliter et prudenter quod ecclesia ipsa Elborensis gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam tuque praeter eternae distributionis premium nostrae et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo x.° kalendas Màrtii. Pontificatus nostri anno primo [1].

Bulla do papa Adriano VI ao cabido da diocese de Evora

1523—Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis capitulo ecclesiae Elborensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie dilectum filium nostrum Alfonsum Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconum cardinalem perpetuum administratorem ecclesiae vestrae Elborensis tunc per obitum bonae memoriae etiam Alfonsi episcopi Elborensis qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit pastoris solatio destitutae quoad viveret in spiritualibus et temporalibus de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica constituimus et deputavimus curam et administrationem ipsius ecclesiae Elborensis sibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus eidem Alfonsi cardinali et administratori tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis alioquin senten-

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 34, fol. 239.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

tiam quam idem Alfonsus cardinalis et administrator rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo x.° kalendas Martii. Pontificatus nostri anno primo [1].

Bulla do papa Adriano VI ao clero da diocese de Evora

1523 — Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis clero civitatis et diocesis Elborensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie dilectum filium nostrum Alfonsum Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconum cardinalem administratorem ecclesiae Elborensis tunc per obitum bonae memoriae etiam Alfonsi episcopi Elborensis qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit pastoris solatio destitutae quoad viveret in spiritualibus et temporalibus de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica constituimus et deputavimus curam et administrationem ipsius ecclesiae Elborensis sibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus eidem Alfonso cardinali et administratori tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis alioquin sententiam quam idem Alfonsus cardinalis et administrator rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo x.° kalendas Martii. Pontificatus nostri anno primo [2].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss. Miscel., vol. 31, fol. 243 v.
[2] *Idem*, idem, fol. 242 v.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Bulla do papa Adriano VI ao povo da cidade e diocese de Evora

1523—Fevereiro 20

Adrianus servus servorum Dei *(sic)* dilectis filiis populo civitatis et diocesis Elborensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie dilectum filium nostrum Alfonsum Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconum cardinalem perpetuum administratorem ecclesiae Elborensis tunc per obitum bonae memoriae etiam Alfonsi episcopi Elborensis qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit pastoris solatio destitutae quoad viveret in spiritualibus et temporalibus de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica constituimus et deputavimus curam et administrationem ipsius ecclesiae Elborensis sibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Quocirca universitatem vestram rogamus et hortamur attente per apostolica scripta vobis mandantes quatenus eumdem Alfonsum cardinalem et administratorem tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis ita quod ipse in vobis filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benevolum gaudeatis. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo x.° kalendas Martii Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 243.
Vidè a nota a pag. 59

Digitized by Google

Bulla do papa Adriano VI aos vassallos da diocese de Evora

1523—Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis universis vassallis ecclesiae Elborensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie dilectum filium nostrum Alfonsum Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconum cardinalem perpetuum administratorem ecclesiae Elborensis tunc per obitum bonae memoriae etiam Alfonsi episcopi Elborensis qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit pastoris solatio destitutae quoad viveret in spiritualibus et temporalibus de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica constituimus et deputavimus curam et administrationem ipsius ecclesiae Elborensis sibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitati vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus eumdem Alfonsum cardinalem et administratorem tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes, eidem fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis alioquin sententiam sive penam quam idem Alfonsus cardinalis et administrator rite tulerit sive statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo x.° kalendas Martii. Pontificatus nostri anno primo [1].

1 *Copia na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 243.
Vidè a nota a pag 59.

Digitized by Google

Bulla do papa Adriano VI ao cardeal infante D. Affonso

1523 — Fevereiro 20

Adrianus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Alfonso Sanctae Luciae in Septem Soliis diacono cardinali salutem et apostolicam benedictionem. Divina disponente clementia cuius inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa in Apostolicae Sedis specula meritis licet insufficientibus sublimati ad universas orbis ecclesias aciem nostrae considerationis extendimus et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus sed de illis cogitare propensius nos convenit quas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis iuxta cor nostrum pastores praeficiantur idonei sui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam salubriter dirigant et informent ac bona ipsarum ecclesiarum non solum gubernent utiliter sed etiam multimodis efferant incrementis. Dudum siquidem provisiones ecclesiarum omnium tunc vacantium et in antea vacaturarum ordinationi et dispositioni nostrae reservavimus decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari postmodum vero ecclesia Ulixbonensis cui bonae memoriae Martinus archiepiscopus Ulixbonensis dum viveret presidebat per obitum eiusdem Martini archiepiscopi qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit pastoris regimine destituta nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem eiusdem ecclesiae Ulixbonensis celerem et felicem de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis in ecclesia ipsa Ulixbonensis longe vacationis exponatur incommodis paternis et solicitis studiis intendentes post deliberationem quam de praeficiendo eidem ecclesiae Ulixbonensi personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem. demum ad te Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconum cardinalem in quartodecimo tuae aetatis anno constitutum consideratis grandium virtutum donis quibus personam tuam illarum largitor Al-

Digitized by Google

tissimus multipliciter insignivit et quod tu cardinalatus honore fungens scies et poteris ecclesiam praedictam Ulixbonensem salubriter regere et feliciter gubernare direximus oculos nostrae mentis quibus omnibus debita meditatione pensatis te administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesiae Ulixbonensis huiusmodi donec vigessimum dictae aetatis annum attigeris de fratrum eorumdem consilio apostolica auctoritate constituimus et deputamus ita quod interim debitis et consuetis mensae archiepiscopalis Ulixbonensis supportatis oneribus liceat tibi de residuis illius fructibus redditibus et proventibus disponere et ordinare sicuti archiepiscopi Ulixbonenses qui pro tempore fuerunt de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dictae mensae tibi penitus interdicta et deinde quamprimum dictum vigessimum eiusdem aetatis annum attigeris ex nunc prout ex tunc et e converso eidem ecclesiae Ulixbonensi de persona tua similibus consilio et auctoritate providimus teque illi praeficimus in archiepiscopum et pastorem ac de persona tua eidem ecclesiae Ulixbonensi provisum teque illi in archiepiscopum praefectum fore decernimus curam et administrationem durante tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus committendo ita tamen quod propter hoc Sanctae Luciae in Septem Soliis diaconus cardinalis esse non desinas sed sanctae Luciae huiusmodi diaconus cardinalis existens eiusdem Ulixbonensis ecclesiae verus presul et pastor existas firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente Domino actus tuos praefata Ulixbonensis ecclesia per tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa Quocirca circumspectioni tuae per apostolica scripta mandamus quatenus impositum tibi a Domino onus regiminis et administrationis praedictorum devote suscipiens curam regimen et administrationem praedictas sic per te vel alium seu alios solicite geras et fideliter prosequaris quod exinde sperati fructus adveniant ipsaque ecclesia Ulixbonensis gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam tuque per eternae retributionis premium nostram et dictae Sedis Apostolicae benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo secundo x.° kalendas Martii. Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 241 v.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Breve do papa Adriano VI ao cardeal infante D. Affonso

1523 — Março 3

Adrianus Papa VI — Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Scribimus ad charissimum in Christo filium nostrum Joannem Portugalliae et Algarbiorum Regem illustrem fratrem germanum tuum eius Maiestatis significantes manifestum discrimen et periculum quod Belgrado proximis annis et nunc insula Rhodo ab immanissimo turcarum tyranno captis universae christianae reipublicae impendet monemusque ut clarissimorum praedecessorum suorum menor fidei christianae (duobusque tantum superantibus propugnaculis brevi tempore amissis) extreme laboranti opportunam opem ac salutarem auxilium afferre velit quod licet eum pro singulari sua erga Deum pietate facturum speremus considerantes tamen Circumspectionem tuam Sanctae Romanae Ecclesiae honorabile membrum existere ac fidei de qua nunc agitur columnam esse ac propterea quantum in ea est conari debere ut dictam christianam rempublicam tam secularium quam ecclesiasticorum principum opem et suppetias implorantem opera et consilio suo vivet eam paterno affectu hortamur, et in virtute sanctae obedientiae monemus atque requirimus, ut beneficiorum quos ab omnipotente Deo et hac Sancta Sede recipit memor eiusdem Joannem Regis aures, crebris interpellationibus, ac precibus pulsare velis ut paternas exhortationes nostras audire atque adimplere non differat, eiusque Maiestati persuadere ut attenta huius Sanctae Sedis quam rebus omnibus exhaustam invenimus paupertate et inopia propter quod illa sine suis et aliorum principum auxiliis ad hanc rem perparum prestare potest de opportuno aliquo subsidio huc mittendo ad reprimendos perfidissimum tyranni impetus quos nisi Deus eiusdem tyranni mentem a consideranda nostra infirmitate per misericordiam suam averterit propediem expectamus providere non gravetur in quo eadem Circumspectio tua rem quidem se et eminenti gradu quem in ecclesia Dei obtinet, dignam ac omnipotenti Deo bonorum omnium retributori tam gratam quam debitam, nobis vero

Digitized by Google

et dictae Sedi, ac universae ecclesiae christianae reipublicae summe necessariam et carissime amplectandam faciet, prout ex dilecto filio Michaele de Silva dictae Maiestatis hic oratori, cui super his late locuti sumus plenius intelliget cui indubiam fidem adhibebit. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die III Martii M. D. XXIII. Pontificatus nostri anno primo [1].

Breve do papa Adriano VI ao cardeal infante D. Affonso

1523—Abril 10

Adrianus Papa VI—Dilecto fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti quod tu, qui in decimo quarto vel circa aetate tuae anno constitutus existis studio litterarum et aliis occurrentiis occupatus horas canonicas hactenus (prout teneris) non recitasti et quia studium huiusmodi continuare intendis, circa recitationem horarum huiusmodi debitum tuum adimplere non posse vereris quare supplicari fecisti nobis humiliter ut tibi super hiis de absolutionis beneficio quoad pretium ac opportunae dispensationis gratiam quoad futurum providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, te ab omissione horarum huiusmodi recitationis auctoritate apostolica per presentes absolvimus tecumque ut quousque vigessimum quintum dictae aetatis annum attigeres (dummodo interim duae personae ecclesiasticae horas canonicas pro te singulis diebus recitent et persolvant tuque horas gloriosae Virginis Mariae singulis diebus per te ipsum, et singulis dominicis ac festivis diebus, etiam dictas horas canonicas per te ipsum recites) ad easdem horas canonicas aliter dicendum seu recitandum minime tenearis, auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gratia dispensamus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod poeni-

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 224 v.—A tergo: Dilecto filio nostro Alfonso Sanctae Luciae in septem soliis diacono Cardinali.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

tentiam quam confessor idoneus ad id per te eligendus propter omissionem horarum huiusmodi tibi iniunxerit adimplere omnino tenearis alioquin presentes nullius sint roboris vel momenti. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die x Aprilis M.D.XXIII. Pontificatus nostri anno primo [1].

Breve do papa Clemente VII a el-Rei

1524—Fevereiro 22

Clemens Papa VII—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut accepimus, per obitum quondam Vazqui Marini vacaverint Sanctae Mariae de Moncon, et Sanctae Mamedis de Trobiscoso parrochiales ecclesiae Bracharensis diocesis, ad quas per decessum dicti Vasqui, dilecto filio nostro Joanni Baptistae tituli Sancti Apollinaris praesbytero Cardinali Cavallicensis regressus, apostolica auctoritate concessus fuerat, nuper vacaverint, et propterea dicto regressui locus fuerit, ipseque Joannes Baptista Cardinalis in dictarum ecclesiarum quae in tuo regno consistunt, adipiscenda possessione ope et opera tuae Maiestatis indigeat, eandem Maiestatem tuam hortandam et in Domino requirendam duximus: ut pro sua erga Nos et hanc Sanctam Sedem devotione, eidem Cardinali, qui dictae sedis honorabile membrum existit, vel eius legitimo procuratori, in assequenda dictarum ecclesiarum pacifica possessione, vigore presentium, cum de dicto regressu sibi concesso nobis legitime fuerit facta fides iustum favorem prestare, et ita efficere velit, ut ipsarum ecclesiarum possessionem, quam iuxta tenorem litterarum regressus huiusmodi propria auctoritate capere potest, libere assequatur. In quo Maiestas eadem tua rem se dignam, ac nobis, qui omnibus Cardinalibus in rebus honestis favere tenemur, plurimum gratam faciet, ipsumque Joan-

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 225.—A tergo: Dilecto filio nostro Alfonso Sanctae Luciae in septem soliis diacono Cardinali.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

nem Baptistam Cardinalem perpetuo amicitiae vinculo sibi devinciet. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXII.ª februarii. M. D. XXIIII.º Pontificatus nostri anno primo [1].

Bulla do papa Clemente VII ao povo da cidade e da diocese de Vizeu

1524—Setembro 9

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis populo civitatis et diocesis Visensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie ecclesie Visensis tunc certo modo quem etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore iuris clausa resultaret haberi voluimus pro expresso pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Johannis electi Visensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus, ipsumque illi prefecimus in episcopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitatem vestram rogamur et hortamur attente per apostolica scripta vobis mandantes quatinus eundem Johannem electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis ita quod ipse in vobis devotos filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo vigesimo quarto Quinto idus septembris Pontificatus nostri anno primo [2].

[1] Arch. Nac., Maç. 2 de Bullas, num. 1.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

[2] Arch. Nac., Maç. 19 de Bullas, num. 35.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII a el-Rei

1524—Outubro 16

Clemens Papa VII—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Novit Serenitas tua quam longa lite olim sit disceptatum super monasterio beatae Mariae de Traroca Cisterciensis ordinis Lamacensis diocesis in tuo regno consistenti, utque dilectus filius Accursius Cazinigo Notarius et familiaris noster basilicae Principis apostolorum de Urbe Canonicus iamdudum illud sibi per sacrum Palatii nostri Auditorium adiudicari, et omnes censuras contra possessorem tunc dicti monasterii concedi obtinuerit. Qui cum postea ipso monasterio ad manus dilecti filii nostri fratris tui Cardinalis Ulixbonensis devoluto, nostris temporibus de iustitia nos requisivisset, Nos ob singularem paternamque benivolentiam, qua Serenitatem tuam et eundem Cardinalem merito prosequimur, tuo apud nos oratori plures menses indulsimus, quibus vos de his commone facere posset, ut eiusdem Accursii iustas querelas, vestra equitate sopiremus. Verum congruo iam tempore expectato, nulloque responso per Serenitatem tuam reddito, iterum de iustitia a dicto Accursio requisiti, iisdem nos benivolentia et respectu vestri permoventibus, adhuc tres alios menses ad priorem dilationem adiicere statuimus, quo interea responsum a vobis habere possimus. Hortantes Serenitatem tuam in Domino et paterne requirentes, ut pro Dei honore ac iustitiae cultu, quam semper complexus es, velis dictum Accursium vel via iustitiae vel concordia aliqua quietum reddere, nosque ab eo onere ministrandae ei ulterioris iustitiae liberare. Quod sane prestanti tuae naturae et consuetudini congruet, et nobis erit gratum. Aliter enim dicto trimestri spatio elapso, nec pastorali nostro offitio deesse, nec iustas dicti Accursii preces diutius negligere possemus. Quemadmodum haec idem orator tuus pluribus ad te verbis scribet. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVI octobris M. D. XXIIII. Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, num. 17.—*Sobrescrito*: Carissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1524—Outubro 16

Clemens Papa VII—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Non cessat dilectus filius Accursius Cazinigo notarius et familiaris noster qui super monasterio Beatae Mariae de Traroca Cisterciensis ordinis Lamacensis diocesis sibi dudum ante commendam circumspectioni tuae de eo factam commendato sententias definitivas executoriales litteras et omnes censuras pro se et contra predecessorem in dicto monasterio tuum in sacro palatii nostri auditorio reportavit nobis supplicare ut suam iustitiam tantopere dilatam, tandem auctoritate nostra iuvare et effectu donare vellimus nam quominus ius tuum ac censuras circumspectionem tuam sit prosecutus eius reverentia ac respectu nostraque voluntate hactenus detentus est quare cum iustitiae debitores omnibus simus licet ipsius Accursii aequissimis precibus pulsemur, tamen pro paterno ac debito respectu quo circumspectionem tuam prosequimur ad id tempus quo eum supersedere ac responsum circumspectionis tuae expectare dudum cogimus etiam trimestre spatium adiiciemus quo interim ad has nostras responsum a te haberi possimus hortantes te dilecte fili noster in Domino et paterne requirentes, ut eundem Accursium aliquo modo quietum reddere nosque ab onere administrandae ei ulterioris iustitiae quod sane elapso hoc trimestri spatio dignare non possemus liberare vellis quod dignum erit genere et dignitate tua ac nobis gratum. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVI Octobris M. D. XXIIII. Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 226.—A tergo: Dilecto filio nostro Alphonso Sanctae Mariae in Sepulcho diacono Cardinali Ulixbonensi.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1524 — Novembro 27

Clemens Papa VII — Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Dudum siquidem felicis recordationis Leo Papa X praedecessor noster nonnulla ecclesiastica beneficia etiam dignitates in Elborense et aliis ecclesiis etiam generaliter reservata usque ad certum expressum valorem primo, etiam cessantibus commendis, vacatura, specialiter suae et Sedis apostolicae dispositioni reservando, ac ordinariis et aliis, ne de illis se intromitterent inhibendo, dilecto filio Michaeli de Silva clerico Ulixbonensi, carissimi in Christo filii nostri Portugalliae Regis illustris apud eum tunc, et nunc apud nos et dictam Sedem oratori motu proprio et ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine ad eius vitam commendavit, illaque ex tunc sibi commendata, ac omnes et singulas collationes, provisiones et commendas et alias dispositiones de eis eatenus et deinceps, etiam per eum et dictam Sedem pro quibuscunque etiam cardinalibus quovis modo, et eis quibuscunque causis factas, et faciendas, nullas, irritas et inanes existere, nec titulum etiam coloratum alicui tribuere possidendi, eundemque Michaelem in ipsorum beneficiorum assecutione cunctis etiam cardinalibus anteferri debere; ac sibi plenum ius in illis esse quesitum, ita quod solam possessionem, et fructuum et reddituum perceptionem expectare deberet, aliasque et alia decrevit, certis desuper executoribus deputatis: quibus mandavit, quatenus eundem Michaelem seu eius procuratorem in corporalem dictorum beneficiorum possessionem inducerent, amotis quibusvis detentoribus ab eisdem; quos ipse praedecessor tanquam alieni raptores amovit, amotosque, et propterea nec de spolio, aut attentatis contra eundem Michaelem agi posse nunciavit: prout in litteris apostolicis desuper in forma brevis expeditis plenius continetur. Et deinde, sicut accepimus, scolastria dictae ecclesiae Elborensis, quae inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, per obitum bonae memoriae Francisci Fernandez episcopi Fecensis illius dum viveret, ultimi

Digitized by Google

possessoris, extra Romanam curiam tempore recolendae memoriae Adriani Papae VI etiam predecessoris nostri, et ante illius coronationem, videlicet ante diem ultimam mensis augusti anni à nativitate Domini millesimi quingentesimi vigesimi secundi, defuncti, vacante, et ad praefatum Michaelem vigore dictarum litterarum, ex eo etiam quod nos per quandam constitutionem sive regulam cancellariae nuper editam effectum et vigorem constitutionis sive regulae revocatoriae per praefatum Adrianum praedecessorem antedictam vacationem editae ad diem dictam coronationem sequentem reduximus, restrinximus, seu retraximus pertinente, dilectus filius Antonius Didaci pro clerico se gerens ex ordinaria seu apostolica collatione vigore certae gratiae expectativae sibi concessae, et per dictam reservationem eidem Michaeli concessam suspensae, in illa se intrusit, et intrusus existit, in praefati Michaelis preiudicium non modicum et iacturam. Nos igitur attendentes dictam scolastriam dictae reservationis vigore eidem Michaeli, et nulli alteri deberi, et ad ipsum duntaxat spectare: motu proprio non ad dicti Michaelis vel alterius pro eo nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex nostra mera deliberatione, ac ex certa scientia, et apostolicae potestatis plenitudine Circunspectionem tuam, qui eiusdem ecclesiae Elborensis perpetuus administrator existis, hortamur in Domino, ac requirimus, ut si rem gratam nobis facere desideras, eundem Michaelem seu eius legitimum procuratorem in dictae scolastriae, iuriumque et pertinentiarum omnium illius realem et actualem possessionem inducas, et per dilectos filios capitulum eiusdem ecclesiae Elborensis, quibus etiam per alias nostras litteras mandamus, ut ipsum ad dictam scolastriam recipiant, et admittant, induci facias, et defendas inductum, dicto Antonio et quovis alio detentore amoto; prout etiam nos ex nunc per presentes amovemus, et amotum esse, eumque de spolio ac vitio attentati minime agere posse decernimus: sed si ius habere pretendat, eum de iure suo via petitorii duntaxat experiri posse; sicque ubique etiam in auditorio Rotae iudicari debere volumus. Non obstantibus praemissis necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutisque et consuetudinibus dictae ecclesiae Elborensis iuramento, quod dicto Michaeli ad effectum praemissorum, quatenus opus sit, relaxamus confirmatione apostolica, ac quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque et indultis, ac litteris apostolicis, praefatis capitulo et quibusvis aliis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et

Digitized by Google

expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Et de his, quae Circunspectio tua in praemissis fecerit, quam totius per tuas litteras nobis significare curabis. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII novembris M. D. XXIIII. Pontificatus nostri anno secundo [1].

Breve do papa Clemente VII a el-Rei

1525—Março 30

Clemens Papa VII—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius Carolus Strotius civis Florentinus cum audisset Petrum Strotium fratrem suum, qui in India negociabatur, obiisse, cogitabat ad Maiestatem tuam se conferre, ut bona, quae ille reliquit, in quibus haereditario iure ipse succedit, beneficio tuo consequeretur. Hortamur igitur in Domino Maiestatem tuam, ut ipsum nostra causa commendatum habeas, curesque sive ad te venerit, sive alteri hanc curam dederit, ut quoad aequitas patietur, quam commode, et quam primum negocium conficiat, et ad bona perveniat. Id erit nobis sane gratum. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXX martii MDXXV. Pontificatus nostri anno secundo [2].

Carta do cardeal Santiquatro a el-Rei

1525—Abril 1

Serenissima Regia Maiestas humillime commendo. Cum iamdiu clarae memoriae Serenissimae Maiestatis vestrae genitor Dominum Rodericum Lopez de Carvallo Doctorem familiarem suum ac quodam modo alum-

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, num. 5.—*Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Alfonso Sancti Blasii Diacono Cardinali.

[2] Idem, idem, num. 9.—*Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

num, ad urbem hac potissimum causa destinandum decrevisset, ut in huius curiae practica, modisque ita instrueretur, quod succedente tempore tam in ipsius Regis, quam etiam Reverendissimi Domini Cardinalis Germani vestri servitiis negociisque exercendis, aptus et idoneus evaderet, eundem Dominum Rodericum non vulgariter commendavit, meque pro mea quam erga amplitudinem suam antiquam noverat servitute, litteris etiam suis requisivit, ut ipsum in familiarem meum ad huiusmodi effectum sicut feci recipere vellem, et quia prefatus Dominus Rodericus bene, ac cum omni modestia in dicta Curia se gessit ac in ipsius practica et negociis ita laudabilem impendit operam, in eisque ita egregie est instructus, ut et Maiestati Vestrae et eidem Reverendissimo Domino Cardinali, quotiens opus esset, hic in curia et extra eam fideliter et accurate inservire possit: Quare cum ad regiam Maiestatem Vestram redire statuerit, fructum aliquem obedientiae suae, necnon suorum laborum, ac periculorum reportaturus, non incongruum sed potius iustum et conveniens mihi visum est, ut sicut serenissimus olim pater suus eum tanquam bonum, et devotum suum servitorem mihi commendare voluit, ita modo ipsum tanquam bonum familiarem meum celsissimi vestrae ob eius presertim virtutem, modestiam, vitaeque integritatem vicissim commendem. Quae solita erga fideles suos clementia et liberalitate eundem prout fides, et merita sua exposcunt, tractare, et inter devotos suos habere dignabitur, a quo insuper de meo erga Maiestatem Vestram sincero affectu, et in sibi gratificando promptitudine peculiarique servitute coram plenius intelliget cui etiam super his plenam fidem dignabitur adhibere Quae felicissime valeat. Romae die prima aprilis MDXXV.— *Humilis servitor — Laurentius Episcopus Pistoriensis Cardinalis Sanctorum Quattuor*[1].

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. 1.ª, Maç. 32, Doc. 21.— *Sobrescrito:* Serenissimo Principi ac excellentissimo Domino Domino Johanni Portugalliae et Algarbiorum etc. Regi invictissimo Domino meo colendissimo.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII á el-Rei

1525—Junho 18

Clemens Papa VII—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Quod Romani Pontifices praedecessores nostri more et instituto solemni observare soliti sunt, ut Rosam ex auro perfectam Quarta Dominica Quadragesimae consecrarent, quam deinde dono mitterent alicui ex christianis Principibus illo honore digno, cuius merita essent in Sanctam Sedem apostolicam egregia, nos quoque secuti maiorum nostrorum consuetudinem legitimo tempore et modo fecimus, omnemque adhibuimus cerimoniam et religionem: Deinde vero cum volveremus animo ad quem potissimum illam destinaremus, occurrit e vestigio cogitationibus nostris Serenitas tua quae nobis hoc vel munere nostro vel iudicio dignissima visa est, tum ob virtutes praeclaras et illustres maiorum suorum et praecipue clarae memoriae Emanuelis patris sui: tum quod ipsa talibus orta parentibus eisdem ingredi cepit ad omnem virtutis celebritatem vestigiis: deditque iam documenta animi sui in Deum omnipotentem et eius sponsam ecclesiam sanctam magna atque eximia: Cum autem hanc sententiam nostram proposito tuae Serenitatis nomine in sacro venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae ecclesiae Cardinalium consistorio aperuissemus, omnibus ad unum iudicata est, et nostra voluntas recta atque grata, et tua virtus digna quae omni honore decoraretur: eam igitur ipsam Rosam sacram atque solemnem Serenitati tuae cum honorifica mentione verborum dicantes, elegimus dilectum filium Antonium Ribeirum camerarium nostrum regni tui popula... virtute ac modestia nobis probatum, qui eam ad te afferret, quique hoc munere atque officio duplicata laetitia fungeretur, tum quod a nobis electus esset, tum quod deferret hoc donum ad Regem suum, cuius et natura et voluntate observantissimus esset. Quod quidem donum etsi precio sanè haud magnum est, tamen quia non utilitatis et commodi causa, sed cuiusdam potius divini humanique coniuncti honoris traditur, non est tibi parvi faciendum. Mittimus quod animi nostri et amoris erga te pignus est, quod scimus tibi haud minus

Digitized by Google

gratum fore, quam si auri pondus magnum mitteremus, cum Serenitas tua animorum magis quam divitiarum pro sua mentis celsitudine spectatrix sit: Illud est in isto munere praeciosum, quod Sacramentum misterii continet non mediocre: flos enim sanguinis beatissimorum martyrum hoc flore representatur, quod ut Rosa aperit anni tempus ad spem et commodum dierum laetiorum, sic illi gloriosi martyres mentes hominum aperuerunt ad fructum expectandum beatioris vitae. In quo nobis videtur Serenitas tua simile fere mysterium imagine sua imitari. Vernante enim etatis tuae tempore iam aperis spem vel potius expectationem nostram et omnium exples, quid de te possit in christianae Reipublicae commodum et beneficium sperari. Donum igitur mediocre magno a nobis animo, maiore cum relligione ad te missum est: quod ut cum ea, qua consecratum est, tradatur etiam cerimonia, committimus venerabili fratri episcopo Visensi, aut si is absens extiterit, alteri cuicunque episcopo, qui a te moribus et pietate dignus eligetur, ut re divina solemniter perfecta post missarum solemnia Rosam eam ipsam in manibus tuis faciat assignari, ac ut spiritualem nostram uberius sentias liberalitatem, eidem episcopo facultatem concedimus in nomine Dei Omnipotentis, et beatorum eius apostolorum Petri et Pauli Serenitati tuae et aliis centum, quos duxeris nominandos vere penitentibus et confessis, quattuorque ecclesias per vos eligendas iuxta formam litterarum nostrarum super iubileo emanatarum visitantibus omnes sancti iubilei indulgentias, et peccatorum remissiones auctoritate nostra elargiendi. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII iunii M.D.XXV. Pontificatus nostri anno secundo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, num. 41.—*Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1525—Junho 18

Clemens Papa VII—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Et officio et amore in te nostro congruum ducimus ut quaecunque nobis in illo vestro regno ad dignitatem vel commodum huius Sanctae Sedis pertinentia incidant ea omnia ad te qui eiusdem Sedis praenobile membrum es potissimum deferamus firma sane spe adducti te pro illo honore quem geris proque eximia pietate et prestanti virtute tua eiusdem Sedis commodis quae ad te ex parte redundabunt pie semper consulturum fore. Cum igitur hoc anno rosam auream solemnibus dicatam cerimoniis serenissimo illi Regi fratri tuo destinaremus propterea quod munus id quamquam pretio tenui tamen mysterio extimandum, nostro in vos amori, floridaeque eiusdem Regis tam etati quam virtuti congruebat delegissemusque ex omni nostrorum numero dilectum filium Antonium Ribeirum camerarium nostrum qui hoc munus illi deferret eidemque Antonio nobis equidem valde charo et fido vestrique nominis et natura et voluntate observantissimo mandavimus complura quorum aliqua apud eum Regem nonnulla apud alios acturus cum esset in omnibus eum ope et favore Circumspectionis tuae uti, consilioque Regi voluimus ut non tam illius nos quidem ministerio quam tuae Circumspectionis fidei et auctoritati omnia permiserimus is igitur etiam de litteris apostolicis quas in die Coenae Domini hoc anno de more legi fecimus in illo regno publicandis et observandis et de fructibus nonnullorum beneficiorum et praeceptoriarum ad Camaram Apostolicam spectantibus istic exigendis et quod maxime ad munus ac personam tuae Circumspectionis pertinet de dignitate et libertate ecclesiastica istic tuenda aget nostro nomine tecum diffusius atque cum in his tum in nonnullis aliis quae eum cum dicto Rege agere voluimus ad commodum et salutem christianorum omnium pertinentia, auxilium auctoritatem gratiamque Circumspectionis tuae requiret hortamur itaque te studiose paterneque tibi iniungimus ut et ipsum Antonium cum fide audire

Digitized by Google

eique in omnibus his tuum favorem et gratiam accommodare velis quod nobis quam speratum tam etiam gratum erit Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII Junii M.D.XXV. Pontificatus nostri anno secundo[1].

Carta d'el-Rei ao papa[2]

Etsi prius nobis esset notum quae Vestrae Sanctitatis cum Cesarea Maiestate inita sit amicitiae societas nunc tamen ex eius brevi atque etiam e Michaelis Sylvii oratoris apud eam nostri litteris multo id uberius causasque etiam ac rationes quae ad ipsum foedus impulerant clarius intelleximus quae cum Vestram Sanctitatem et ipsam Sanctam Sedem Apostolicam tangant pro nostro in eam amorem et quam omnes religiosi principes debent observantia hoc certe nobis tam molestum est quam stabilem inter christianos pacem perpetuamque concordiam semper optavimus quod Vestrae Sanctitati minime novum esse putamus quae nos nostrumque animum diu satisque perspectum habere debet caeterumque nos ad hanc societatem et huius foederis munus simul suscipiendum advocat atque hortatur equidem cum ipsum negotium tanti sit ponderis ac momenti ut pro rei magnitudine omnia quae ad id faciunt, atque explicari oportet epistolari angustia nec capi nec comprehendi recte possint: omnem circa hoc mentem voluntatemque nostram ipsi Michaeli Sylvio oratori nostro copiose declaravimus is pro nobis responsum dabit Vestrae Sanctitati cuius etc. *(sic)*[3].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 246.—A tergo: Dilecto filio nostro Alfonso Sancti Blasii diacono Cardinali Portugalensi.

Vidè a nota a pag. 59.

[2] *Por não ter data, vae no fim da missão de D. Miguel da Silva, a que pertence, isto é, antes de* 8 *de julho de* 1525, *dia em que participou ia partir de Roma.*

[3] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 168.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Carta d'el-Rei ao papa

Operae pretium existimavi Beatissime Pater pro mea erga Vestram Sanctitatem observantia proque eius in me amore atque (ea quae semper cognovi expertusque sum) libertate et clementia sicut successus semper nostros et quaecunque occurrunt scribere consuevi ita et nunc eius rei Vestram Sanctitatem certiorem reddere, quae non solum mores animumque excolere sed animarum quoque salutem et catholicae fidei religionisque noster augmentum et propagationem concernere videatur noverit igitur Beatitudo Vestra nostrum hoc Lusitaniae regnum vel propter indigenarum ingenium rei bellicae ac disciplinae militare magis deditum vel ob assidue instantes bellorum expeditionumque nostrarum occupationes non ea litteratorum presertim in sacris litteris copia abundare quam et ego optarem et esse nunc maxime oportere, cum enim divina providentia innumere fere regiones et insulae, in Ethiopia, India ac maiore Asiae Africaeque parte nostra opera seduloque studio Christi fidem indies suscipiant quorum aliquod ne nomen quidem christianum unquam audisse antea perhibentur, viris profecto doctis ac peritis opus e quibus veluti discipulis Domini fidem nostram ac religionem imbuantur eorumque errores si qui supersint penitus extirpentur quo fuit ut non minus huic negotio quam classibus exercitibusque instruendis operam adhibendam esse censiamus nam cum gymnasium quod hactenus Olisipone extitit propter ipsius urbis locisque importunitatem atque acris intemperiem qui civitatem assidue solet vexare ibi commode florescere minime possit, decrevi Eburam urbem sane et loci situ et rerum opulentia huic rei aptissimam illud transferre et quamvis in ipsis edificiis et in caeteris quae generale studium exigere potest plurimum e nostro aerario impendamus tamen ad ipsius gymnasii decus studiique celebritate Vestrae Sanctitatis favore gratia et auxilio opus est honoribus nam *(?)* ac premiis viri docti maxime profecto alliciuntur, quapropter Vestram Sanctitatem quanto possum studio supplex oro, ut tam iuxto tamque officioso desiderio aspirare atque ipsi gymnasii favere et tum apostolicis gratiis tum et ecclesiasticis proventibus opem ferre (ut Christi vicarium ac Dominici gregis pastorem decet) benigne dignetur prout Ve-

Digitized by Google

strae Sanctitati latius suggeret Michael Sylvius orator noster cui fidem integram et effectum super hac re oro prestet Vestrae Sanctitatis quae diu feliciterque valeat, atque eius votis Deus optimus maximus adspiret [1].

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1525—Julho 27

Clemens Papa VII—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Si dilectus filius Michael Silva omni tempore quo apud nos tam nostris quam felicis recordationis Leonis predecessoris nostri temporibus oratorem vestrum egit, cum summa erga nos fide et iam (quod gratum esse vobis videbat) parem erga nos benevolentiam coniunxit nobisque ipsis in omni varietate temporum nostrorum amantissime atque officiosissime afficit potest Circumspectio tua per se perspicere eius discessum nobis non potuisse non eveniret molestum non quo propter hoc de serenissimi fratris tui sicut ad eum describimus iudicii et prudentiae opinione quicquam diminutum habeamus cum omnis nobis illius voluntas grata esse debeat necesseque sit quicunque vestrum nomen huc afferat eum nobis venire gratissimum sed quod ipsum Michaelem de nobis optime meritum a nobis develli cum necessario doleremus etiam causa revocationis eius haud satis probare poteramus sic enim nobis et litterae et novus orator serenissimi fratris tui aperuerant illum veritum esse ne si amplificare dicti Michaelis dignitatem cogitavissemus eius dignitas principum suorum dignitati officeret quod quidem nobis non parvam attulit ut debuit admirationem neque enim aut verbum oratore *(?)* eius de ea re exciderat ullum aut si nos ad ipsum perfecissemus etiam id non potius ad augmentum dignitatis vestrae quam diminutionem pertinere arbitraremur cum omnis principum splendor eo magis eluceat quo subditorum praecipueque merentium dignitas sublevatur ac nos quidem Circumspectioni tuae illud verissime

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 168.
Vidè a nota a pag. 59.
Quanto á data, vidè a nota do documento anterior.

Digitized by Google

testari possumus ipsum Michaelem cum nobis ipsis deferentibus oblata ei fuisset a supradicto Leone x cardinalatus dignitas constantissime renuisse atque omne studium suum ad Circumspectionis tuae amplificationem, quae tunc secuta est convertisse quare cum fratris tui tuamque animi magnitudinem reputaremus cui conveniret favere potius quam obstare vestrorum ornamentis facile intelleximus eisdem Michaelis revocationem non a vestro iudicio et voluntate sed a pravis malevolorum suasionibus fuisse prefactam qui nunc tamen ut est vestri nominis et natura et voluntate observantissimus quique nihil unquam charius habuit quam omni vestrae voluntate obsequi nobis quidem eius discessu dolentibus tam praeceps atque aproperatum iter ob estivos fervores ei dissuadentibus ad vos citus pertendit ut ne suae quidem vitae periculo á vestri executione imperii retardari possit quem nos nisi summe atque unice amemus virum (ut tute perspicies) omni virtutum genere prestantem ac plurimis et maximis erga nos officiis probatum ingrati atque iniusti simus necesse est teque dilecte fili omni affectu hortamur et pro nostra in te benevolentia singulari requirimus ut quando idem Michael magnis cum suis suique patris meritis erga vos et clarae memoriae genitorem vestrum munitus ad vos reddit huic nostram et benivolentiam et commendationi vellis non mediocriter prodesse cumque eum apud nos in honore atque amore summo esse sicut eius virtus vestraque gratitudo expostulat audiemus quod et litterae et novus orator vester nobis pollicentur persuadere sibi Circumspectionem suam volumus non modo nos id pro letissima re sed magno etiam munere habituros qui illud quoque a Circumspectione tua amanter postulamus ut secum pro sua prudentia et animi magnitudine regioque vestro splendore consideret ac perpendat (id quod nos tui quidem honoris amantissimi sincere ac vere perspicimus) si dictum Michaelem a nobis quandocunque eius rei cogitationem susceperimus ornari contigerit (a qua re ob merita et virtutes hominis non prorsus abhorremus) id vehementer ad tuae Circumspectionis amplitudinem ac dignitatem pertinere si quidem ille omni tempore vester futurus est et in quacunque fortuna eo etiam devinctior vobis quo suum honestamentum vestrae etiam voluntati ac favori acceptum referre poterit nos quidem hunc hominem aptissimum et valde idoneum iudicamus cuius dexteritate et prudentia haec Sanctae Sedes saepe uti possit cuius quidem commodis te qui illius tum praecipuum atque honorificum membrum es non adversari debere scimus et adesse vellet confidimus si igitur ad tuum in Michaelem amorem multis de causis vel nobilitatis vel

Digitized by Google

virtutis vel meritorum erga vos suorum conflatum ac debitum et indies ut speramus augendum nostri respectum ac pondus adiicies in eo fili noster scitote nobis qui te ut debemus summe diligimus et magna facimus rem longe gratissimam esse facturum simul ut ipsi Michaeli in nonnullis rem ecclesiasticam bonumque universale concernentibus quae ei tecum communicanda mandavimus fidem habeas tuamque in his gratiam et auctoritatem accommodes te in Domino ac paterne requirimus quemadmodum ex eodem Michaeli plenius intelliges. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII Julii M. D. XXV. Pontificatus nostri anno secundo [1].

Bulla do papa Clemente VII a Antonio, bispo Pistoriense

1525 — Agosto 20

Clemens episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Antonio episcopo Pistoriensi salutem et apostolicam benedictionem Romani pontificis providencia circunspecta singulis ecclesiis et monasteriis que vacationis incomoda deplorare noscuntur ut utilium gubernatorum fulciantur presidio prospicit diligenter et personis ecclesiasticis quibuslibet presertim pontificali dignitate preditis ut in suis opportunitatibus aliquod suscipiant relevamen prout decens est et congruum de subventionis auxilio providet opportuno. cum itaque sicut accepimus monasterium beate Marie de Carboneiro ordinis sancti Benedicti Bracharensis diocesis quod bone memorie Didacus episcopus Funchalensis ex concesione et dispensatione apostolica in comendam dum viveret obtinebat commenda huiusmodi per obitum dicti Didaci episcopi qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit cessante adhuc eo quo dum eidem Didaco episcopo commendatum fuit vacabat modo vacare noscatur ad presens, nos tam eidem monasterio de

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 245.—A tergo: Dilecto filio nostro Alphonso Sancti Blasii diacono Cardinali Portugaliae.

Vidè a nota a pag, 59.

Digitized by Google

gubernatore utili et idoneo per quem circunspecte regi et salubriter dirigi valeat quam tibi qni camere apostolice clericus ac noster prelatus domesticus existis ut statum tuum iuxta pontificalis exigentiam dignitatis decencius tenere valeas de alicuius subventionis auxilio providere ac specialem graciam facere volentes teque a quibusvis excumunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sentenciis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad efectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, necnon verum et ultimum dicti monasterii vacationis modum etiam si ex eo quevis generalis reservatio etiam in corpore iuris clausa resultet presentibus pro expresis habentes motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate monasterium predictum cuius fructus redditus et proventus ad triginta tres florenos auri in libris dicte camere taxati reperiuntur quovis modo et ex cuiuscunque persona seu per liberam cuiusvis cessionem de illius regimine et administratione in dicta curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet etiam si tanto tempore vacaverit quod eius provisio iuxta Lateranensis statuta concilii aut alias cannonicas sanciones ad sedem apostolicam legitime devoluta existat et ex quavis causa ad sedem prefatam spicialiter vel generaliter pertineat ac super regimine et administratione predictis inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro expreso pendeat indecisa dummodo tempore datis presentium eidem monasterio de abbate provisum aut illud alteri commendatum canonice non existat cum omnibus iuribus et pertinentiis suis tibi per te quoad vixeris etiam una cum Pistoriense cui preesse dinosceris omnibusque et singulis aliis ecclesiis monasteriis prioratibus preposituris prepositatibus canonicatibus et prebendis dignitatibus personatibus administrationibus officiis ceterisque beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et ordinum quorumcunque regularibus que et quibusvis concesionibus et dispensationibus apostolicis in titulum comendam administrationem ac alias obtines et in posterum obtinebis quecunque quotcunque et qualiacunque sint ac pensionibus annuis quas super quibusvis fructibus redditibus et proventibus ecclesiasticis tibi asignatis percipis et percipies in futurum tenendum regendum et gubernandum ita quod liceat tibi debitis et consuetis ipsius monasterii supportatis oneribus ac quarta si abbatialis monasterii huiusmodi separata seorsum a conventuali pro restauratione

Digitized by Google

fabrice ac ornamentis vestibus et paramentis emendis sarciendisque ac pauperum alimonia prout maior exegerit et suaserit necesitas si vero communis mensa fuerit tertia omnium fructuum eiusdem monasterii parte pro supradictis oneribus supportandis ac sustentatione monacorum omnibusque aliis deductis oneribus annis singulis inpartita de residuis illius fructibus redditibus et proventibus disponere et ordinare sicuti monasterii huiusmodi abbates qui pro tempore fuerunt de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt alienatione tamen quorumcunque bonorum inmobilium et preciosorum mobilium ipsius monasterii tibi penitus interdicta auctoritate apostolica commendamus curam regimen et administrationem ipsius monasterii tibi in spiritualibus et tenporalibus plenarie commitendo, decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca venerabili fratri nostro episcopo Casertanensi et dilectis filiis Bracharensi ac Ulixbonensi officialibus per apostolica scripta motu simili mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios tibi in adipiscenda possessione vel quasi regiminis et administrationis ac bonorum dicti monasterii assistentes faciant auctoritate nostra tibi a dilectis filiis conventu obedientiam et reverentiam debitas et devotas necnon vassalis et aliis subditis dicti monasterii consueta servicia ac iura tibi ab eis debita integre exhiberi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione posposita compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecesoris nostri ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasterii et ordinis predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscunque aut si conventu vasalis et subditis prefatis vel quibuscunque aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excumunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem Volumus autem quod propter commendam huiusmodi in dicto monasterio divinus cultus ac solitus monacorum et ministrorum numerus nullatenus minuatur sed eius et dictorum conventus congrue supportentur onera antedicta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis commende decreti mandati et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpsserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud San-

Digitized by Google

ctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentessimo vigessimo quinto tertio decimo kalendas septembris. Pontificatus nostri anno secundo[1].

Breve do papa Clemente VII a el-Rei

1525—Outubro 17

Clemens Papa VII—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Ex aliquot Serenitatis tuae litteris, et ex iis, quae dilectus filius Martinus de Portugallo orator apud nos tuus tuo nomine nobis rettulit, cognovimus ea, quae Serenitas tua a nobis cuperet obtinere, super quibus respondimus ipsi oratori. Quod ad alia pertinet, quae non dubitamus illum ad te perscripturum esse, de ea vero facultate super monasteriis, quam carissimo in Christo filio nostro Carolo electo Imperatori in regno Castellae concessam esse scribis, cuius tu similem impetrare velles. Quoniam propter anni tempus aberat magna pars venerabilium fratrum nostrorum non potuimus, quid agere deberemus deliberare, quos expecturi sumus. Quanquam illam facultatem praedicto Carolo datam extremis diebus felicis recordationis Adriani VI, praedecessoris nostri ipsum venerabilium fratrum nostrorum collegium, neque scivit tunc dari neque unquam postea probavit, sepeque a nobis petiit ut eam tanquam nullam, et invalidam decernere deberemus. Quod voluimus tuae Serenitati significare, ut intelligeres cuius tu similem gratiam peteres de ea gratia nihil adhuc certi factum, et decisum fuisse. Quicquid tamen futurum est, nostra erga Serenitatem tuam animi benivolentia, amorque constabit. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris die XVII octobris. M. D. XXV. Pontificatus nostri anno secundo[2].

[1] *Copia incorrecta n'um instrumento publico, no* ARCH. NAC., Gav. 19, Maç. 15, num. 22.

[2] ARCH. NAC., Maç. 19 de Bullas, num. 1.—*Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Joanni Portugallie, et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1526—Março 27

Clemens Papa VII—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum libenter Circumspectioni tuae omnium litterarum apostolicarum observantiam et executionem tum illarum libentius commendamus in quibus non solum nostris sed tuae quoque Circumspectionis servitoribus ac devotis benignos nos exhibemus. Cum itaque prioratum monasterii Sanctae Mariae de Costa ordinis Sancti Augustini Bracharensis diocesis illius commenda per obitum bonae memoriae Joannis episcopi cessante dilecto filio Antonio Vellez cubiculario secreto nostro subdito vestro commendaverimus sicut ex aliis nostris sub plumbo confectis litteris apparebit Circumspectionem tuam hortamur paternaque dilectioni requirimus, ut litteras apostolicas easdem pro tuo officio et consuetudine opportunis favoribus prosequaris, et debitum sortiri facias effectum haec et omnis alia tuae Circumspectionis opera ac benignitas in dicti Antonii honestum favorem collata nobis gratia erit. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII Martii M. D. XXVI. Pontificatus nostri anno tertio [1].

Bulla do papa Clemente VII

1526—Julho 20

Clemens episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Magistro Michaeli de Silva clerico Ulixbonensi scriptori et familiari nostro salutem et apostolicam benedictionem. Grata devotionis et familiaritatis obsequia que

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 246 v.—A tergo: Dilecto filio nostro Alfonso Sancti Blasii diacono cardinali Portugalensi.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

nobis et apostolice sedi hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis necnon nobilitas generis vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita quibus personam tuam etiam fidedignorum testimoniis iuvari percepimus nos inducunt ut illa tibi favorabiliter concedamus que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Cum itaque hodie tu assereris tibi in parrochiali ecclesia Sancti Stephani de Alanquer' Ulixbonensis diocesis quam dilectus filius Raphael Egidii ipsius ecclesie rector obtinet vel ad illam ius competere omni iuri tibi in illa vel ad illam quomodolibet competenti in manibus nostris sponte et libere cesseris eundem Raphaelem in possessione ecclesie huiusmodi in qua existit quantum in te fuit pacificum dimittendo nosque cessionem ipsam duxerimus admittendam. Nos tibi pro carissimo in Christo filio nostro Johani de Portugalie Rege illustri ad nos et sedem predictam destinato oratori asserenti te de nobili genere procreatum existere ne propterea nimium dispendium patiaris de alicuius subventionis auxilio providere premissorumque obsequiorum et meritorum tuorum intuitu spetialem gratiam facere volentes Teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes. Necnon omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura que etiam ex quibusvis apostolicis dispensationibus obtines et expectas ac in quibus et ad que ius tibi quomodolibet competit quecunque quotcunque et qualiacunque sint eorumque fructuum reddituum et proventuum veros annuos valores ac huiusmodi dispensationum tenores presentibus pro expressis habentes apostolica auctoritate tenore presentium tibi quod dicto Raphaele qui in hoc per dilectum filium Antonium Ribero clericum Bracharensem procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum expresse consentit cedente vel decedente seu ecclesiam predictam alias quomodolibet dimittente vel amittente et illa quovis modo vacante etiam apud sedem predictam liceat tibi ad dictam ecclesiam cuius et illi annexorum fructus redditus et proventus centum ducatorum auri de camera secundum communem extimationem valorem annuum ut etiam asseris non excedunt tam prioris tituli tui si quis fuerit quam earundem presentium quas vim valide et efficacis provisionis habere decernimus regressum accessum et ingressum liberos habere illiusque et annexorum predictorum corporalem possessio-

Digitized by Google

nem per te vel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere et retinere absque alia nova tibi desuper facienda provisione de speciali gratia indulgemus. Decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Casertanensi et Elborensi episcopis ac dilecto filio officiali Ulixbonensi per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios auctoritate nostra faciant te iure et indulto regrediendi accedendi et ingrediendi et in eventum regressus accessus et ingressus ecclesie et annexorum predictorum iuriumque et pertinentiarum suorum omnium possessione pacifice frui et gaudere Non permittentes te per dictum Raphaelem seu quoscunque alios contra presentium tenorem quomodolibet molestari inquietari vel perturbari Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque Aut si Raphaeli vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vèl excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum absolutionis indulti decreti et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo vigesimo sexto tertio decimo kalendas augusti Pontificatus nostri anno tertio [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 11 de Bullas, num. 22.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1530—Agosto 26

Clemens Papa VII—Dilecte fili noster Dudum felicis recordationis Leo Papa X praedecessor noster Circumspectioni tuae ut usque ad decem annos ad Romanam Curiam accedere et in ea residere minime tenearis et nihilominus omnibus et singulis privilegiis libertatibus immunitatibus exemptionibus prerogativis favoribus indultis facultatibus et gratiis quibus cardinales in dicta curia pro tempore residentes tam de iure et consuetudine quam per regulas cancellariae et alias constitutiones etiam super litterarum apostolicarum tam gratiam quam iustitiam concernentium expeditione gratis et onerum subportatione ac pecuniarum preterquam annatarum ecclesiarum monasteriorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per te pro tempore obtentorum solutione et alias quomodolibet utebantur potiebantur ac uti potiri et gaudere poterant in futurum eandem circumspectio tua uti potiri et gaudere libere et licite valeres in omnibus et per omnia perinde ac si postquam ad cardinalatus sublimitatem assumptus fueras personaliter ad ipsam curiam accessisses et in consistorio dicti predecessoris per eum os tibi clausum et mox apertum fuisse et in eadem curia resideres concessit per suas litteras prout in illis plenius continetur Cum autem sicut dicta circumspectio tua nobis nuper exponi fecit dicti decem anni iam efluxerint nos ipsius Circumspectionis tuae in hac parte nobis porrectis supplicationibus inclinati praefatae tuae circumspectioni ut usque ad unum annum a data presentium computandum ad curiam predictam accedere minime tenearis et nichilominus privilegiis libertatibus immunitatibus exemptionibus prerogativis favoribus indultis et gratiis predictis interim uti quodque unam ecclesiam et unum monasterium iuxta regulam cancellariae apostolicae desuper editam eligere quod vero ad alias ecclesias aliaque monasteria et beneficia alternativae Cardinalibus absentibus per dictam regulam concessa uti libere et licite valeas auctoritate apostolica tenore presentium concedimus decernentes quod ele-

Digitized by Google

ctio ecclesiae et monasterii huiusmodi pro tua cedula facienda dummodo illam infra mensem postquam presentes habueris ad cancellariam predictam per primum *(?)* cursorem consignandam custodi eiusdem cancellariae mittas in omnibus et per omnia valeat ac si presens in curia tempore publicationis dictae regulae fuisses et infra tempus in dicta regula adhuc prefixum electionem fecisses et cedulam huiusmodi eidem custodi consignasses eandemque circumspectionem tuam indulto super conferendis beneficiis ecclesiasticis sibi alias concesso libere uti posse non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac cancellariae apostolicae regulis necnon quibusvis dicti et aliorum similium indultorum revocationibus et suspensionibus ac aliis contrariis dispositionibus adversus quas in omnibus et omnia ac si nunquam emanassent Circumspectionem tuam ac dictum tibi concessum indultum in pristinum et validissimum statum restituimus et plenarie reintegramus caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXVI Augusti M. D. XXX. Pontificatus nostri anno septimo [1].

Carta de Pero de Sousa a D. Martinho de Portugal

1531 — Fevereiro 2

Senhor — Os muitos anuncios e precursores da vinda de Vossa Senhoria a estas partes e tambem algũa carta sua com que me acho ainda que velha em que me mandava que ja não lhe screvesse e ultimamente ho dizello ho doutor Bras Neto ao papa e affirmar lhe por certa sua vinda, me tinhão de todo tyrado ho preposito de lhe screver, porem porque ja isto outras vezes se disse e se dilatou com cuydar que por ventura ainda esta la ache a Vossa Senhoria ocorrendo este caso novo que agora naceo ainda que de muitos dias segundo eu creo cuidado e fabricado determinei de com ella lho fazer saber, e he que ho papa envia la huum seu secretayro que se chama micer Baldino frorentim por nuncio com termo de

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss. Miscel., vol. 31, fol. 239 v. — *Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Alfonso Sancti Blasii diacono Cardinali.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

dous anos e para cobrar algũas meas anatas que se devem a sse apostolica, principalmente segundo ouço dos comendadores e preceptores das comendas novamente feytas. Dizem que tambem a proseguir a petição das decimas e asy pera assentar não sey que tracto de especiaria em Frorença Isto não se disse senão agora depois que por certo se divulgou a vinda de Vossa Senhoria quem alevantou esta lebre não ho sey ainda que posso algũa cousa conjecturar, e se creesse ao que alguũs me dizem do mato sae o com que elle se queyma e ordio esta tea o tecedor que sempre e quem ca podera e devera ir a isto a mão sabendo ho passou por ysso sem outro officio mais que screvelo donde tambem vou presumindo que tambem deu a ysso azo de sotocapa e não he muito pois requere reserva. Emfim vejo que tudo se vaza pello particular e não ha hy quem se lembre do pubrico e bem comum. Leyxo estas contemprações pois dellas e doutras muitas em que ja me ocupei em vaão não me fica senão ho pessar sem remedio.

Ao senhor conde vosso irmão screvi como a lite que ho Barroso trazia contra Vossa Senhoria sobre são Jorje a venceo que não se lhe pode por nenhũa maneira valer.

Grande pena recebi por estes tempos ver a Vossa Senhoria tão pouco ditoso, que tendo tanto trabalhado ca e la não somente não acrecentou mas dyminuyo em suas rendas não me parece que seria cousa pera Vosa Senhoria leyxar a posse nem El rey nosso senhor consemtyr em seus reynos que ho que da não seja estavel e fyrme mormente no que toca aos mosteiros e que aja nenhum natural e menos ho estranjeiro que presuma sem sua vontade por taes modos aver nada.

Esta carta que aqui vay do Barroso elle ma enviou aberta rogandome que a enviasse a Vosa Senhoria e outro tamto me tinha ja antes dito de palavra Est outra ma deu huum por terceyra pessoa dizendo que he cousa que releva a Vosa Senhoria que lha enviasse.

As novas que eu sabya destas partes screvo na carta do senhor conde hy as podera Vosa Senhoria ver, ho al screvi por Lucas d Orta que daquy se partyo por estafeta e ja ca ha novas que la he.

Ha terra esta muy cara e tal que se não po... nella viver e a gente se partyria toda se não fosse a certa esperança das novidades. Ho que cayo do jardim dAgostim Guis pello deluvyo ja se torna a refazer creo que quando Vosa Senhoria embora vyra ja o achara concertado. Aquy esta todavya ho duque dAlbanya muyto favorecido do papa, e vem Pero de la

Digitized by Google

Cueva nuncio special sobre as cousas do concilio, por parte do emperador de Saboya ha aquy novas que os soyçoros vezinhos luteranos começão por la hũa civel guerra, ainda que depois destas primeiras novas vierom outras que a cousa estava algo mais apaziguada. De Roma dia de Nosa Senhora das Candeas 1531.—Servidor e feytura de Vosa Senhoria —*Pero de Sousa*[1].

Breve do papa Clemente VII a el-Rei

1531—Março 14

Clemens Papa VII—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius Christoforus de Barroso clericus Lamacensis diocesis charissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti secretarius in Auditorio Rote super prioratu Monasterii Sancti Georgii ordinis Sancti Augustini Columbriensis diocesis contra dilectum filium Martinum a Portugallia pro clerico se gerentem aliquandiu litigando tres conformes sententias reportaverit litteris executorialibus in forma solita decretis. Et quia parum esset sententias ferre, nisi ille executioni debite demandentur. Cupientes igitur ut sententie et littere executoriales executioni debite demandentur. Ea propter Serenitatem tuam regiam rogamus et hortamur in Domino quatenus eidem Christophoro vel eius legitimo procuratori efficacis defensionis auxilio assistens opem et operam efficaces impendas ut tue Celsitudinis fultus praesidio possessionem dicti prioratus iuxta executorialium litterarum huiusmodi tenorem assequi valeat, quod si feceris, prout confidimus, aequitati ac apostolicae Sedis honori et solite devotioni tuae consonum facies, nobis vero rem plurimum gratam praestabis, qui eundem Christoforum ob Caesaream Maiestatem nobis gratum et acceptum paterno affectu prosequimur. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XIII martii M. D. XXXI. Pontificatus nostri anno octavo[2].

[1] ARCH. N.C., Mss. da Casa do Conde de S. Lourenço, vol. 1.°, fol. 329.—*Sobrescrito:* Ao muyto Reverendo e illustre Senhor ho Senhor Dom Martinho de Portugal etc. meu senhor e em sua absencia..... o Conde do Vymyo..... em Lisboa.

[2] ARCH. NAC., Maç. 18 de Bullas, num. 9.— *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII a el-Rei

1531—Março 17

Clemens Papa VII—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Preclarae devotionis sinceritas, qua erga nos, et Sedem apostolicam resplendere dinosceris non indigne meretur, ut devotis petitionibus tuis gratum assensum prebeamus. Cum itaque sicut nobis nuper exponi fecisti, certam partem reliquiarum unius ex brachiis gloriosi martyris Sancti Sebastiani, quae in una ex ecclesiis civitatis Mediolanensis erant, inde furtim subtracta, et ad regnum tuum delata ad manus tuas pervenit, Tuque partem reliquiarum pro tui spirituali consolatione ac devotione in tuo palatio cum debita veneratione collocasti, illamque in eadem capella dicti palatii, seu aliqua ecclesia collocare, seu etiam conservare, et cum ad aliquam civitatem dicti regni te contuleris, Tecum deferre, et donec ibi, vel alibi fueris, decenter et cum lampadibus accensis conservare, et tenere donec rector ecclesiae, a qua reliquiae ipsae ablatae fuerunt, illas sibi restitui petierit, et legitime probaverit illas ex dicta ecclesia sua ablatas fuisse, in cuius eventum unam tibi retinere, aliam vero partes *(sic)* sibi restituere posse desideras. Nos tuis devotis desideriis (quantum cum Deo possumus) satisfacere volentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati Maiestati tuae ac Portugalliae, et Algarbiorum Regi pro tempore existenti, ut reliquias brachii Sancti Sebastiani huiusmodi absque alicuius censurarum incursu modo praemisso conservare, et retinere, necnon aliquem confessorem, qui te, et quancunque aliam personam a censuris, si quas premissorum occasione quomodolibet incurristis, auctoritate apostolica absolvere, et penitentiam salutarem iniungere possit, eligere libere et licite valeas, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate predicta tenore presentium de speciali gratia concedimus et indulgemus. Volumus autem quod rectori ecclesiae, cuius reliquiae ipsae erant, si illas sibi restitui petierit, et ad ecclesiam suam spectare probaverit, unam sibi restituere duntaxat tenearis. Aliam vero partes *(sic)* tibi retinere possis, nec ad alterius

Digitized by Google

partis restitutionem a quoquam cogi aut compelli valeas. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVII martii. M. D. XXXI. Pontificatus nostri anno octavo [1].

Bulla do papa Clemente VII

1531—Junho 30

Clemens episcopus servus servorum Dey, Venerabilibus fratribus Casertanensi et Visensi ac Lamacensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie a nobis emanarunt littere tenoris subsequentis. Clemens episcopus servus servorum Dey ad perpetuam rey memoriam. Exposcit debitum pastoralis ofitii cui disponente Domino presidemus ut ad ea per que religiosorum locorum quorumlibet statui et profectui ac in illis Altissimo famulantium salutari directioni et in regulari disciplina perseverantie valeat salubriter provideri solicite intendamus et hiis que propterea processisse dicuntur ut illibata persistant libenter cum a nobis petitur apostolici muniminis presidium propensius impartiamur. Sane carissimus in Christo filius noster Johannes Portugualie et Algarbiorum rex ilustris nobis nuper exponi fecit quod dudum postquam felicis recordationis Johannes Papa XXII predecessor noster procurante clare memorie Dionisio tunc Rege Portugalie et Algarbiorum militiam Jhesu Christi in Portugalie ac Algarbiorum regnis instituerat ac inter alia voluerat seu ordinaverat quod prioratus conventus nuncupatus oppidi de Thomar dicte militie nulius diocesis caput totius ipsius militie existeret ac pro tempore existens prior dicti prioratus in eiusdem militie milites iurisdictionem spiritualem haberet et in eodem prioratu treginta portiones pro treginta fratribus dicte militie qui continuo in ipso prioratu residerent et illius pro tenpore existenti priori predicto subditi ac milites spirituales eiusdem militie existerent et Deum pro aliis illius militibus pro defensione fidei catholice ac patrie contra infideles institutis et ordinatis deprecarentur ipse-

[1] Arch. Nac., Maç. 2 de Bullas, num. 16.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugallitae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

que predecessor eisdem fratribus et militibus regulam sive modum aut normam vivendi non tradiderat sed solum preceperat quod observarent regulam statuta consuetudines et modum vivendi militie de Calatrava, ac tunc prior et fratres dicti prioratus regulam et modum vivendi huiusmodi prout illis a prefato Johanne predecessore preceptum fuerat non observantes laxata regula predicta non religiose tanquam si ad aliquem modum vivendi non tenerentur per certum tempus vixerant ac propterea procurante etiam quondam Henrico infante Portugalie tunc in humanis agente qui tenpore suo magister et administrator dicte militie Jhesu Christi apostolica auctoritate deputatus fuerat recolende memorie Eugenius Papa III etiam predecessor noster Johanni episcopo Lamacensi tunc in humanis agenti suis litteris dederat in mandatis ut prioratum et totam militiam Jhesu Christi huiusmodi visitaret et prout ad Dey laudem et animarum prioris et fratrum predictorum salutem convenientius sibi visum foret reformaret et dictus episcopus in visitatione quam fecerat circa ipsorum prioris et fratrum reformationem aut deserviendi modum non ordinaverat adeo ut prior et fratres prioratus huiusmodi post reformationem predictam adeo irreligiose vixissent et viverent ut eorum mores scandalum in populo generare. Prefatus Johannes Rex dicte militie Jhesu Christi administrator in spiritualibus et tenporalibus per sedem Apostolicam deputatus cupiens super hiis congruis remediis providere et considerans quod dictus Johannes predecessor per suas litteras abbati monasterii Cistercii Cabilonensis diocesis pro tenpore existenti dictum prioratum ac illius personas tam in capite quam in membris quotiens sibi videretur visitandi et illius personas corrigendi emendandi castigandi puniendi instituendi et destituendi ac statuta condendi inter alia facultatem concesserat et quod similis facultas pro tenpore existenti abbati monasterii de Alcobacia eiusdem Cisterciensis ordinis Ulixbonensis diocesis quod dilectus filius noster Alfonsus Sancti Blasii diaconus cardinalis eiusdem Johannis Regis frater germanus ex concessione apostolica in commendam obtinet concessa fuerat apud ipsum Alfonsum cardinalem et comendatarium ut prioratum predictum reformari mandaret institisset et dictus Alfonsus cardinalis conperto quod prior et fratres predicti nullum modum seu formam vivendi observabant sed iuxta eorum voluntatem vivebant et diversos excessus committentes vitam non solum a religione sed etiam ab honestate seculari alienam et scandalosam ducebant cum inibi nullus religiosus ipsius militie Jhesu Christi vel Cisterciensis ordinis qui ad dictum prioratum reformandum ydoneus et suficiens

Digitized by Google

esset inveniretur dilecto filio Amtonio de Ulixbona fratri ordinis Sancti Jeronimi qui amtea minister et provincialis ipsius ordinis Sancti Jeronimi fuerat et ad hoc sufitiens et aptus erat reformationem prioratus huiusmodi commisisset ac dilectus filius Martinus a Portugalia tunc in partibus illis apostolice sedis cum potestate legati de latere nuntius sufficienti ad id ut asserebat per litteras dicte sedis facultate suffultus eidem Amtonio prioratum ipsum reformandi apostolica qua fungebatur auctoritate facultatem concessisset prefactus Antonius visitator sic deputatus licentia suy superioris sibi in capitulo provinciali fratrum dicti ordinis Sancti Jeronimi quod tunc celebrabatur desuper inpartita ad reformationem prioratus huiusmodi procedens dilectum filium Didacum do Reguo tunc prioratus priorem qui in prioratu et militia predictis educatus non fuerat sed senper inter seculares vixerat et a certis annis regimen dicti prioratus habuerat et subditos suos iuxta constitutiones et stabilimenta ipsius militie regere et gubernare prout conveniens erat nesciebat et alias ad regendum dictum prioratum minus idoneus et suffitiens erat ab offitio et dignitate prioratus huiusmodi amovit cui pro reconpensa reddituum et proventuum quos idem Didacus annuatim ex ipso prioratu percipiebat in aliis redditibus dicte militie Jhesu Christi seu aliorum benefitiorum eeclesiasticorum assignavit. Et deinde idem Antonius visitator in ipso prioratu dormitorium et refectorium et alias officinas necessarias construi fecit ac statuit et ordinavit quod omnes illius fratres in communi viverent et cum aliqui reformari et in communi vevere *(sic)* noluisent quod duodicim ex illis antiquis per eum electis in parrochiali ecclesia matrice totius dicti oppidi Thomariensis ut illis in divinis deservirent et sacramenta ministrarent ac divina offitia in illa decantarent stare deberent ac portiones suas prout in dicto prioratu percepiebant perciperent quodque fratres predicti qui abitum iuxta illius militie regularia instituta non deferebant sed vestes clericorum secularium gestabant ex tunc de cetero tunicam et scapularem ac cuculam de pano laneo albo et desuper in pectoribus cruces Christi rubeas apertas in albo iuxta consuetudinem dicte militie gestarent et insuper sexdecim novitios in prioratu et militia prefatis profiteri et vivere volentes recellit et illos cum aliis religiosis sui ordinis Sancti Jeronimi in religione ipsius militie Jhesu Christi ac bonis moribus et virtutibus instruxit. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat prefati novitii tria substantialia vota videlicet obedientiam castitatem et paupertatem prout in aliis religionibus fieri consuevit profiteri voluit sed hoc absque sedis predicte auctoritate fieri nequeat

Digitized by Google

cum fratres dicte militie de Calatrava ad tria vota huiusmodi emittenda non cogantur ac fratres dicti prioratus iuxta mores et statuta ipsius militie de Catrava *(sic)* vivere debeant dictus Joannes Rex nobis humiliter suplicari fecit ut premissis omnibus predictum Amtonium reformatorem ut prefertur gestis pro illorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere ac alias in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur locorum dicte militie Jhesu Christi profectum et felicem successesum paterno zelantes affectu huiusmodi supplicationibus inclinati premissa omnia et singula per dictum Antonium reformatorem ut prefertur gesta auctoritate apostolica tenore presentium aprobamus et confirmamus ac plena roboris firmitate subsistere et firmiter observare observari debere decernimus omnesque et singulos iuris et facti defectus si qui forsan intervenerint in eisdem suplemus necnon eidem Amtonio ut in dicto prioratu quandiu necessarium prefato regi administratori visum fuerit de licentia suorum superiorum maneat sibique necnon fratribus sui ordinis Sancti Jeronimi ad hoc sufficientibus idoneis quos ipse Rex ordinaverit et constituerit regulam statuta et stabilimenta ac modum vivendi in dicto prioratu et postquam premissa sic fecerint illa ad nos mittant confirmanda corrigenda et emendanda prout nobis expedire videbitur ad hoc ut fratres dicti prioratus habeant regulam per sedem predictam aprobatam iuxta quam in ipso prioratu vivere et Altissimo perpetuo servire teneantur precipimus et mandamus ipsique Antonio et receptis supradictis et aliis in futurum recipiendis novitiis professionem in manibus suis solemniter emitendam cum tribus votis substantialibus videlicet paupertatis obedientie et castitatis recipiendi et admittendi facultatem concedimus Necnon quandiu in dicto prioratu causa reformationis huiusmodi permanserit omnimodam iurisdictionem non solum in fratres et personas ipsius prioratus sed etiam in omnes milites dicte militie Jhesu Christi quam etiam habuerunt priores dicti prioratus Quodque ad huiusmodi reformationem faciendem religiosos sui ordinis qui ad hoc cum licentia et auctoritate sui prelati secum habere *(sic)* et si idem Antonius pro tenpore futuro ex aliqua iuxta *(sic)* causa sit absens seu inpeditus ita quod hoc facere non possit vices suas alicui dictorum religiosorum qui ad hoc magis idoneus videbitur committere et tam ipsi quam alii religiosi predicti tenpore quod in dicto prioratu causa reformationis predicte remanserint in dicendo offitium seu celebrando consuetudinibus dicti prioratus ab eo quod in offitio recitando consuetudines et regularia instituta sui ordi-

Digitized by Google

nis Sancti Jeronimi obtenta desuper suorum prelatorum licentia observare teneantur se conformare ac tenpore reformationis huiusmodi durante quandiu inibi manserint omnibus libertatibus indulgentiis gratiis indultis religiosis seu ordinis Sancti Jeronimi concessis uti potiri et gaudere possint ita ut eo modo quo illis uti potuissent si in eorum monasteriis et conventu mansissent uti potiri et gaudere possint auctoritate et tenore predictis concedimus et pariter indulgemus decernentes irritum et inane quicquid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attemptari Non obstantibus premissis ac litteris Johannis predecessoris huiusmodi et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon dicte militie Jhesu Christi iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis privilegiis quoque et indultis illis sub quibuscunque tenoribus et formis aut cum quibuscunque clausulis et decretis concessis et approbatis quibus omnibus tenores illorum ac si de verbo ad verbum inserti forent presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat spitialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscunque Nuli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis confirmationis decreti supplectionis precepti mandati concessionis indulti et derogationis infringere vel ey ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dey et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice milessimo quingentessimo trigesimo primo pridie kalendas iulii Pontificatus nostri anno octavo Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vel duo aut unus vestrum litteras predictas et in eis contenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte Johannis et pro tenpore existentium Portugalie et Algarbiorum regis dicte militie Jhesu Christi magistri seu administratoris necnon prioris et fratrum prioratus huiusmodi desuper fueritis requisiti solemniter publicamtes eisque in premissis efficacis defensionis presidio asistentes fatientes actoritate *(sic)* nostra litteras et in eis contenta huiusmodi firmiter observari ac singulos quos littere ipse concernunt illis pacifice gaudere non permitentes eos desuper contra earum tenorem quomodolibet molestari contradictores quoslibet et rebeles per censuras et penas ecclesiasticas appelatione postposita compescendo ac legitimis super hiis habendis servatis procesibus censuras et penas ipsas iteratis vicibus agravamdo in-

Digitized by Google

vocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus recolemde memorie Bonifatii pape VIII similiter predecessoris nostri qua cavetur nequis extra suam civitatem vel diocesem nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iuditium evocetur seu ne iudices a Sede predicta deputati extra civitatem vel diocesem in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant et de duabus dietis in concilio generali edita et aliis apostolicis constitutionibus necnon omnibus supradictis aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice milessimo quingentessimo tregessimo primo pridie kalendas julii. Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Clemente VII a el-Rei

1531—Setembro 3

Clemens Papa VII—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem: Superioribus mensibus per alias nostras litteras hortati fuimus Serenitatem Tuam ut possessionem monasterii Sancti Andreae d'Ansede Portugallensis diocesis dilecto filio Emanueli de Azevedo familiari tuo cui illud antea per nos dilecto filio nostro Joanni Dominico Cardinali Tranensi commendatum per cessionem commende dicti Cardinalis vacans auctoritate apostolica commendaveramus si ipsum monasterium de tuo iure patronatus non esset prout non esse accepimus, tradi facere velles, non obstante quod nos idem monasterium post commendam dicti Cardinalis iam antea factam ad preces Tuae Serenitatis dilecto filio Emanueli de Sousa prioris conmend'inmemores commendavissemus, cum ipsius Cardinalis ius in dicto monasterio vel ad illud, prorsus validum per potioritatem temporis, ipsius autem Emanuelis de Sousa tanquam posterius

[1] ARCH. NAC., Gav. 7.ª, Maç. 4, num. 7.

Digitized by Google

nullum esset, Nec sicuti sperabamus intelleximus possessionem ipsam eidem Emanueli de Azevedo traditam fuisse opera dicti Emanuelis de Sousa forsan ei obsistente. Quamobrem Serenitatem Tuam iterum hortandam duximus et hortamur in Domino, ut pro solita eius reverentia erga apostolicam Sedem et pro evidenti dicti Emanuelis de Azevedo iustitia velit eidem Emanueli de Azevedo benigne favere ad dictam possessionem iuxta litteras apostolicas dictae commende sibi concessas assequendam. In quo Tua Serenitas praeterquam quod rem a se debitam, et suae aequitati congruam nobis etiam et dicto Cardinali pergratam faciet. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris die III septembris. M. D. XXXI. Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Clemente VII a el-Rei

1531 — Setembro 24

Clemens Papa VII — Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Alias cum dilectus filius Christophorus de Barroso clericus Lamacensis diocesis charissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum Imperatoris semper augusti secretarius super prioratu monasterii per priorem gubernari soliti Sancti Georgii, ordinis Sancti Augustini Columbriensis diocesis, qui alias tunc certo modo vacans sibi per eum quoad viveret tenendus, regendus, et gubernandus, apostolica authoritate commendatus fuerat, contra Martinum a Portugallia pro clerico se gerentem, et in ipso prioratu intrusum in Romana Curia coram diversis causarum Palatii apostolici auditoribus litigando tres conformes diffinitivas sententias ipsius prioratus adiudicatorias pro se et contra eundem Martinum reportasset, litteris executorialibus desuper in forma solita decretis, Maiestati tuae Regiae per alias nostras in forma Brevis litteras scripsimus, illam obnixe rogantes, ut pro iusticiae debito sententias et litteras executoriales huiusmodi exequi et locom *(sic)* habere permitteres. Cum autem si-

[1] Arch. Nac., Maç. 19 do Bullas, num. 3.—*Sobrescrito*. Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

cut accepimus, prefatus Martinus in pertinacia cordis induratus et proprie salutis immemor, non solum sententiis et litteris executorialibus huiusmodi parere, et ab ipsa intrusione abstinere recusavit, verum etiam excommunicationis et interdicti ac alias sententias et censuras ecclesiasticas in eum sua contumacia exigente latas sustinere non veretur, in anime sue periculum, et ipsius Christophori non modicum detrimentum, perniciosum quoque exemplum et scandalum plurimorum. Quare attendentes et considerantes premissa etiam in vilipendium et contemptum apostolice Sedis authoritatis cedere, Maiestatem tuam, quam authoritatis huiusmodi defensionem semper suscipere vidimus, rogamus, et in Domino hortamur, quatenus in ministranda iusticia nobiscum assistens, sententias et litteras executoriales huiusmodi, ac brachium seculare inde emanatum iuxta illarum continentiam et tenorem executioni demandari, et locum habere, ac Martinum ab ipso prioratu expelli, et Christophorum prefatos *(sic)* in illius possessionem induci authoritate tua Regia percipias et mandes, quod si prout indubie speramus, effeceris, rem Principe dignam, et Regie Maiestati convenientem, ac nobis et Deo omnipotenti gratam efficies nosque devotionem tuam in Domino plurimum commendare. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIIII septembris M. D. XXXI. Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1531—Setembro 25

Clemens Papa VII—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Alias postquam felicis recordationis Leo Papa X predecessor noster Circumspectioni tuae ut usque ad decem annos ad Romanam Curiam accedere et in ea residere minime tenereris et nihilominus omnibus et singulis privilegiis libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, preroga-

[1] ARCH. NAC., Maç. 19 de Bullas, num. 34.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

tivis, favoribus, indultis, facultatibus et gratiis quibus cardinales in dicta curia pro tempore degentes tam de iure et consuetudine quam per regulas cancellariae et alias constitutiones et super litterarum apostolicarum tam gratiam quam iustitiam concernentium expeditione gratis, ac pecuniarum praeterquam annatarum ecclesiarum et monasteriorum per te pro tempore obtentorum solutione et alias quomodolibet utebantur, potiebantur, et gaudebant ac uti potiri et gaudere possent in futurum eadem Circumspectio tua uti potiri et gaudere valeret in omnibus et per omnia perinde ac si postquam ad cardinalatus sublimitatem assumptus fueras personaliter ad ipsam Romanam Curiam accessisses et in consistorio dicti predecessoris per eum os tibi clausum et apertum fuisset, et in eadem Curia resideres per suas concesserat, nos eidem Circumspectioni tuae per alias nostras in forma brevis litteras ut usque ad annum ex tunc computandum ad Curiam praedictam accedere minime tenereris, et nihilominus, privilegiis libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prerogativis, favoribus, indultis, facultatibus et gratiis praedictis interim uti valeres concessimus, prout in eisdem litteris plenius continetur, dignum itaque censentes uti te qui charissimi in Christo filii nostri Joannes Portugalliae et Algarbiorum Regis illustri frater germanus existis amplioris gratiae favore prosequamur tuis in hac parte supplicationibus inclinati annum praedictum ad triennium a fine ipsius anni per nos tibi ut praefertur concessi intra quem ut asseris adhuc existis computandum quo durante ad dictam Curiam accedere minime tenearis, et nihilominus eisdem privilegiis libertatibus immunitatibus exemptionibus prerogativis facultatibus gratiis et indultis interim utaris potiaris et gaudeas ac si eadem Curia presens adesses, et quoad hoc pro presente haberi et reputari libere et licite possis et debeas auctoritate apostolica tenore presentium extendimus et ampliamus non obstantibus praemissis ac quibusvis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon omnibus illis quae in dictis litteris concessum fuit non obstare caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxv Septembris M. D. XXXI. Pontificatus nostri anno octavo [1].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 247.—A tergo: Dilecto filio nostro Alphonso Sancti Blasii diacono Cardinali Portugallensi nuncupato.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1531—Outubro 8

Clemens Papa VII—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut ad nostrum pervenit auditum saepius in regno Portugalliae causas iudicibus minus idoneis et iuris ignaris ac suspectis ab apostolica sede cuius officiales ad id deputati personarum huiusmodi qualitatum notitia non habent committi et delegari ac praedictos iudices commissionum huiusmodi forma non servata et alias nulliter in causis ipsis procedi et diversos abusos committi diversaque propterea inconvenientia subsequi nos in sede iustitiae divina dispositione constituti cupientes in dicto regno et ubique unicuique iustitiae complementum ministrari et propterea causas a dicta sede delegandas talibus personis quae iusto ab iniusto et iniquum ab iniquo sive aliqua animi anxietate et corruptella legitime decernere possint committi Circumspectionem tuam quam Altissimus, una cum clarissimis natalibus summis virtutum dotibus illustravit, et de qua nedum in his sed etiam in aliis maioribus specialem in Domino fiduciam obtinemus hortamur in Domino ut per singulas civitates et dioceses dicti regni unum duos vel tres aut plures probos viros in iure peritos et in dignitate ecclesiastica constitutos omni suspicione carentes prout amplitudo singularum civitatum et diocesium huiusmodi exegerit et expediens committi possint habita etiam ut consultius Circumspectio tua id facere possit, tam a locorum ordinariis quam a quibuscunque aliis de quibus tibi videbitur de scientia moribus et vita eorundem plena informatione nobis quam citius commode poteris per tuas litteras nominare eorumque nomina cognomina et qualitates significare procures ut possimus in praemissis prout tenemur congruis remediis providere. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die VIII.° Octobris M. D. XXXI. Pontificatus nostri anno octavo [1].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 247 v.—A tergo: Dilecto filio nostro Alfonsi Sancti Blasii diacono cardinali Portugallensi nuncupato.

Vidè a nota a pag. 59

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1531 — Outubro 8

Clemens Papa VII — Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti, licet tu qui Ulixbonensi et Elborensi ecclesiis ex concessione et dispensatione apostolica preesse dignosceris in causis quarum cognitio ad te ratione dictarum ecclesiarum pertinet cum iurisperitorum consilio per te vel vicarios aut officiales procedere consueveris in plenaria ordinarii iudiciarii observatione diversae nullitates saepius committantur quae si in causis ipsis summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii sola facti veritate inspecta procedi posset non solum evitarentur sed etiam partes litigantes a plurimis expensis et laboribus relevarentur ac celeriori et faciliori causarum expeditioni consuleretur nobis humiliter supplicari fecisti ut tibi in causis huiusmodi summarie (ut prefertur) procedendi facultatem concedere de benignitate apostolica dignaremur nos igitur ut commissum tibi pastorale officium efficacius exequi valeas tuis petitionibus huiusmodi annuentes Circumspectioni tuae ut in quibuscunque causis ecclesiasticis beneficialibus profanis civilibus criminalibus et mixtis quarum cognitio ad te ordinario iure ratione praedictarum aut aliarum quarumcunque cathedralium etiam metropolitanarum ecclesiarum quibus te ex dispensatione ac concessione similibus pro tempore preesse seu quarum administratorem te deputari contigerit ac monasteriorum quorumcunque per te pro tempore obtentorum in genere vel in specie per viam simplicis querelae aut appellationis et a iudicibus ab eadem sede delegatis interpositae aut alias quovis modo tibi per sedem apostolicam seu illius auctoritate quomodolibet commissis et committendis cuiuscunque qualitatis existant in quibus plenaria observatio iudiciarii ordinationis quomodolibet requiratur per te vel ubi industria tua electa non fuerit etiam per alium sive alios de ipsorum iurisperitorum consilio summarie simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii sola facti veritate inspecta etiam terminis substantialibus de stilo palatii nostri apostolici servari solitis minime aut unico contextu

Digitized by Google

servatis prout tibi visum fuerit nisi alias tibi in litteris commitatur procedere et eas ipsas cum omnibus et singulis earum incidentibus dependentibus emergentibus annexis et connexis audire decidere et fine debito terminare libere et licite valeas auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem decernentes processus sic formandos et sententias desuper alias rite ferendas validas et efficaces existere, nec pretextu commissionis plenariae observationis iudiciarii ordinis modo eaque in summariis servanda sunt serventur impugnare posse sicque per quoscunque iudices quavis auctoritate fungentes sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi facultate et auctoritate iudicari et definiri deberet ac irritum et innane quicquid secus contigerit attemptari non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die VIII.° Octobris M. D. XXXI. Pontificatus nostri anno octavo [1].

Breve do papa Clemente VII ao Infante D. Luiz

1532—Maio 15

Clemens Papa VII—Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem: Cum ad Serenissimum fratrem tuum Regem mittamus venerabilem fratrem Marcum episcopum Senogalliensem prelatum domesticum et nuntium nostrum, iussimus ei ut Nobilitatem tuam paterne salutaret á nobis, et cum ea de omnibus rebus nostris colloqueretur, hortamur illam in Domino ut ipsum Marcum episcopum et nuntium benigne ipsa audire, et audiri ab eodem Rege curare, plenamque fidem in referendis habere, ac gratiam et favorem tuum in cunctis per eum agendis apud Regem eundem et quos opus erit accommodare velis. Quod recipiemus ab ea pergratum. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XV maii M. D. XXXII. Pontificatus nostri anno nono [2].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 251 v.—A tergo: Dilecto filio nostro Alphonso Sancti Blasii diacono Cardinali.

Vidè a nota a pag. 59.

[2] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, num. 58.—*Sobrescrito:* Dilecto filio nobili viro Aloysio de Portugallia Infanti Regni Portugalliae.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII ao cardeal Infante D. Affonso

1532—Maio 15

Clemens Papa VII—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Mittentes venerabilem fratrem Marcum episcopum Senogalliensem prelatum domesticum et nuntium nostrum exhibitorem presentium ad Maiestatem serenissimi fratris tui pro his rebus quas ab eodem episcopo nuntio plenius intelliges cum pro paterna benivolentia in te nostra ac fiducia cunctarum rerum in te Sanctae Romanae ecclesiae cardinali nostrarum eidem episcopo nuntio mandaverimus ut Circumspectionem tuam ex parte nostra inviseret ac in omnibus ope et gratia eius uteretur tametsi ex te ipso et tuo boni cardinalis officio confidimus te nuntio nobis ex doctrina fide et preclaris virtutibus suis grato et accepto facile aditum et benignum auditum ei apud eumdem serenissimum fratrem tuum ac te et quosvis alios curare, fidemque in cunctis referendis habere favoremque et opem tuam ubicunque poteris exhibere nostra causa velis ut is commissiones nostras celerius ac favoribus exequi possit quod erit nobis pergratum. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XV Maii. Pontificatus nostri anno nono[1].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 248.—A tergo: Dilecto filio nostro Alphonso Sancti Blasii diacono Cardinali Ulixbonensi nuncupato.

Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VII a el-Rei

1532—Maio 21

Clemens Papa VII—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem: Non cessat venerabilis frater noster Joannes Dominicus episcopus Albanensis Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis Tranensis nuncupatus instare apud nos, ut medio authoritatis et intercessionis nostrae apud Serenitatem tuam possessionem monasterii Sancti Andreae d'Ansede ordinis Sancti Benedicti Portugallensis diocesis pro se, vel eo in cuius favorem ipse cessit consequi possit, sicut hactenus non potuit licet saepius Tuae Maiestati super hoc scripserimus. Nos Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali praesertim in litterarum apostolicarum exequutione deesse non valentes, eiusdem cardinalis precibus et instantia moti, Serenitatem Tuam hortamur in Domino ut possessionem dicti monasterii iuxta litterarum apostolicarum desuper expeditarum continentiam, eidem cardinali vel in cuius favorem ipse cessit, pariter litteras apostolicas exhibituro tradi mandare velit, Quod et si debitum est, tamen una cum dicto cardinale gratum recipiemus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXI maii. M. D. XXXII. Pontificatus nostri anno nono [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 18 de Bullas, num. 19.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Carta d'el-Rei ao Doutor Braz Neto

1532

Doutor Bras Neto amiguo, Eu el Rey vos envio muyto saudar. Com esta carta vos envio duas sopricacoes de Diogo Pachequo frade da ordem de sam Francisquo da terceira ordem do qual me quero serviir na capelania da capela dos meus pacos da Ribeira de Muja, por ser dele e de sua bondade bem enformado e por os vezinhos daly daredor estarem dele e de seu servico contentes e pelas ditas sopricacões veres o que por elas se soprica e requere por o que escuso de nesta mais vol o declarar. E soomente vos encomendo muyto que logo como esta vos for dada vos trabalhes quanto posivel vos for por as ditas sopricacões despachardes conforme ao nelas conteudo no que muyto vos gradecerey poerdes toda diligencia. E asy de as letras diso me enviardes com os primeiros recados que pera mym despachardes. E ey por bem que a expediçam diso facaes a minha custa e creo que se fara niso pouqua despesa e vos asy trabalhay por que com pouco gasto se faca. E se pela ventura comprir falardes ao santo padre de minha parte na expediçam das ditas sopricacoes fazei o naquele modo que virdes que pode mais aproveitar, dizendo lhe que asy pela bõa enformacam que tenho da bondade e suficiencia do dito Diogo Pachequo como por me querer dele servir na capelania dos ditos meus pacos, receberey em merce de sua Santidade lhe querer conceder o que por suas sopricacoes requere e se tanbem em outro cabo aproveitar o falardes de minha parte a alguũs cardeaes ou oficiaes asy o fazee e muyto vos gradecerey de com a mais brevidade que vos for posivel me enviardes os despachos. Pero dAlcacova Carneiro a fez em Setuvel a dias de *(sic)* de 1532—Rey · ⋮ ·

No fundo da pagina: Pera Bras Neto sobre estas soprica..... ....a[1] de Diogo Pachequo frade de sam Francisquo[2].

[1] *Lacerado.*

[2] ARCH. NAC., Gav. 11.ª, Maç. 8, num. 19.— *Sobrescrito:* Por el Rey etc.—Ao doutor Bras Neto do seu conselho e seu enbaixador em corte de Roma etc.

Digitized by Google

Carta de D. Martinho de Portugal ao conde da Castanheira

1533—Janeiro 4

Senhor—Aprove a Noso Senhor que me troux esta terra que não foi pouco segundo os desastres cheguei antes do natal tres dias não fui ao papa senão quando pude ir pubricamente quisera elle que fora loguo de noite não quis ir e mostrei me muy agravado delle recebeo me meamente como homem qu estava envergonhado de mim naquele dia não tive tempo nem quis mais que dar lhe a carta p.ª de Sua Alteza e dizer-lhe cousas geraes e fui me.

Ao outro dia fomos Dom Pedro e eu ao emperador di ao papa pera lhe elle beijar o pee fiquei com elle soo e dixe lhe alguas cousas donde não quis que me aqueixase delle senão pidio me perdão trabalhei muito por ser o auctor enfim ficou elle reo e eu o qu ei mester que me contentem fez me todas nosas cousas loguo irão como puderem sabei que todas são feitas asi me Deos ajude que me pareçe inposivel dispidir se aqui nada segundo o enperador e os seos ocupão todo o tempo depois dos Reis avera mais vao eu estou hum pouco doente cousas estranhas acho ca dese nunçio et de Bras Neto o qual foi la por elle o trabalhar e de lla instigarem o papa que nos disem co nuçio soube o que pasara no conselho sobre a reposta do que elle pidio antes que lhe El Rei noso senhor falase nem lha dese cuyda o papa que sabe todas as miudezas della Bras Neto tem feitas cousas nesta terra asi de desordem de sua pesoa como do estado d El Rei que he pera se quemar diga o quem quizer am lhe de fazer muita merçe como se costuma Deos o ajude mas ja ellas são pera se saberem pos me a natureza aver sempre de reformar ruindades que outros fazem e pera saberdes que a menos que tem feicta foi leixar-se preceder de tres enbaxadores de Ingraterra que aqui andão senpre como cousa cha e se asentava abaxo de todos tres hera tanto o desejo de se por no banco que se leixara preceder de hum cão eu não sei que agora faça dylo ei ao papa o que me dixer screverey a Sua Alteza.

Digitized by Google

Soube que Sua Alteza não dava o arcibispado de Braga a seos irmaos e que se falava em outras pesoas Vosa Senhoria vera bem se eu devo de cuydar que se se não der aos infantes se ha hi outrem a que se deva de dar de qualquer maneira Vosa Senhoria por me fazer merçe defenda minha honra e se lenbre como sou seu servidor e crede me que El-Rei não tem creligo en seu reigno que asi o sirva co a merçe que lhe fizer como eu e isto he asi pollos sanctos avangelhos mais largo screverey a Vosa Senhoria a primeira vez de Bolonha aos quatro de Janeiro 1533. —*Dom Martinho de Portugal* [1]

Cedula consistorial

1533—Janeiro 31

Hodie sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Clemens divina providentia Papa VII in suo consistorio secreto ut moris est ad relationem Reverendissimi in Christo patris Domini Antonii tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum presbiteri Cardinalis maioris Poenitentiarii postquam felicis recordationis Leo Papa X Sanctitatis suae praedecessor procurante clarae memoriae Emanuele Portugalliae et Algarbiorum Rege qui tunc in humanis agens multas terras, provincias et insulas a capitibus de Bojardo *(sic)* usque ad Indos possidebat in quibus nullus episcopus qui ea quae erant ordinis episcopalis exerceret habebatur excepto vicario pro tempore existente oppidi de Thomar nullius diocesis qui frater militiae Jesu Christi Cisterciensis ordinis existebat et iurisdictionem episcopalem in dictis terris, provinciis et insulis ex privilegio apostolico olim sibi concesso habebat vicariam de Thomar huiusmodi de consensu bonae memoriae Didaci Pigneiro tunc dicti oppidi vicarii apostolica auctoritate suppresserat et extinxerat, ac tunc parochialem ecclesiam Beatae Mariae per eundem Emanuelem Regem in civitate do Funchal in insula de Madeira in mari oceano sita consistentem fundatam in qua unus frater dictae militiae et nonnulli beneficiati seculares beneficia ecclesiastica portiones nun-

[1] Arch. Nac., Mss. da Casa do Conde de S. Lourenço, vol. 1.°, fol. 390.—*Sobrescrito:* Ao muito magnifico senhor o senhor conde da Castanheira meu senhor etc.

Digitized by Google

cupata obtinentes existebant in cathedralem ecclesiam cum sede et episcopali ac capitulari mensis aliisque cathedralibus insigniis honoribus praeeminentiis, ac in ea unum decanatum maiorem ac certas alias non maiores post pontificalem dignitates, necnon etiam certos tunc expressos canonicatus et totidem prebendas pro certo tunc expresso personarum numero erexerat et instituerat, illique omnia et singula fructus redditus et proventus et emolumenta quae vicarius de Thomar pro tempore existens ex iurisdictione et vicaria suppressa huiusmodi percipiebat, necnon annuos redditus quingentorum ducatorum auri de camera ex annuis redditibus ad ipsum Emanuelem Regem in ipsa insula da Madeira spectantibus de ipsius Emanuelis Regis consensu necnon pro dignitate ac canonicatuum et praebendarum dote certa tunc expressa bona perpetuo applicaverat et appropriaverat ac civitatem prefatam pro civitate necnon illius districtum seu territorium cum prefatam da Madeira ac omnibus aliis insulis terris provinciis et bonis quibuscunque dicto vicario subiectis et quae de iure privilegio vel indulto apostolico subiici debebant ac castris et villis in dictis insulis terris provinciis et bonis consistentibus pro diocesi necnon omnes et singulos clericos et quorumvis ordinum religiosos pro clero, incolasque et habitatores ipsarum civitatum et diocesis Funchalensis pro populo concesserat et assignaverat, necnon ius patronatus et presentandi Romano Pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad eandem ecclesiam Funchalensem dum pro tempore vacare contingeret prefato Emanueli et pro tempore existenti Portugalliae et Algarbiorum Regi ad effectum ut eidem ecclesiae de persona per Regem nominanda huiusmodi et non alias provideri deberet, ad dignitates vero ac canonicatus et praebendas huiusmodi pro tempore existentes magistro dictae militiae ad quem iuspatronatus seu presentandi ad dicta beneficia dum pro tempore vacent pertineret institutionem autem episcopo Funchalensi pro tempore existenti perpetuo reservaverit ac eidem ecclesiae sic erectae ab eius primaeva erectione huiusmodi tunc vacanti de persona prefati Didaci dicta authoritate procederat praeficiendo ipsum illi in episcopum et pastorem aliasque et alia fecerat et ordinaverat prout in literis ipsius Leonis praedecessoris desuper confectis plenius continetur. Cumque dicto Didaco postmodum vita functo idem dominus noster Papa procurante serenissimo Domino Joanne moderno Portugalliae et Algarbiorum Rege praefati Emanuelis nato et successore dictam ecclesiam Funchalensem in Metropolitanam ac Indiarum omniumque et singulorum alias pro illius tunc ut praemittitur ex paro-

Digitized by Google

chiali in cathedralem erectae diocesi assignatarum et caeterarum temporalis ditionis prefati Regis insularum et terrarum novarum tunc ac postmodum repertarum et in posterum reperiendarum cum archiepiscopali et provinciali dignitate praeeminentia iurisdictione, superioritate, authoritate et crucis delatione ac aliis metropoliticis ac primatialibus insigniis de Reverendissimorum dominorum meorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio similiter apostolica authoritate erexisset et instituisset, et inter alias insulas eidem ecclesiae Funchalensi pro eius diocesi assignatas insula Sancti Michaelis nuncupata in eodem mari oceano sita caeteris dos Açores illi adiacentibus maior et notabilior ac magno christianorum populo refecta et munita existeret et in illius parte qua Angra nuncupatur inter alias una insignis parochialis ecclesia ab invocatione Sancti Salvatoris dicatur in qua unus rector forsan frater dictae militiae et nonnulli clerici forsan seculares ibidem perpetui beneficiati portionarii nuncupati fore noscuntur consisteret, et prefatus Dominus Joannes Rex in ipsa insula Sancti Michaelis divinum cultum efflorere et animarum salutem propagari pio affectu desideraret. Idem dominus noster Papa habita super his cum eisdem Reverendissimis dominis meis deliberatione matura et de illorum consilio eadem authoritate praefato Domino Joanne Rege super hoc eidem Sanctitati suae humiliter supplicante ad omnipotentis Dei laudem et gloriam ac beatae Mariae Virginis eius gloriosae genitricis totiusque curiae coelestis honorem oppidum seu pagum in quo ipsa ecclesia Sancti Michaelis in civitate quae Sancti Salvatoris nuncupetur, ac ecclesiam ipsam Sancti Salvatoris in cathedralem ecclesiam sub invocatione Sancti Salvatoris pro uno episcopo Sancti Salvatoris nuncupando qui eidem ecclesiae Sancti Salvatoris praesit ac in ea illiusque civitate et diocesi spiritualia prout divini cultus augmento et animarum salute expedire cognoverit conferat et seminet, necnon episcopalem iurisdictionem authoritatem et potestatem exerceat ac omnia et singula alia quae alii episcopi in suis ecclesiis civitatibus et diocesibus de iure vel consuetudine facere possunt facere libere et licite possit et debeat, ac pro tempore existenti archiepiscopo Funchalensi iure metropolitico subsit cum sede et episcopali ac capitulari mensis aliisque insigniis et iurisdictionibus episcopalibus ac privilegiis immunitatibus facultatibus et gratiis quibus aliae cathedrales ecclesiae et earum praesules in regno et dominiis Portugalliae existentibus similiter de iure vel consuetudine aut alias quomodolibet utuntur potiuntur et gaudent ac uti potiri et gaudere poterunt quomodolibet

Digitized by Google

in futurum, necnon in ea unum decanatum post pontificalem maiorem pro uno decano ad quem cura animarum prout ad rectorem ipsius ecclesiae Sancti Salvatoris pertinebat pertineat, et unum archidiaconatum pro uno archidiacono et unam cantoriam pro uno cantore, ac unam thesaurariam pro uno thesaurario, necnon unam scolastriam non maiores inibi post pontificales dignitates pro uno scolastico ac duodecim canonicatus et totidem praebendas pro duodecim canonicis qui simul cum decano archidiacono, cantore, thesaurario et scolastico prefatis capitulum ipsius ecclesiae faciant et constituant ita quod nunc rector ipsius ecclesiae Sancti Salvatoris decanus et unus archidiaconus necnon clerum et populum civitatis et diocesis Sancti Salvatoris huiusmodi curie et jurisdictioni ipsius episcopi Sancti Salvatoris pro tempore existentis quoad legem diocesanam et jurisdictionem etiam perpetuo subiecit ac eidem erectae ecclesiae pro illius dote omnia et singula iura et emolumenta episcopalia seu quae episcopus Funchalensis ex insulis separatis huiusmodi antea percipiebat seu percipere poterat necnon redditus annuos quingentorum ducatorum auri in auro largorum cruciatorum nuncupatorum ad valorem centum millium regalium monetae illarum partium ascendentium ex annuis redditibus ad dictum Joannem Regem ut dictae militiae Jesu Christi perpetuum administratorem in spiritualibus et temporalibus per Sedem Apostolicam deputatum in dicta insula Sancti Michaelis spectantibus ipsius Joannis Regis et administratoris ad hoc expresso accedente consensu, necnon decanatui omnes et singulos fructus ipsius ecclesiae Sancti Salvatoris quos illius Rector pro tempore existens antea percipiebat valorem centum ducatorum similium commune exestimatione annuum non excedentes necnon ex eisdem redditibus ad ipsum Joannem Regem et administratorem in eadem insula Sancti Michaelis pertinentibus singulis aliis quatuor dignitatibus quadraginta qui sexdecim millia singulis autem canonicatibus et praebendis huiusmodi similiter pro eorum dote xxx ducatorum auri similium qui duodecim millium regalium similium valorem constituunt redditus annuos computatis tamen seu inclusis quoad alias quatuor dignitates ac canonicatus et praebendas huiusmodi fructibus seu proventibus quos dicti beneficiati ex eorum in eadem ecclesia beneficiis . . seu illorum ratione ac alius cantor et alius thesaurarius, ac alius ex prefatis clericis in eadem ecclesia Sancti Salvatoris perpetuis beneficiatis portionariis nuncupatis magis idoneis per primo futurum episcopum Sancti Salvatoris ad hoc examinandis scolasticus et alii duodecim canonici ex beneficiatis si tot fuerint,

Digitized by Google

excellentia meritorum fulgere dinosceris aut alia quavis occasione causa vel contemplatione ad te pervenerint aut in posterum pervenirent et qualitercunque quomodocunque et undecunque per te acquisita fuerint vel acquirentur in futurum quorum omnium qualitates quantitates veros annuos valores specificationes denominationes causasque et occasiones huiusmodi ac si specifice et sigillatim exprimerentur et denotarentur ac nuncuparentur etiam si bona ipsa talia fuerint quod in generali appellatione bonorum seu supellectilium non veniant ac specialibus indigeant vocabulis presentibus pro sufficienter expressis et specificatis habentes volumus dummodo bona ipsa non sint altaris vel altarium aut alias divino cultui destinata necnon de quibusvis iuribus et actionibus per viam testamenti nuncupati seu in scriptis codicillorum vel donationis tam inter vivos quam causa mortis et alio quovis modo et in quasvis pias et non pias causas et alios quoscunque etiam non pios alias tamen licitos usus necnon inter quasvis personas sive consanguinei aut servitores vel alii existant testandi ordinandi illaque relinquendi erogandi donandi et alias de illis disponendi libere prout tibi videbitur aut duxeris faciendum plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia concedimus facultatem decernentes te heredes et successores ac executores tuos et alios quoscunque quibus negotium tuae ultimae voluntatis commiseris ad solvendum tertiam vel aliam partem bonorum per te relictorum quae per constitutiones apostolicas post tui obitum ad Camaram Apostolicam seu ad nos vel successores nostros Romanos Pontifices pertinere seu in pios vel alios usus etiam contra infideles converti deberent et quorum valorem huiusmodi tibi ac heredibus et successoribus tuis liberaliter concedimus et donamus hiis tamen exceptis quae Romanus Pontifex pro tempore existens ex bonis Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium etiam similes facultates habentium habere consuevit minime teneri ac ex nunc testamentum ordinationes legata ac quicquid super hiis per te testare relinqui erogari dari disponi et ordinari contigerit ac omnia et singula quae inde sequentur valida et efficacia fore ut perpetua roboris firmitate subsistere ac volentes et etiam decernentes sic ab omnibus censeri et reputari ac per quoscunque iudices et commissarios etiam causarum palatii apostolici auditores in Romana Curia vel extra eam in quacunque instantia sublata eis et eorum cuilibet qualis aliter interpretandi facultate sententiari definiri et iudicari debere irritum quoque et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptare quocirca cu-

Digitized by Google

pientes ut presentes litterae et illarum vigore pro tempore facta et condita testamentum dispositiones institutiones ordinationes donationes et legata quaecunque ac executorum deputationes executioni debitae demandentur et effectum plenarium sortiantur venerabilibus fratribus Cassanatensi et Visensi episcopis ac dilecto filio decano ecclesiae Elborensis per apostolica scripta motu simili mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios executoribus a te semper permissis pro tempore deputatis tuisque heredibus et successoribus et aliis quorum interierit efficacis defensionis presidio assistentes ac praemissa omnia et singula ubi et quoties opus fuerit fuerintque super hoc requisiti solemniter publicantes non permittant eos vel eorum aliquem contra testamenta legata institutiones ordinationes et dispositiones deputationes caeteraque in instrumentis et litteris desuper iuxta tenorem presentium conficiendis contenta vel eorum aliquod per locorum ordinarios seu fructuum reddituum et proventuum eidem camerae debitorum collectores e subcollectores pro tempore deputatos aut alios quoscunque quavis auctoritate directe vel indirecte quomodolibet impediri seu molestari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis non obstantibus praemissis ac constitutionibus necnon quibuscunque litteris felicis recordationis Alexandri Papae VI praedecessoris nostri per quas statuit et ordinavit quod tertia pars bonorum eorum quibus similes facultates testandi concessae essent et de quibus ipsi testati forent eidem camerae applicarentur et applicata censerentur eo ipso necnon ecclesiarum monasteriorum vel aliorum regularium locorum in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint seu a quibus ipsa regularia beneficia dependere contigerit et ordinum quorum illa extiterint iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ac privilegiis et indultis apostolicis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusque et aliis decretis ac alias quomodolibet concessis approbatis et innovatis quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi etiam presentibus pro sufficienter expressis habentes quoad praemissa motu et scientia similibus specialiter et

Digitized by Google

expresse derogamus et derogatum esse volumus contrariis quibuscunque aut si ordinariis collectoribus ac subcollectoribus praefatis a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem verum quia difficile foret presentes litteras ad singula quaeque loca in quibus expediens fuerit deferri volumus et eisdem motu scientia et voluntate decernimus quod illorum transumptis manu notarii publici subscriptis et sigillo alicuius curiae ecclesiasticae aut personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis ea prorsus in iudicio et extra ac alias ubilibet fides adhibeatur quae presentibus adhiberetur si essent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae concessionis mandati derogationis voluntatis et decretorum infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationis omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo trigesimo quinto tertio idus Maii. Pontificatus nostri anno primo[1].

Bulla do papa Paulo III

1535 — Junho 11

Paulus episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. In supereminenti apostolice sedis specula meritis licet imparibus divina disponente clemencia constituti et solerti meditatione pensantes quod Religio Militie sancti Jacobi de Spata sub regula Sancti Augustini ab immemorabili tempore citra ad orthodoxe fidei defensionem tutelam et augmentum propugnatores acerrimos et religione decoros producere non cessat dignum quanpotius debitum reputamus ut que eidem religioni pro illius salubri directione et profectu a diversis Romanis Pontificibus predecessoribus nostris in genere concessa fuerunt per nostri operis ministerium sin-

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss. Miscel., vol. 31, fol. 226 v.
Vidè a nota a pag. 59.

Digitized by Google

gulis ipsius religionis personis suffragentur Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Georgii ducis Colimbriensis eiusdem militie in regno Portugalie perpetui administratoris per sedem apostolicam specialiter deputati nobis nuper exhibita petitio continebat quod licet dudum felicis recordationis Alexander iij. tunc magistrum et fratres militie huiusmodi tam clericos quam laicos tunc presentes et futuros in speciales et proprios sancte Romane Ecclesie filios receperit statuens quod quecunque possessiones et bona que tunc iuste et legitime possiderent aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum ac oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino possent adipisci firma eis suisque successoribus et illibata permanerent quodque si in locis desertis aut locis sarracenorum de novo ecclesia construerent ecclesie ipse plena gauderent libertate nec aliqua decimarum aut alterius rei exactione per episcopos gravarentur decreverit et pie memorie Lutius etiam iij. ex ecclesiis per fratres militie huiusmodi in deserto tunc constructis vel construendis per venerabiles fratres nostros archiepiscopos et episcopos per Ispanias constitutos quicquam diocesanis legis nomine requiri vel a ministris suis requiri permitti prohibuerit et quod ultra memoriam hominum sub sarracenorum fuisset potestate detentum desertum acceperit et intelligi debere statuerit ac recolende memorie Innocentius iiij. a magistro et fratribus pro tempore existentibus militie huiusmodi decimas animalium suorum seu ex ipsis animalibus decimas exigi etiam prohibuerit ac pro tempore existentibus magistro et fratribus eiusdem militie ut de blado vino lana lignis montaitiis lapidibus animalibus et aliis que eos pro utilibus suis emere vel vendere contingeret nulla pedagia rodagia et gabellas que pro hiis a secularibus exigebantur solvere tenerentur indulserit Et similis memorie Gregorius viiij. illum locum desertum in premissis intelligi declaraverit qui non habitatus penitus neque cultus ultra memoriam hominum fuisset sarracenorum potestate detentus ac censuerit ecclesias in talibus desertis a fratribus ipsis constructas seu etiam construendas plena libertate gaudere et nichil ab eis eiusdem legis diocesanis nomine posse per episcopos exigi quas in locis huiusmodi dicti fratres habentes potestatem petita a sede apostolica licentia construendi eas cum suis pleLibus per suos clericos gubernarentur idoneos Et etiam felicis recordationis Martinus v. magistrum et fratres militie huiusmodi ac illius ordinis professores conventus monasteria et loca cum omnibus personis membris rebus bonis iuribus et pertinentiis suis que tunc possidebant ac in futurum possent adipisci ab

Digitized by Google

omni iurisdictione dominio potestate visitatione correctione et superioritate ordinariorum iudicum et superiorum aliorum tam secularium quam regularium quorumcunque usque ad eiusdem sedis beneplacitum exemerit et plenarie liberaverit eosque et ea sub beati Petri et dicte sedis protectione atque sua susceperit ac exemptos et exempta esse sibique et dicte sedi immediate subesse voluerit ita quod huiusmodi durante beneplacito ordinarii iudices et superiores predicti etiam ratione delicti seu contractus aut rei de qua ageretur ubicunque committeretur delictum iniretur contractus aut res ipsa consisteret nullam in eos aut aliquem eorum ac conventus monasteria loca personas res et bona predicta possent iurisdictionem potestatem dominium correctionem visitationem seu superioritatem quomodolibet exercere sed dumtaxat coram eo et sedis predicte delegatis tenerentur de iusticia respondere Decernens ex tunc omnes et singulos processus ac excommunicationis suspensionis et interdicti sententias quos et quas contra eos ac conventus monasteria et personas ac membra huiusmodi haberi contingeret seu etiam promulgari irritos et inanes Ac etiam pie memorie Innocentius viij. statuerit decreverit et ordinaverit quod ex tunc de cetero perpetuis futuris temporibus magister priores preceptores milites et fratres militie huiusmodi ad receptionem vel provisionem alicuius in dicta militia pretextu litterarum ipsius sedis vel legatorum eius minime tenerentur et ad id inviti compelli non possent quodque statuto et decreto ac ordinatione predictis per eiusmodi que in litteris apostolicis apponi consueverat Aut si magistro et fratribus predictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem seu quanvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et quascunque alias etiam fortiores et efficaciores ac derogatorias clausulas nunquam censeretur derogatum nisi dum et quotiens per ipsum Innocentium et pro tempore existentem Romanum Pontificem per trinas diversas litteras eisdem magistro et fratribus presentatas cum intervallo duorum mensium inter eorum datum et presentationes illis significatum foret intentionis sue et Romani Pontificis pro tempore existentis esse velle derogare et non alias aliter nec alio modo Ac etiam recolende memorie

Digitized by Google

Nicolaus v. magistro militibus fratribus et personis ac locis eiusdem militie in regno Portugalie pro tempore existentibus ut omnibus et singulis privilegiis prerogativis concessionibus et indultis magistris conventui militibus et fratribus ipsius militie in regno Castelle constitutis quomodolibet concessis perpetuo uti et gaudere possent indulserit Ac similiter felicis recordationis Julius ij. Romani Pontifices predecessores nostri *(sic)* indultum huiusmodi approbaverit ac magistro prioribus militibus et fratribus militie Sancti Jacobi de Spata huiusmodi dicti regni Portugalie pro tempore existentibus ut omnibus et singulis gratiis libertatibus indultis conservatoriis privilegiis indulgentiis exemptionibus honoribus et litteris apostolicis quibus magistri milites et fratres de Calatrava et Alcantara militiarum Castelle et Legionis regnorum utebant potiebant et gaudebant ac in futurum uti potiri et gaudere possent uti potiri et gaudere valerent indulserit Ac tam ipsi Alexander et Lutius ac Innocentius iiij. et Martinus ac Innocentius viij. necnon Nicolaus et Julius quam diversi alii Romani Pontifices etiam predecessores nostri diversa alia privilegia iurisdictiones facultates immunitates concessiones indulgentias libertates prerogativas exemptiones gratias favores et indulta magistro prioribus preceptoribus militibus fratribus et personis ac monasteriis prioratibus domibus et locis militie Sancti Jacobi huiusmodi successivis temporibus per diversas eorum litteras concesserint confirmaverint et innovaverint prout in eisdem litteris plenius continetur Et magistri priores preceptores fratres et alie persone eiusdem militie Sancti Jacobi de Spata sive in Legionis Castelle et Aragonum sive in Portugalie et Algarbiorum regnis constituti sint eiusdem professionis existant et sub eisdem regularibus institutis militent nec alia inter eos differentia quam quod in diversis regnis consistunt fore dinoscatur ac premissam favorem ipsius militie de Spata in genere concessa appareant nichilominus nonnullos hesitare posse an singule littere predecessorum huiusmodi eidem Georgio duci et administratori ac pro tempore existentibus prioribus preceptoribus fratribus et personis ac monasteriis prioratibus domibus et locis eiusdem militie in dicto regno Portugalie constitutis suffragari possint Pro parte eiusdem Georgii ducis et administratoris nobis fuit humiliter supplicatum ut premissa omnia et singula ac quecunque alia privilegia iurisdictiones facultates immunitates concessiones indulgentias libertates prerogativas exemptiones gratias favores et indulta pro tempore existentibus magistro seu administratori prioribus preceptoribus militibus fratribus et personis ac monasteriis prioratibus domi-

Digitized by Google

bus et locis dicte militie Sancti Jacobi Castelle Legionis et Aragonum regnorum per predictos et alios quoscunque Romanos Pontifices predecessores nostros tam in genere quam in specie concessa confirmata et innovata cum omnibus et singulis clausulis et derogationibus in eis expressis sibi et pro tempore existentibus magistro prioribus preceptoribus militibus fratribus personis monasteriis prioratibus domibus et locis eiusdem militie dicti regni Portugalie concedere aliasque sibi in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos qui religiosorum quorumlibet et presertim pro fide Christi militantium votis quantum cum Deo possumus libenter annuimus eundem Georgium ducem et administratorem a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati premissa omnia et singula ac quorum omnium tenores formas et effectus ac si de verbo ad verbum inserererentur presentibus haberi volumus pro expressis quecunque alia privilegia iurisdictiones facultates immunitates concessiones indulgentias libertates prerogativas exemptiones gratias favores conservatorias et indulta pro tempore existentibus magistro seu administratori prioribus preceptoribus militibus fratribus et personis ac monasteriis prioratibus domibus et bonis dicte militie Sancti Jacobi Castelle Legionis et Aragonum regnorum per predictos et alios quoscunque Romanos Pontifices predecessores nostros tam in genere quam in specie concessa confirmata et innovata cum omnibus et singulis clausulis et derogationibus in eis expressis Georgio moderno ac pro tempore existentibus administratori seu magistro ac prioribus preceptoribus militibus fratribus personis monasteriis prioratibus et domibus ac locis militie regni Portugalie huiusmodi Ita ut Georgius modernus et pro tempore existens administrator seu magister ac priores milites fratres persone monasteria prioratus domus et loca militie regni Portugalie huiusmodi premissis omnibus et singulis ac quibuscunque aliis privilegiis iurisdictionibus facultatibus immunitatibus concessionibus indulgentiis libertatibus prerogativis exemptionibus gratiis favoribus conservatoriis et indultis predictis iuxta litterarum super illorum singulis confectarum continentiam et tenorem in omnibus et per omnia perinde ac si illis specialiter et expresse concessa fuissent libere et licite uti valeant auctoritate apostolica tenore presentium concedimus Quocirca venerabili fratri

Digitized by Google

nostro episcopo Casertanensi et dilectis filiis ministro monasterii per ministrum seu priorem gubernari soliti Sanctissime Trinitatis Ulixbonensis ac scolastico ecclesie Egitaniensis per apostolica scripta mandamus quatinus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras et in eis contenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte Georgii moderni et pro tempore existentium administratoris seu magistri ac priorum preceptorum militum fratrum et personarum militie regni Portugalie huiusmodi seu alicuius eorum. . . . . requisiti fuerint solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra litteras huiusmodi et in eis contenta quecunque firmiter observari ac singulos quos eedem littere concernunt illis pacifice gaudere non permitentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac quibusvis aliis privilegiis indultis et litteris apostolicis etiam in forma brevis per eosdem et quoscunque alios Romanos Pontifices predecessores nostros et presertim recolende memorie Calixtum iij. et Leonem x. etiam Romani Pontifices predecessores nostros sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficatioribus et insolitis clausulis ac irritantibus et aliis decretis etiam ad instantiam seu supplicationem quorumcunque etiam Portugalie Regum aut aliarum personarum quarumlibet cuiuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis existentium seu eorum intuitu seu consideratione quomodolibet concessis approbatis et innovatis etiam si in eis caveretur expresse quod ex tunc de cetero qui habitum per fratres militie huiusmodi gestari solitum contra stabilimenta ipsius militie quibus caveri dicitur expresse quod illis ex tunc de stipendio provideri deberet etiam de illius magistri licentia seu etiam apostolica auctoritate susceperint in criminalibus privilegio fori ecclesiastici gaudere non debeant nec a solutione tributorum vettigalium et aliorum onerum realium et personalium immunes vel exempti existant quibus omnibus etiam si de illis illorumque totis tenoribus specialis expressa et individua mentio habenda aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nichil penitus omisso ac forma in illis tradita observata inserti forent presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus et sufficienter derogatum esse ac adversus pre-

Digitized by Google

missa nemini suffragari posse decernimus contrariis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Nuli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis concessionis mandati derogationis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto tertio idus Junii Pontificatus nostri anno primo [1].

Carta de D. Martinho de Portugal ao conde da Castanheira

1535—Setembro 10

Senhor—Este correo me deu hua carta de Vosa Senhoria de muito poucas regras et mais conprida que podia ser por tudo bejo as maos a Vosa Senhoria mas não quero que me digaes que me deveis nada por os despachos que vos de ca mandei senão por quão voso servidor são et por a boa vontade com que ei de por minha pesoa et todo o mais quando conprir a voso serviço Vosa Senhoria me fara tantas merces et Deos me leixara fazer vos tantos serviços que anbos estaremos contentes de vos eu querer o que vos quero.

El Rei noso senhor me fez merce do Funchal ha dez annos e val mil cruzados ate gora não são as bullas delle de arcebispado expididas nem as minhas por esta causa nem despachados seis ou sete homes que la são pera o governar e ha hum anno e meiio que estão esperando despacho et todos a minha despesa das rendas do Funchal não ouve senão cinco mil

[1] Arch. Nac., Collecção Especial, Caixa 9.

Digitized by Google

cruzados que me Sua Alteza enprestou por meiio de Vosa Senhoria agora lhe peço por merce que me mande dar os outros cinco et os mande arecadar se render menos diso não poso ter perda porque Sua Alteza he obrigado na hereição do arcebispado a darlhe cada anno mil cruzados Diogo Soarez levou disto apontamentos e screvio tambem a Sua Alteza Vosa Senhoria por me fazer merce diga a Sua Alteza que mos mande dar pera pagar o que devo Fernão dAlvarez sabe o que agora aqui tomei a caimbo e não me ficão seiscentos cruzados pera provisoes pera que ei mester mais de dois mil não os fazendo se perderão outros tantos ja que outra merce não hei o meu se me devia de dar.

Os negocios desta enquisição estão como Vosa Senhoria ve et se esta vinda do enperador algua cousa não obra avei por certo que se não ha nella de melhorar nada eu desejo como a vida que se acabe asi por Sua Alteza ser servido como por se por nelle tanto de verdade e o principal por se não falar nesta terra ja em tal co... eu desejo de ir ao enperador a visitalo da parte de Sua Alteza porque lhe poso dizer o que deve de fazer pera o bem da cousa que se lhe não pode dizer por outrem são cousas particulares de ca que a pratica lhe ha de dar que o faça et dizerselhe seria baxeza como ora cum tal camareiro ou privado do papa ou amigo de t..s pessoas que estão neste.. despachos poderão nisto aproveitar e que elle lhe man... dizer tal cousa... e asi desejo que Alvoro Mendez venha visitar o papa des que eu vier do enperador e a falar neste negocio e faremos co enperador mande algua pessoa especial en quatro dias se vera o que se nisto pode fazer se se asi não acabar creio *(?)* que se não deve mais de falar et porque Alvoro Mendez e outros m screverão que de Castela vai que nos avemos remisamente sabera o enperador se he asi ou não e sera testemunha: Vosa Senhoria se lhe isto asi parece bem a mim me fara muita merçe pollo ordenar desta maneira e se neste mundo me ha de fazer alguas esta sera a primeira et a mor daqui a Napoles polla posta se vai en hum dia por jornadas em quatro estarey la outros quatro Alvoro Mendez estara aqui sete ou oyto temme scrito que en chegado a Napolez me ha loguo de vir aqui ver e a esta terra.

Don Anrique fez senpre ate qui o que pode et servio muito bem e com muito desejo esta morto porque ve *(?)* as cousas et por estar ca e tem rezão não pode ninguem ser ospede dous annos se não for nua prisão e fora desta prove casa elle não pode estar nem deve nem sera serviço de Sua Alteza nem de nosa terra se estas poucas regras pera se elle ir não

Digitized by Google

abastarem as muitas são desnecesarias seu falase a Vosa Senhoria creries que he asi beijo as maos de Vosa Senhoria de Roma aos dez de Setenbro 1535.—*Dom M. de Portugal arcebispo primas*[1].

Carta de D. Martinho de Portugal a el-Rei

1535—Setembro 13

Senhor—Por este correo me mandou Vosa Alteza que fizessemos dom Anrique de Meneses e eu socrestar a fazenda de Diogo Rodriguez Pinto, que os dias passados faleceo naom sei se sabe Vosa Alteza que estaom nestas partes outros seos hirmaos que devem de ter tudo ja avido. Esta diligencia se ouvera de fazer sendo elle vivo: ha hum anno e meio que o tenho lembrado a Vosa Alteza. Faço nela o que dira a Vosa Alteza o conde da Castanheira a que o escrevo. A este despacho e diligençias que de la vem lhe falecem algũas cousas e outras sobejaom: quem o screveo oulhou mais a carne que ao bem delle. Se algũa cousa se socrestar, segundo a fazenda for, avisarei Vosa Alteza. Nisto se naom podia mais fazer do que faço: a dom Anrique pareceo assi bem, e ordenou que se fizesse assi. Tudo o que mais sobre isto occorrer farei como me elle dixuer. Se fora licito fizera elle mesmo estas diligencias por si. Tanto deseja servir Vosa Alteza em todas as cousas em que o manda ou sabe que he seu serviço. Tomei a caimbo duzentos e cincoenta cruzados, saber, cento e cincoenta que dei pera este correo e os cem pera se fazerem estas diligencias: gastar se hão como se deve. Creo que seria mais serviço de Vosa Alteza aver aqui dinheiro ou credito seu, que tomalo cada vez a caimbo, e muito caro, e em que se perde muito, e naom se despachaom muitos negocios, que estaom por fazer por mingoa delle. De Roma xiij de Setembro 1535.—Feitura et servo de Vosa Alteza—*Dom M. de Portugal arcebispo primas*[2].

[1] Arch. Nac., Mss. da Casa do Conde de S. Lourenço, vol. 1.°, fol. 395.—*Sobrescrito:* Ao muito magnifico senhor o senhor conde da Castanheira meu senhor.

[2] Idem, idem, fol. 58.—*Sobrescrito:* A El Rey nosso senhor.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III a D. Duarte de Portugal

1535 — Outubro 27

Paulus episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Edoardo de Portugallia clerico Elborensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem Apostolice sedis consueta clementia ad ea libenter intendit per que commende per illam de ecclesiis et monasteriis quibuslibet pro tempore facte pretextu quarumvis censurarum ecclesiasticarum nequeant quomodolibet impugnari Cum itaque nos hodie monasterium Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis ad presens certo modo vacans tibi per te quoad vixeris tenendum regendum et gubernandum de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate commendare intendamus Nos ne si forsan aliquibus sententiis et censuris ecclesiasticis ligatus existas commenda predicta possit propterea quomodolibet impugnari providere volentes te a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad hoc duntaxat ut commenda predicta ac singule littere apostolice desuper conficiende suum sortiantur effectum auctoritate predicta tenore presentium absolvimus et absolutum fore nuntiamus Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac monasterii et ordinis predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis et nuntiationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto sexto kalendas novembris Pontificatus nostri anno primo[1].

[1] Arch. Nac., Maç. 17 de Bullas, num. 17.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III a D. Duarte de Portugal

1535—Outubro 27

Paulus episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Edoardo de Portugallia clerico Elborensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem Romani pontificis providentia circumspecta ecclesiis et monasteriis singulis que vacationis incommoda deplorare noscuntur ut gubernator utilium fulciantur presidio prospicit deligenter ac personis ecclesiasticis quibuslibet ut in suis opportunitatibus congruum suscipiant relevamen de subventionis auxilio prout decens est providet opportuno Sane monasterio Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis quod quondam Franciscus Borges clericus ex concessione apostolica in commendam dum viveret obtinebat commenda huiusmodi per obitum dicti Francisci qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum cessante adhuc eo quo dum eidem Francisco commendatum fuit vacabat modo vacante Nos verum et ultimum dicti monasterii vacationis modum etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore iuris clausa resultet presentibus pro expressis habentes ac tam eidem monasterio de gubernatore utili et idoneo per quem circumspecte regi et salubriter dirigi valeat quam tibi in tertio decimo vel circa tue etatis anno constituto pro quo carissimus in Christo filius noster Johannes Portugallie et Algarbiorum Rex illustris nobis super hoc supplicavit ut commodius sustentari valeas de alicuius subventionis auxilio providere volentes monasterium predictum sic vacans tibi per te quoad vixeris etiam una cum omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et quorumvis ordinum regularibus que ex quibusvis concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum et commendam ac alias obtines et imposterum obtinebis ac pensionibus annuis tibi super quibusvis fructibus redditibus et proventibus ecclesiasticis assignatis quas percipis et percipies in futurum tenendum regendum et gubernandum de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate commendamus curam regimen et administrationem ipsius monasterii tibi in spiritualibus et temporalibus

Digitized by Google

plenarie committendo firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente Domino actus tuos monasterium ipsum per tue diligentie laudabile studium regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa Volumus autem quod propter huiusmodi commendam in dicto monasterio divinus cultus ac solitus monachorum et ministrorum numerus nullatenus minuatur sed illius ac dilectorum filiorum conventus eiusdem congrue supportentur onera consueta et quod tu oneribus huiusmodi debite supportatis necnon quarta si abbatialis separata et seorsum a conventuali Si vero communis inibi mensa fuerit tertia parte omnium fructuum reddituum et proventuum dicti monasterii in restaurationem illius fabrice seu ornamentorum emptionem vel fulcimentum aut pauperum alimoniam prout maior exegerit et suaserit necessitas omnibus aliis deductis oneribus annis singulis impartita de residuis fructibus redditibus et proventibus monasterii huiusmodi disponere et ordinare sicuti ipsius monasterii abbates qui pro tempore fuerunt de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt alienatione tamen quorumcunque illius bonorum immobilium et preciosorum mobilium tibi penitus interdicta Quodque antequam regimini et administrationi dicti monasterii te in aliquo immisceas in manibus venerabilium fratrum nostrorum Bracharensis archiepiscopi et Lamacensis episcopi seu alicuius eorum fidelitatis debite solitum prestes iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam quibus et eorum cuilibet per alias nostras litteras mandamus ut ipsi vel eorum alter a te nostro et Romane ecclesie nomine huiusmodi recipiant seu recipiat iuramentum Quocirca Discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus curam regimen et administrationem monasterii huiusmodi sic per te vel alium seu alios gerere et exercere studeas fideliter et prudenter quod monasterium ipsum gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissum tuque preter eterne retributionis premium nostram et apostolice sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto sexto kalendas novembris Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, num. 35.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III a D. Duarte de Portugal

1535 — Outubro 27

Paulus episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Edoardo de Portugallia clerico Elborensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem Exigentibus meritis tue devotionis inducimur ut te specialibus et gratiis prosequamur Cum itaque nos hodie monasterium Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis ad presens tunc certo modo vacans tibi per te quoad vixeris tenendum regendum et gubernandum de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate commendare intendamus Nos te qui ut accepimus non obstante defectu natalium quem de soluto ex illustri Portugallie Regum prosapia procreato genitus et soluta clericali caractere rite insignitus existis premissorum intuitu gratioso favore prosequi volentes motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate tecum ut monasterium predictum recipere et in huiusmodi commendam quoad vixeris retinere libere et licite valeas defectu predicto ac Pictavensis concilii et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac monasterii et ordinis predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis nequaquam obstantibus auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre dispensationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto sexto kalendas novembris Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 24 de Bullas, num. 20.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III a el-Rei

1535 — Outubro 27

Paulus episcopus servus servorum Dei Carissimo in Christo filio Johanni Portugallie et Algarbiorum Regi illustri salutem et apostolicam benedictionem Hodie monasterium Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis tunc certo modo quem haberi voluimus pro expresso vacans dilecto filio Edoardo de Portugallia clerico Elborensis diocesis per eum quoad viveret tenendum regendum et gubernandum de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate commendavimus curam regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Cum itaque fili carissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Edoardum commendatarium et prefatum monasterium sue cure commissum habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Edoardus commendatarius in commisso sibi predicti monasterii regimine possit Deo propicio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto sexto kalendas novembris Pontificatus nostri anno primo[1].

[1] Arch. Nac., Maç. 17 de Bullas, num. 9.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III ao arcebispo de Braga

1535 — Outubro 27

Paulus episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri archiepiscopo Bracharensi salutem et apostolicam benedictionem Hodie monasterium Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis tunc certo modo quem haberi voluimus pro expresso vacans dilecto filio Edoardo de Portugallia clerico Elborensis diocesis per eum quoad viveret tenendum regendum et gubernandum de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate commendavimus curam regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Cum igitur ut idem Edoardus commendatarius in commissa sibi cura regiminis et administrationis eiusdem monasterii quod tibi ordinario iure subesse dinoscitur commodius proficere valeat tuus favor sibi fore noscatur plurimum opportunus fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatenus eundem Edoardum commendatarium et monasterium predictum sue cure commissum habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Edoardus commendatarius tuo fultus presidio in commisso sibi predicti monasterii regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam ac nostram et eiusdem sedis benedictionem et gratiam valeas exinde uberius promereri. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto sexto kalendas novembris Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 17 de Bullas, num. 11.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III ao arcebispo de Braga e ao bispo de Lamego

1535—Outubro 27

Paulus episcopus servus servorum Dei Venerabilibus fratribus Bracharensi archiepiscopo et Lamacensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem Cum nos hodie monasterium Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis tunc certo modo vacans dilecto filio Edoardo de Portugallia clerico Elborensis diocesis per eum quoad viveret tenendum regendum et gubernandum de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate duxerimus commendandum curam regimen et administrationem eiusdem monasterii in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Nos ipsius Edoardi commendatarii in partibus illis degentis ne propter hoc ad sedem apostolicam accedendo personaliter laborare cogatur volentes parcere laboribus et expensis fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum ab eodem Edoardo commendatario nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiatis seu recipiat iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam ac formam iuramenti huiusmodi quod idem Edoardus commendatarius prestabit nobis de verbo ad verbum per eius patentes litteras suo sigillo munitas per proprium nuntium quantotius destinare curetis Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto sexto kalendas novembris Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 17 de Bullas, num. 21.
Tem nas costas o instrumento do juramento prestado pelo procurador de D. Duarte nas mãos do Infante D. Henrique aos 29 *de outubro de* 1536.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III aos religiosos do mosteiro de S. Miguel de Refoyos de Basto

1535—Outubro 27

Paulus episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis conventui monasterii Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem Hodie monasterium vestrum Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis tunc certo modo quem haberi voluimus pro expresso vacans dilecto filio Edoardo de Portugallia clerico Elborensis diocesis per eum quoad viveret tenendum regendum et gubernandum de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate commendavimus curam regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Quocirca Discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Edoardum commendatarium grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis Alioquin sententiam quam idem Edoardus commendatarius rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto sexto kalendas novembris Pontificatus nostri anno primo[1].

[1] Arch. Nac., Maç. 24 de Bullas, num. 10.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III aos vassallos do mosteiro de S. Miguel de Refoyos de Basto

1535 — Outubro 27

Paulus episcopus servus servorum Dei Dilectis filiis universis vassalis monasterii Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem Hodie monasterium Sancti Michaelis de Refoyos de Basto ordinis Sancti Benedicti Bracharensis diocesis tunc certo modo quem haberi voluimus pro expresso vacans dilecto filio Edoardo de Portugallia clerico Elborensis diocesis per eum quoad viveret tenendum regendum et gubernandum de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate commendavimus curam regimen et administrationem ipsius monasterii sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus eundem Edoardum commendatarium devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes et fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura sibi a vobis debita integre exhibere studeatis Alioquin sententiam sive penam quam idem Edoardus commendatarius rite tulerit seu statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto sexto kalendas novembris Pontificatus nostri anno primo[1].

1 Arch. Nac., Maç. 24 de Bullas, num. 19.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III ao bispo Gaietanense, ao Chantre de Santa Maria da villa de Ourem, e ao vigario de Coimbra

1535—Novembro 13

Paulus episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri episcopo Gaietanensi et dilectis filiis cantori ecclesie Beate Marie oppidi de Ourem Ulixbonensis diocesis ac officiali Colimbriensi salutem et apostolicam benedictionem Hodie a nobis emanarunt littere tenoris subsequentis Paulus episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam Inter curas multiplices que nobis ex apostolatus officio incumbere dinoscuntur illam libenter amplectimur per quam status personarum quarumlibet presertim religiosarum quarum precibus assiduis et sanctis operationibus propiciatur Altissimus non solum ubique floreat sed etiam auctore Domino felicibus proficiat incrementis Sane pro parte dilectorum filiorum moderni provincialis et aliorum ministrorum ac conventuum monasteriorum ordinis Sanctissime Trinitatis Redemptionis Captivorum Regni et secundum morem ipsius ordinis provincie Portugallie nobis nuper exhibita petitio continebat quod licet ipsi privilegia exemptiones concessiones et indulta monasteriis eiusdem ordinis provincie Castelle et Legionis ac Bethice secundum morem huiusmodi ac eorumdem provincie Castelle et Legionis ac Bethice illiusque monasteriorum provinciali et ministris ac conventibus et forsan in genere toto ordini predicto per Sedem Apostolicam concessa ad monasteria ordinis regni et provincie Portugallie huiusmodi illorumque provincialem et alios ministros ac conventus prefatos se extendere credant tamen a nonnullis de huiusmodi extensione hesitatur maxime cum in toto regno et provincia Portugallie predictis duo dumtaxat exigui valoris conventualia monasteria necnon in quibus solum Binidicti ordinis fratres resident duo heremitoria sive oratoria existant ac iidem provincialis et alii ministri necnon conventus ipsius regni de privilegiis huiusmodi quibus se tueantur ob eorum paupertatem et prelatorum dicti ordinis qui hactenus fuerunt incuriam realiter docere nequeant quo fit ut provincialis et alii

Digitized by Google

ministri necnon conventus prefati ac persone ordinis regni Portugallie illorumque monasteriorum huiusmodi tam in personis quam in rebus a locorum ordinariis et aliis iudicibus ecclesiasticis ac secularibus passim indebite molestentur ac in suis iuribus opprimentur et frequenter prefati iudices ob privilegiorum huiusmodi carentiam eisdem provinciali et aliis ministris conventibus et personis etiam pro quacunque levissima re diversas iniurias et diversa opprobria inferendi occasionem assumant que dicti provincialis et alii ministri ac conventus si huiusmodi privilegia penes se haberent sibi inferri non permitterent unde religio ab illarum partium fidelibus parvipenditur et illorum solita devotio frigescit ac monasteria ipsa religiosis destituuntur et divinus cultus in eis necnon elemosine et pie largitiones ab eisdem fidelibus erogari solite ex quibus ipsi provincialis et alii ministri ac persone ordinis et regni Portugallie predictorum vite subsidium recipiunt indies minuatur Quare pro parte moderni provincialis et aliorum ministrorum ac conventuum regni et provincie Portugallie predictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut eis eorumque monasteriis et in illis degentibus personis quod huiusmodi privilegiis gaudere possint concedere ac alias eorum indemnitati in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur qui ordinem predictum in visceribus gerimus caritatis et illius personarum prosperum statum paterno zelamus affectu modernum provincialem et alios ministros necnon conventus monasteriorum regni et provincie Portugallie huiusmodi ac eorum singulos a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati omnia et singula privilegia exemptiones concessiones et indulta provinciali et aliis ministris et superioribus necnon conventibus ac singulis religiosis personis dicti ordinis prefate provincie Castelle et Legionis ac Bethice et illorum monasteriis per quoscunque Romanos Pontifices predecessores nostros ac per nos et Sedem predictam quocunque modo ac sub quibuscunque tenoribus et formis ac verborum expressionibus generaliter concessa et pluries confirmata quorum tenores presentibus haberi volumus pro expressis ac imposterum concedenda et confirmanda provinciali et aliis ministris necnon conventibus ac singulis religiosis personis ordinis regni et provincie Portugallie huiusmodi nunc et pro tempore existentibus

Digitized by Google

ac eorum monasteriis presentibus et futuris ita ut ipsi huiusmodi privilegiis exemptionibus concessionibus et indultis predictis ubicunque in iudicio et extra utantur potiantur et gaudeant ac uti potiri et gaudere possint pariformiter et eque principaliter auctoritate apostolica tenore presentium concedimus illaque eisdem provinciali et aliis ministris ac conventibus necnon singulis religiosis personis ordinis et regni ac provincie Portugallie illorumque monasteriis huiusmodi in utroque foro suffragari ac etiam quoad eos etiam sub sententiis censuris et penis ac cum clausulis necnon decretis in litteris apostolicis desuper confectis contentis iuxta illorum tenorem observari in omnibus et per omnia ac si illa eisdem provinciali ac aliis ministris necnon conventibus et singularibus religiosis personis ordinis regni et provincie Portugallie illorumque monasteriis huiusmodi primo et principaliter concessa fuissent et eis tali modo concederentur sicque per quoscunque iudices et commissarios etiam causarum palacii apostolici auditores sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et diffiniri debere necnon quicquid secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari irritum et inane decernimus Non obstantibus quibusvis apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus necnon dicti ordinis incremento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus a quibusvis privilegiis indultis et litteris apostolicis quibusvis ecclesiis ac illarum presulibus et capitulis necnorum *(sic)* locorum ordinariis et aliis personis ecclesiasticis et secularibus cuiuscunque etiam archiepiscopalis dignitatis status gradus ordinis conditionis excellentie et preeminentie existentibus etiam cardinalatus honore fungentibus ac aliis ordinibus congregationibus et conventibus ac monasteriis quomodolibet ac sub quibuscunque tenoribus et formis necnon cum quibusvis clausulis et decretis etiam iteratis vicibus concessis approbatis et innovatis ac concedendis approbandis et innovandis quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica individua et expressa mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nichil penitus omisso et forma in illis tradita insererentur pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus ac omnibus illis que in litteris apostolicis privilegiorum exemptionum et indultorum

Digitized by Google

provinciali et aliis ministris conventibus et religiosis personis ac monasteriis ordinis et provincie Castelle et Legionis ac Bethice concessorum huiusmodi concessum fuit non obstare ceterisque contrariis quibuscunque Decernentes quod singulis tam presentium quam privilegiorum provincie Castelle et Legionis ac Bethice huiusmodi concessorum litterarum transumptis pro provinciali et aliis ministris ac conventibus et religiosis personis necnon monasteriis ordinis et provincie Portugallie huiusmodi ac eorum singulis conficiendis manu notarii publici subscriptis et sigillo alicuius persone in dignitate ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus fides adhibeatur que ipsis originalibus litteris adhiberetur si forent exhibite vel ostense Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis concessionis derogationis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto idus novembris Pontificatus nostri anno primo Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios litteras predictas et in eis contenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte provincialis et aliorum ministrorum ac conventuum et religiosarum personarum ordinis regni et provincie Portugallie predictorum seu alicuius eorum desuper fueritis requisiti solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciatis auctoritate vestra litteras et in eis contenta huiusmodi firmiter observari ac singulos quos dicte littere concernunt illis pacifice gaudere non permittentes eos desuper contra earumdem litterarum tenorem per quoscunque quomodolibet molestari contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia oportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo ac legitimis super hiis habendis servatis processibus censuras et penas ipsis iteratis vicibus aggravando invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri qua cavetur ne quis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices a sede predicta deputati extra civitatem vel diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant et de duabus dietis in concilio generali edita dummodo

Digitized by Google

non ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur et aliis apostolicis constitutionibus ac omnibus supradictis aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo quinto idus novembris Pontificatus nostri anno primo [1].

Breve do papa Paulo III ao cardeal Infante D. Affonso

1535 — Dezembro 16

Paulus Papa III — Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Alias felicis recordationis Leo Papa X praedecessor noster Circumspectioni tuae ut per decennium ad Romanam Curiam accedere et in ea residere minime tenereris et nihilominus omnibus et singulis privilegiis libertatibus immunitatibus exemptionibus prerogativis favoribus indultis et gratiis quibus alii Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales in eadem Curia residentes tam de iure et consuetudine quam per regulas Cancellariae Apostolicae et alias constitutiones apostolicas etiam super litterarum apostolicarum expeditione gratis ubique facienda ac pecuniarum praeterquam annatarum ecclesiarum et monasteriorum per te pro tempore obtentorum solutione et alias quomodolibet utebantur potiebantur et gaudebant uti potiri et gaudere posses in omnibus et per omnia perinde ac si ad eandem Curiam accessisses et os tibi per ipsum praedecessorem in illius consistorio ut moris est clausum et deinde apertum fuisset per quasdam concessit et deinde piae memoriae Clemens Papa VII etiam praedecessor noster cum dictum decennium iam forsan elapsum esset eidem Circumspectioni tuae ut per annum ex tunc computandum ad Curiam praedictam accedere similiter non tenereris et nihilominus privilegiis li-

[1] ARCH. NAC., Collecção Especial, Caixa 10.

Digitized by Google

bertatibus immunitatibus exemptionibus indultis et gratiis praedictis gauderes per alias etiam concessit successive vero idem Clemens praedecessor annum praedictum tunc proxime expiraturum ad triennium a fine dicti anni computandum prorogavit per alias postmodumque dictus Clemens praedecessor dicto triennio forsan elapso seu de proximo expiraturo eidem Circumspectioni tuae ut per alium triennium ad Curiam praedictam accedere non tenereris et nihilominus privilegiis immunitatibus et gratiis praedictis gauderes per aliquas in forma brevis litteras similiter concessit prout in singulis litteris praedictis plenius continetur Cum autem sicut nobis nuper exponi fecisti ultimo dictum triennium per dictum Clementem praedecessorem ut praefertur concessum infra quod ut asseris adhuc existis de proximo instare noscatur tuque ob quamplures tuas occupationes quibus deteneris nequeas adhuc ad dictam Curiam commode accedere nos tua merita considerantes duximus illorum intuitu commoditati tuae peramplius consulendum tuisque itaque supplicationibus inclinati triennium ultimo dictum ad illud triennium ab illius fine computandum ita ut interim ad Curiam praedictam accedere similiter non tenearis et nihilominus privilegiis libertatibus immunitatibus indultis et gratiis huiusmodi iuxta ultimarum praefati Clementis praedecessoris litterarum praedictarum continentiam et tenorem uti potiri et gaudere possis in omnibus et per omnia prorogamus pariter et extendimus per presentes non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon omnibus illis quae praefatus Clemens praedecessor in dictis litteris voluit non obstare caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVI Decembris M. D. XXXV. Pontificatus nostri anno secundo [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Mss., Miscel., vol. 31, fol. 253.
Vidè a nota a pag. 59

Digitized by Google

Carta de Alvaro Mendes de Vasconcellos a el-Rei

1536 — Abril 22

Senhor — Esta pequena carta escrevo a Vosa Alteza pera duas cousas a primeira pera lhe dizer que por este correo ser tam imçerto como aquy direy lhe não escrevo tam largo como o farey polo correo de Vosa Alteza ou polo do senhor cardeal voso irmão porque cada hum deles ou anbos partirão muito cedo a segunda pera lhe dizer que sou vivo a Deus graças e que doente nem são não faleci nem faleço nas cousas de voso serviço.

O enperador entrou em Roma a b dabril e partio se daqui a xbiij do dito mes: os seus grandes negoçios e as endoenças e a brevidade do tenpo tudo foy contrairo aos negoçios de Vosa Alteza: o enperador os falou ao papa, saber, o da inqisição primeiramente e o do senhor cardeal o modo e palavras escreverey largamente por cada hum dos sobreditos correos, e por não ser pusivel aver reposta e resolução conveniente dos ditos negoçios me mandou que ficase aquy quatro ou cinqo dias e que ho alcançaria em Sena ou em Florença e que daly me mandaria o que a Vosa Alteza escrevese tanbem mandou ficar aqui Cobos e Granvela pera acabem *(sic)* seus negoçios e lhes encarregou que me ajudasem nos de Vosa Alteza, se me não faleçerem estou pera tomar reposta amenhaã sabado bespera de Pascoela: prazera a Deus que sera tal como eu desejo pera serviço de Vosa Alteza: e porque daqui e de tudo a muyto muyto que escrever começando da entrada do enperador ate oje e este correo he tam imçerto que creo que daqui a dous meses não chegara a Castela e agora a esta ora me dixe Cobos que o despachava daqui ao enperador e dahi avia dir a França ao enbaixador do enperador e dahi a Castela guardo tudo como ja dise pera mandar cos de Vosa Alteza e emtanto Vosa Alteza me perdoe porque os negoçios nem a presa do correo me dão tenpo.

Dom Amrique estaa aqui na minha pousada com preposito segundo se diz de se ir com qualquer despacho que sera o maior serviço que a Vosa Alteza pode fazer: tenho aquy sabido e visto cousas tam inportan-

Digitized by Google

tes a voso serviço que me espanto como se gastou tanto tenpo sem se remedear o dano delas: de tudo escreverey muito largo podera ser que antes que eu chegue ao enperador escreva ele a enperatriz e mande dar conta a Vosa Alteza de tudo o de quaa, se asy for e Vosa Alteza não tiver ainda despachado correo pera quaa com o que lhe eu escrever respondera como mais for servydo que creo que tardara pouco o que eu despachar ou chegara primeiro que o do enperador, por iso não digo nesta mais: o enperador sera dia de Pascoela em Sena e dahi hira a Florença e a Mantua: o cardeal Santiquatro acho grande servidor de Vosa Alteza e muito qeixoso de vosos servidores e com muitas rezões. Noso Senhor a vida e real estado de Vosa Alteza acreçente como deseja de Roma a xxij de Abril de b^{c}xxxbj annos.—Beijo as reaes mãos de Vosa Alteza —*Alvaro Mendez de Vasconçelos* [1].

Bulla do papa Paulo III

1536 — Abril 25

Paulus episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam Exposcit debitum pastoralis officii cui disponente Domino presidemus ut ad ea per que monasteria et religiosa loca quecunque salubriter dirigantur et in eis regularis discipline norma servetur ac cultus divinus augeatur et omnis benevivendi institutio cum eterne vite premio valeat salubriter adimpleri sollicite intendamus ac hiis que providè processisse comperimus ut inconcussa soliditate roborentur apostolici muniminis presidium propensius impartiamur prout catholicorum Regum vota exposcunt et id conspicimus in Domino salubriter expedire Sane charissimus in Christo filius noster Johannes Portugallie et Algarbiorum Rex illustris nobis nuper exponi fecit quod alias cum in monasterio sedi apostolice immediate subiecto per priorem gubernari solito Sancte Crucis Colimbriensis ordinis Sancti Augustini Canonicorum regularium a certis temporibus ordo mo-

[1] Arch. Nac., Mss. da Casa do Conde de S. Lourenço, vol. 1.°, fol. 416.—*Sobrescrito:* A El Rey nosso *(sic)*.

Digitized by Google

nasticus et mores personarum inibi degentium adeo depravati et corrupti existerent ut nulla ferme pristini instituti norma seu regula servaretur prefatus Johannes Rex ut tutor et curator dilecti filii Henrici Portugallie Infantis clerici in decimo septimo vel circa sue etatis anno tunc constituti eius fratris germani dictum monasterium ex concessione apostolica in commendam obtinentis cupiens monasterium ipsum ac illius canonicos et personas ad salutis viam et rectum vivendi modum reducere necnon animarum canonicorum et personarum huiusmodi periculis obviare dilectum filium Blasium de Vragaa ordinis Sancti Jeronimi professorem in reformatorem dicti monasterii fiduciam in Domino sumens eiusdem Blasii medio et opera superno suffragante auxilio monasterium ac illius canonicos et personas huiusmodi ex aspera et lubrica via ad planam et solidam viam reduci posse elegit et deputavit Et dictus Blasius reformator accitis secum nonnullis aliis sui ordinis fratribus dictum monasterium ac illius canonicos et personas prefatos Domino cooperante reformavit et ad verum religionis et regule tramitem iuxta pristina instituta reduxit ac pro premissorum perpetua stabilitate nonnulla constitutiones ordinationes et statuta de novo edidit et ab antiquo editis addidit nonnulla etiam in totum abolevit limitavit et auxit ac immutavit prout in Domino expedire et temporis qualitatem exigere animadvertit Ac propterea prefatus Johannes Rex pro canonicorum dicti monasterii pace et tranquillitate huiusmodi reformationis perpetuitate nonnulla loca terras redditus etiam decimales censure ecclesiarum et aliorum locorum a dicto monasterio et ab illius mensa priorali perpetuo dismembravit et separavit illaque mense conventuali ipsorum canonicorum per eos administranda et percipienda eorumdem canonicorum victu vestitu substentatione manutentione conventus monasterii huiusmodi capitulariter super hoc congregatorum ad id tunc expresso accedente consensu perpetuo applicavit et appropriavit Necnon postmodum pro perpetuitate reformationis monasterii huiusmodi tam prefatus Henricus commendatarius quam dilectus filius noster Alfonsus tituli Sanctorum Johanni et Pauli presbyter cardinalis cui regressus ad dictum prioratum in decessus ipsius Henrici ac forsan alios eventus concessus existit iurisdictionem dominium superioritatem potestatem et correctionem ad priorem maiorem dicti monasterii pro tempore existentem spectantes dilecto filio moderno et pro tempore existenti priori claustrali eiusdem monasterii iuxta illius statuta et constitutiones pro tempore electo remiserunt seu in eum transtulerunt prout in publicis instrumentis seu autenticis scri-

Digitized by Google

pturis tam super dismembratione et applicatione per ipsum Henricum commendatarium postmodum approbatis ac per eosdem conventum acceptatis quam super remissione seu translatione predictis respective confectis dicitur plenius contineri Quare prefatus Johannes Rex nobis humiliter supplicari fecit ut pro regularis observantie in ipso monasterio perseverantia super hiis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam beneficii cui aliud uniri peteretur alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quorum interesset ac idem servaretur in confirmationibus unionum iam factarum quique monasteriorum et religiosorum quorumlibet salubrem directionem et profectum sinceris exoptamus affectibus locorum terrarum reddituum ac censuum dismembratorum et applicatorum huiusmodi situs confines qualitates quantitates denominationes ac illorum necnon fructuum reddituum et proventuum eorumdem ac dicte mense veros annuos valores necnon instrumentorum et scripturarum predictorum tenores presentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati electionem deputationem reformationem reductionem dismembrationem separationem applicationem appropriationem remissionem et translationem predictas necnon omnia et singula illas concernentia in dictis instrumentis seu scripturis contenta auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et confirmamus ac illis perpetuum confirmationis robur adiicimus illaque suos effectus sortiri et inviolabiliter perpetuo observari debere decernimus supplentes omnes et singulos iuris et facti defectus si qui forsan intervenerint in eisdem Et nihilominus pro potiori cautela bona terras redditus et census huiusmodi a monasterio seu illius priorali mensa predictis prout per dictum Johannem Regem dismembrata et separata fuerunt de novo auctoritate et tenore predictis perpetuo dismembramus et separamus illaque mense conventuali prefate etiam perpetuo applicamus concedimus et appropriamus Ac quod de cetero perpetuis futuris temporibus conventus seu canonici monasterii huiusmodi pro tempore existentes capitulariter et non alias congregati unum priorem claustralem ad id idoneum ad triennium duntaxat qui huiusmodi durante triennio omnem in spiritualibus et temporalibus in dicto monasterio ac illius capella Sancti Johannis eidem monasterio contigua in qua dilectis filiis parrochianis ecclesie ipsius monasterii que etiam parrochialis existit ecclesiastica sacramenta ministrantur necnon in canonicos

Digitized by Google

parrochianos et personas eiusdem monasterii iurisdictionem dominium potestatem correctionem et superioritatem exerceat ac infra clausuram ipsius monasterii cum omni sua iurisdictione in spiritualibus et temporalibus continue resideat necnon canonicorum et personarum monasterii huiusmodi curam gerat absque eo quod dictus Henricus seu pro tempore existens quivis aliud dicti monasterii prior seu illius prioratum in titulum vel commendam obtinens eidem priori claustrali sic electo contravenire sive iurisdictionem et superioritatem huiusmodi ad se trahere surripere vel perturbare aut in illa seu electione prioris claustralis huiusmodi se aliquatenus intromittere aut in bonis separatis et applicatis prefatis quicquam innovare seu dominium et superioritatem aliquam exercere valeat eligere necnon tam modernus quam qui pro tempore fuerint dicti monasterii priores claustrales ut prefertur electi et conventus prefati omnibus et singulis privilegiis libertatibus immunitatibus gratiis exemptionibus favoribus et indultis ac omnibus aliis tam spiritualibus quam temporalibus in genere seu in specie dicto monasterio ac illius prioribus maioribus pro tempore existentibus ac etiam forsan conventui tam a romanis pontificibus predecessoribus nostris quam a Regibus principibus et quibusvis aliis personis ecclesiasticis et secularibus quomodolibet concessis et quibus priores maiores cum conventu huiusmodi et singuli eorum de iure vel consuetudine hactenus usi potiti et gavisi sunt uti potiri et gaudere libere et licite valeant etiam in omnibus et per omnia perinde ac si eis specialiter concessa fuissent auctoritate et tenore predictis concedimus et pariter indulgemus Et nihilominus venerabilibus fratribus nostris Lamacensi et Sancti Thome episcopis in curia dicti Regis aut alibi commorantibus et eorum cuilibet per presentes committimus et mandamus quatenus adhibitis aliquibus probis peritis et timoratis viris quos prefatus Rex ad id adhibendos duxerit si constitutiones ordinationes et statuta predicta licita iusta et honesta necnon ad vere religionis integritatem ac observantie regularis rigorem inibi inconcusse servandas et ad personarum monasterii et ordinis huiusmodi tranquillitatem necessaria repererint illa ac circa eandem reformationem gesta quecunque apostolica auctoritate predicta approbent et confirment ac omnes et singulos iuris et facti defectus si qui in illis intervenerint suppleant illaque tam in Sancte Crucis predicto quam aliis dicti ordinis que ab eo reformationem in futurum suscipient monasteriis et domibus in omnibus et per omnia iuxta illorum continentiam et tenorem inviolabiliter observari eadem auctoritate apostolica faciant et

Digitized by Google

mandent Ac huiusmodi constitutiones ordinationes et statuta per eos approbata et confirmata perpetuo inviolabiliter observari debere et illis nullo unquam tempore a prioribus conventu et canonicis prefatis aut aliquibus aliis personis cuiusvis dignitatis status conditionis preeminentie vel qualitatis existentibus in toto vel in parte absque speciali licentia commissione et facultate a sede predicta ad hoc eis specialiter concessa et commissa infringi seu immutari non posse Necnon licentiam commissionem et facultem *(sic)* huiusmodi alias quomodolibet pro tempore concessas nullius roboris vel momenti existere nullamque in iudicio et extra fidem facere et sic ab omnibus censeri debere decernimus Quocirca venerabili fratri nostro episcopo Casertanensi et dilectis filiis decano Colimbriensis ac cantori Ulixbonensis ecclesiarum per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras et in eis contenta quecunque ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte conventus monasterii huiusmodi desuper fuerint requisiti solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra presentes litteras et in eis contenta huiusmodi firmiter observari ac singulos quos eedem presentes concernunt illis pacifice gaudere non permittentes eos desuper contra earumdem presentium tenorem quomodolibet molestari impediri vel perturbari contradictores quoslibet et rebelles per censuras et penas ecclesiasticas aut alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus priori voluntate nostra ac Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a iure permissis fieri prohibentes necnon felicis recordationis Bonifacii Pape viii predecessoris nostri qua cavetur ne quis extra suam civitatem vel diocesem nisi in certis exceptis casibus in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices a sede predicta deputati extra civitatem vel diocesem in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant et de duabus dietis in concilio generali edita dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium non trahatur et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon monasterii et ordini Sancti Augustini predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ac quibusvis privilegiis et indultis apostolicis eisdem monasterio et Henrico ac pro tempore prioratum predictum in titulum vel commendam obtinente necnon

Digitized by Google

conventui prefatis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis necnon irritantibus et aliis decretis etiam motu proprio et ex quibusvis causis ac quavis consideratione etiam iteratis vicibus concessis approbatis et innovatis etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica individua et expressa non autem per clausulas generales id importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis confirmationis suppletionis dismembrationis separationis applicationis concessionis appropriationis indulti commissionis mandationis derogationis et decretorum infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo sexto Septimo kalendas maii Pontificatus nostri anno secundo [1].

Bulla do papa Paulo III a Duarte de Portugal

1536 — Abril 26

Paulus episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Eduardo a Portugullia clerico Ulixbonensi seu alterius civitatis diocesis salutem et apostolicam benedictionem Romani pontificis providentia circunspecta ecclesiis et monasteriis singulis que vacationis incommoda deplorare noscuntur ut gubernatorum utilium fulciantur presidio prospicit diligenter ac

[1] Arch. Nac., Maç. 27 de Bullas, num. 1.

Digitized by Google

personis ecclesiasticis quibuslibet ut in suis opportunitatibus congruum suscipiant relevamen de subventionis auxilio prout decens est providet opportuno Dudum siquidem provisiones ecclesiarum et monasteriorum omnium apud sedem apostolicam tunc vacantium et in antea vacaturorum ordinationi et dispositioni nostra reservavimus decernentes ex tunc irritum et innane si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari Cum itaque postmodum monasterium Beate Marie de Ceica Cisterciensis ordinis Colimbriensis diocesis ex eo quod dilectus filius Johannes de Chauoins nuper ipsius monasterii abbas regimini et administrationi illius cui tunc preherat per dilectum filium Henricum de Meneses laycum Ulixbonensis diocesis procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum in manibus nostris sponte et libere cessit nosque cessionem ipsam duximus admittendam apud sedem predictam vacaverit et vacet ad presens nullusque de illius provisione preter nos hac vice disponere potuerit sive posset reservatione et decreto obsistentibus supradictis nos tam eidem monasterio de gubernatore utili et ydoneo per quem circunspecte regi et salubriter dirigi valeat quam tibi qui ut asseris in tertio decimo vel circa tue etatis anno constitutus et non obstante defectu natalium quem de carissimo in Christo filio nostro Johanne Portugallie Rege tunc soluto genitus et soluta clericali caractere rite insignitus existis ac ex cuius laudabilibus puerilis etatis indiciis prout fidedignorum testimoniis accepimus verisimiliter concipitur quod succedentibus tibi annis te in vitam debeas producere virtuosam ut commodius sustentari valeas de alicuius subventionis auxilio providere volentes teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes necnon omnia et singula monasteria prioratus et alia beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura secularia et quorumvis ordinum regularia que ex quibusvis dispensationibus et concessionibus apostolicis in titulum et commendam ac alias obtines et expectas necnon in quibus et ad quas ius tibi quomodolibet competit quecunque quodcunque et qualiacunque sint eorumque fructuum reddituum et proventuum veros annuos valores ac huiusmodi dispensationum et concessionum tenores necnon quarumcunque pensionum animarum tibi super quibusvis fructibus redditibus et proventibus ecclesiasticis assignatarum quantitates presentibus

Digitized by Google

pro expressis habentes monasteriorum predictuum cuius fructus redditus et proventus ad sexaginta sex florenos auri in libris Camere apostolice taxati reperiuntur sive premisso sive alio quovismodo quem etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore iuris clausa resultet presentibus haberi voluimus pro expresso aut ex alterius cuiuscunque persona seu per similem cessionem dicti Johannis vel cuiusvis alterius de illius regimine et administratione in Romana curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factam vacet etiam si tanto tempore vacaverit quod eius provisio iuxta Lateranensis statuta concilii aut alias canonicas sanctiones ad sedem predictam nominatione devoluta et illa ex quavis causa ad sedem eandem specialiter vel generaliter pertineat et de illo consistorialiter disponi consueverit seu debeat ac super illius regimine et administratione prefatis inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi voluimus pro expresso pendeat indecisa dummodo tempore date presentium non sit eidem monasterio de abbate provisum aut illud alteri commendatum canonice non existat cum omnibus iuribus et pertinentiis suis tibi per te quoad vixeris etiam una cum omnibus et singulis monasteriis prioratibus et aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et regularibus que in titulum et commendam ac alias obtines ut prefertur imposterum obtinebis ac pensionibus annuis quas percipis et percipies in futurum tenendum regendum et gubernandum ita quod liceat tibi debitis et consuetis ipsius monasterii ac dilectorum filiorum conventus eiusdem supportatis oneribus ac quarta si abbatialis separata et seorsum a conventuali Si vero communis inibi mensa fuerit tertia pro omnium fructuum reddituum et proventuum ipsius monasterii in restaurationem illius fabrice seu ornamentorum emptionem vel fulcimentum aut pauperum elemosinam prout maior exhegerit et suaserit necessitas annis singulis impartita de residuis fructibus redditibus et proventibus monasterii huiusmodi disponere et ordinare sicuti ipsius monasterii abbates qui pro tempore fuerunt de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt alienatione tamen quorumcunque illius bonorum immobilium et preciosorum mobilium tibi penitus interdicta auctoritate apostolica commendamus curam regimen et administrationem ipsius monasterii tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo Quocirca venerabilibus fratribus nostris Ulixbonensi et Bracharensi archiepiscopis ac episcopo Casertanensi per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios tibi in adimplenda possessione vel

Digitized by Google

quasi regiminis et administrationis predictis ac bonorum dicti monasterii beate Marie auctoritate nostra assistentes faciant tibi a conventu prefatis obedientiam et reverentiam congruentes..... a dilectis filiis vassallis et aliis subditis eiusdem monasterii beate Marie consueta servitia tibi ab eis debita integre exhiberi contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo Non obstantibus Lateranensis concilii novissime celebrati per quod inter alia sancitum extitit ut cum monasteria per obitum abbatum qui illis preherant vacarent nullo pacto cuiquam possent commendari nisi per conservatione auctoritatis dicte sedis et ad occurrendum malitiis illam impugnantium pro temporum qualitatis aliter Romani Pontifici pro tempore existenti de fratrum suorum consilio visum foret expedire sed de persona idonea eis ita provideretur ut illis idonei abbates prout deceret profuturi essent et aliis apostolicis constitutionibus ac monasterii beate Marie et ordinis predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque et indultis apostolicis eidem ordini ac predicto et aliis eiusdem ordinis monasteriis ac illorum abbatibus prelatis superioribus conventibus et personis etiam per pie memorie Eugenium IIII Martinum V. Nicolaum etiam V. Calixtum III. Pium II Sixtum etiam IIII Innocentium VIII et quoscunque alios Romanos Pontifices predecessores nostros et sedem predictam etiam per modum statuti perpetui aut etiam contractus seu quasi et alias quomodolibet etiam ex quibusvis causis etiam motu proprio et ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine etiam consistorialiter ac cum quibusvis efficassissimis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis ac cum oppositione irritantis decreti eius quod contra illa vel eorum aliquod in totum vel in partem scienter vel ignoranter attemptari contingeret etiam iteratis vicibus concessis approbatis et innovatis et quocunque tempore etiam longissimo et forsan immemorabili observatis etiam si in eis ac statutis predictis caveatur expresse quod provisiones et alie dispositiones monasteriorum eiusdem ordinis etiam per sedem eandem pro tempore facte nullius sint roboris vel momenti nisi iuxta regularia instituta dicti ordinis dicta auctoritate confirmata et alias sub certis inibi expressis modo et forma facte fuerint et eadem monasteria ipsius ordinis qualitercunque et ubicunque etiam apud sedem predictam pro tempore vacantia nullatenus aut aliis quam religiosis eiusdem ordinis ipsum ordinem expresse professis commendari possint et commende de illis aliis quibuscunque personis etiam

Digitized by Google

sancte Romane ecclesie cardinalibus aut Regum vel aliorum principum filiis seu alia quacunque dignitate vel prerogativa fulgentibus etiam per quascunque litteras apostolicas etiam cum quibusvis efficacissimis et insolitis etiam eisdem statutis et privilegiis expresse derogantibus clausulis pro tempore facte nullius sint roboris vel momenti conventusque monasteriorum eorundem huiusmodi commendis et provisionibus non obstantibus ad electiones et superiores dicti Cisterciensis ordinis seu eorum commissarii et confirmationes electionum pro tempore factarum alias iuxta regularia instituta et laudabiles consuetudines dicti ordinis ac privilegia et indulta predicta procedere possint exque monasteriis ipsis quomodocunque vacantibus per electionem canonicam per conventus eorundem monasteriorum de personis ordinem ipsum expresse professis ac in presbyteratus ordine constitutis et vocatis ipsius ordinis patribus abbatibus faciendam omni impedimento cessante provideri debeat et eisdem conventibus eligere negligentibus ius providendi dictis monasteriis per illa vice ad immediatos patres abbates devolvatur ipsumque patres abbates et conventus provisionibus seu commendis apostolicis ac litteris derogatoriis huiusmodi etiam quasvis censuras et penas in se continentibus carere minime teneantur exque statutis et privilegiis huiusmodi etiam per quascunque litteras apostolicas etiam *(?)* derogatoriarum derogatorias et insolitas clausulas in se continentes derogari aut illorum effectus impediri non posset nec derogatum censeatur nisi huiusmodi derogatio consistorialiter facta et per diversas literas patri abbati pro tempore existenti monasterii Cistertii Cabinolensis diocesis et capitulo generali dicti ordinis et deffinitoribus eiusdem capituli etiam cum certi temporis intervallo intimata sint et si illis derogari contingat etiam cum eorum insertionem derogatio huiusmodi nisi de consensu abbatis et dilectorum filiorum conventus monasterii Cistertii huiusmodi facta fuerit nulli suffragetur Quibus omnibus etiam si alias de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nichil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque aut si conventui dicti monasterii beate Marie vassallis et subditis prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum

Digitized by Google

quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem sed quod ad obtinendum dictum monasterium beate Marie defectum natalium pateris antedictum Nos enim tecum ut monasterium beate Marie predictum vigore presentium recipere et in huiusmodi commendam quoad vixeris retinere libere et licite valeas defectu predicto ac Pictavensis concilii et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus ut prefertur roboratis necnon privilegiis et indultis supradictis ceterisque contrariis quibuscunque nequaquam obstantibus eadem auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus Volumus autem quod propter huiusmodi commendam in ipso monasterio beate Marie divinus cultus ac solitus monachorum ac ministrorum numerus nullatenus minuatur sed illius et eius conventus predictorum congrue supportentur onera antedicta quodque antequam regimini et administrationi dicti monasterii beate Marie te in aliquo immisceas in manibus dictorum archiepiscoporum et et *(sic)* episcopi seu alicuius eorum nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum prestes iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam ac formam iuramenti huiusmodi quod prestabis nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo munitas quantotius destinare procures Et insuper prout est irritum decernimus et innane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus vel imposterum contigerit attemptari Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo sexto Sexto kalendas maii Pontificatus nostri anno secundo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 17 de Bullas, num. 30.

Digitized by Google

Breve do papa Paulo III a el-Rei

1536 — Maio 27

Paulus Papa III — Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius Franciscus Veloso parafrenarius noster et tuus fidelis subditus nobis exposuit, quod licet ipse parrochialem ecclesiam Sancti Romani de Hedral Bracharensem canonice assecutus aliquandiu possederit tamen postea dilectus filius Ludovicus Gonsaluez miles militiae Jesu Christi Maiestatem tuam falso informans, quod dicta parrochialis iam in preceptoriam dictae militiae a te nominata et erecta fuerat, sibi de illa per te tanquam dictae militiae magistrum provideri obtinuit, et ipsum Franciscum non vocatum, nulloque iuris ordine servato sua possessione huiusmodi spoliavit, vicaria tantum dictae parrochialis ipsi Francisco dimissa. Quamobrem idem Franciscus assertus eandem parrochialem nunquam antea per Maiestatem tuam in preceptoriam nominatam fuisse commendatitias a nobis pro sua restitutione litteras ad te postulavit. Commendamus igitur Serenitati tuae iustitiam familiaris nostri subditi tui, ut re breviter et summarie cognita, possessionem dictae parrochialis ei restitui mandare, et ne deinceps super ea contra iustitiam molestetur providere velis, ipsum enim Franciscum fideliter nobis inservientem paterne diligimus, gratumque nobis erit, quicquid pro ipsius Francisci iuribus et commodis conservandis benigne faciendum duxeris, sicut etiam dilectus filius noster cardinalis Sanctorum Quattuor suis litteris et dilectus filius Henricus de Meneses verbis Maiestati tuae referent. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII maii M. D. XXXVI. Pontificatus nostri anno secundo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 24 de Bullas, num. 33. — *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Joanni Portugalliae et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Breve do papa Paulo III ao arcebispo de Braga e ao bispo de Lamego

1536—Junho 18

Paulus Papa III—Venerabiles fratres salutem et apostolicam benedictionem: Accepimus quod ex eo quod venerabilis frater Michael episcopus Visensis qui officium scriptoriae litterarum apostolicarum ex concessione et dispensatione apostolica obtinet nulli alteri quam Sedi apostolicae subest, multi pretendentes ipsum Michaelem episcopum eis aliquid debere, eum cum coram aliquo ordinario convenire non possint, et nimis onerosum sit eis propterea ad Romanam curiam venire a prosecutione iurium suorum cessant, et aliquando quadam desperatione adducti ipsum Michaelem episcopum coram curia seculari convenire procurant et conveniunt, quo fit ut vel ipsis creditoribus dannum et iactura inferatur vel libertas ecclesiastica violetur. Nos igitur huiusmodi inconvenientibus quantum cum Deo possumus obviare volentes, motu proprio et ex certa scientia nostris fraternitatibus vestris mandamus quatenus vos vel alter vestrum si et quoties aliqui quicquam a praefato Michaele episcopo sibi deberi praetendentes eum coram vobis evocare voluerint, eos cuiuscunque dignitatis status gradus ordinis et conditionis fuerint, authoritate nostra audiatis, causasque ipsorum iustitia mediante terminetis, Nos enim vobis causas ipsas si criminales prout iuris, si vero civiles fuerint etiam summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii audiendi et fine debito terminandi, ac causas ipsas si coram aliquo iudice ecclesiastico introductae sint si ipsi et episcopus in eum non consenserint ad vos advocandi et in statu debito resumendi, et quibusvis iudicibus et personis quavis etiam pontificali et regali vel alia ecclesiastica, seu seculari dignitate fulgentibus presertim laicis etiam sub suspensionis a divinis ac excommunicationis aliisque sententiis censuris et poenis ecclesiasticis et pecuniariis vestro arbitrio moderandis, nec in causis contra dictum Michaelem episcopum motis et movendis se intromittant inhibendi, ac eos quos inhibitioni huiusmodi non obtemperasse vobis constiterit censuras et poenas praedi-

Digitized by Google

ctas incurrisse declarandi et legitimis super hiis per vos habendis servatis processibus illas etiam iteratis vicibus aggravandi interdictum ecclesiasticum apponendi auxiliumque brachii secularis si opus fuerit invocandi, absolutionis beneficium simpliciter vel ad cautelam prout iuris fuerit impendendi, omniaque et singula alia in praemissis et circa ea necessaria seu oportuna faciendi decernendi et exequendi authoritate apostolica per presentes licentiam concedimus et facultatem. Non obstantibus praemissis ac felicis recordationis Bonifacii papae VIII praedecessoris nostri de una et concilii generalis de duabus dietis edita non tamen ultra tres, ac aliis constitutionibus et ordinationibus privilegiis quoque et indultis apostolicis et regiis pragmaticisque sanctionibus stabilimentis quoque usibus et naturis quoruncunque ordinum etiam militiarum etiam per sedem apostolicam confirmatis sub quorumvis verborum formis atque fortioribus et insolitis clausulis irritantibusque decretis forsan emanatis et innovatis, quibus illorum tenores ac si de verbo ad verbum eisdem presentibus insererentur hac vice duntaxat motu simili derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die XVIII junii M. D. XXXVI. Pontificatus nostri anno secundo[1].

Carta d'el-Rei ao cardeal Santiquatro

(1536, pouco depois de 21 de agosto)[2]

[3] Reverendissimo in Cristo padre que como irmaão muyto amo, Eu dom Joham etc. vos envio muyto saudar. pelo muy grande amor que tenho ao ifante dom Duarte meu muyto amado e precado irmaão e por aver por muy certo que ele o tem muy inteiro pera me servir e pelos muy grandes merecimentos de sua pesoa dignos de toda honra merce e acrecentamento

[1] ARCH. NAC., Maç. 23 de Bullas, num. 9. — *Sobrescrito:* Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Bracharensi et episcopo Lamacensi et cuilibet eorum.

[2] *Data das escripturas do casamento, de que trata esta carta. Vidè o documento publicado a pag.* 333 *do* 3.° vol. do Corpo Diplomatico.

[3] *Antes de começar, no alto da pag., tem escripto* — atravesada —, *naturalmente para assim se passar a limpo.*

Digitized by Google

que lhe fizer: concertey de o casar com dona Isabel filha do duque de Braguança dom James meu primo que Deus aja e lhe fiz no dito casamento aquelas merces que me pareceo que neste comeco lhe devia fazer como ha irmão que muyto amo e creo que sempre mas servira e conhecera, asy bem e inteiramente como ele he obrigado e o deve fazer. E estam feitas as escrituras do contrato do dito casamento e jurados pera vinda a dispensacam do santo padre se receberem por palavras de presente como manda a santa madre igreja. E porque eu desejo muyto e queria que se fizese e concludise logo o dito casamento, vos envio com esta carta sopricaçam minha pera o santo padre pela qual suplico e peço por merce a sua Santidade que queira conceder a dita dispensaçam como por ela compridamente veres. muyto vos rogo que por vertude da crença que vos envio apresentes a sua Santidade minha sopricaçam e lhe facaes relaçam de como asy tenho concertado de casar o dito Ifante meu Irmão com a dita dona Isabel, e que estam jurados: e que lhe soprico e peço muyto por merce que queira conceder a dita dispensacam e mandar que se faça breve ou bulla que pera inteiro efeito do dito casamento se requerem e com tantas suas bençõe e de tanta boa vontade como o merece a sua Santidade filho del Rey meu Senhor e padre que santa gloria aja que sempre aos summos pontifices e a santa see apostolica tam devota e inteiramente servio em todas as obras que se ofereceram pera se seguir muyto seu louvor: e como eu lho mereço pelo que tenho feito e espero fazer em todas as cousas de servico de noso Senhor e que forem de maior acrecentamento de sua fee e louvor da santa see apostoliqua e de sua Santidade e que o receberey dela em muy grande merce e de vos muy singular prazer se fazer esta expediçam o mais em breve que seja posivel. E a Pero de Sousa escrevo e mando que vos solicite e requeira o despacho desta expediçam pera a bula ou breve della me enviar em grande diligencia e a ele mando recado pera o que se ouver de dar asy na camara apostolica como pera as despesas e custos que se fizerem e muy grande prazer me fares em trabalhar como as bulas me venham o mais breve que posa ser e que nom aja niso nenhuũa dilacam. Reverendissimo etc.[1]

[1] *Minuta, no* Arch. Nac., Cartas missivas, Maç. 2, num. 356.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III

1536 — Outubro 27

Paulus episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Francisco tituli Sancte Praxedis presbytero Cardinali Cornelio nuncupato salutem et apostolicam benedictionem Devotionis tue quam ad nos et sanctam Romanam ecclesiam geris magnitudo facit ut que ad augmentum ipsius tue devotionis cedere possint quantum nobis cum Deo licet favorabiliter annuamus ut igitur in agendis gratiis ipsi Deo et Domino Nostro Jesu Christo pro felici victoria per carissimum in Christo filium nostrum Johannem Portugallie et Algarbiorum Regem illustrem in Indiarum partibus contra Christi nominis inimicos capteque civitatis Diu nuncupate per Dei gratiam nuper habita in maiori altari Basilice Principis Apostolorum missam et alia divina officia celebrare possis Circumspectioni tue ipso die pro hac vice duntaxat missam et alia divina officia huiusmodi etiam in presentia nostra celebrandi solemniter constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus dicte basilice iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus tenore presentium de speciali gratia licentiam concedimus pariter et indulgemus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et indulti infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo sexto Sexto kalendas novembris Pontificatus nostri anno secundo[1].

[1] Arch. Nac., Maç. 7 de Bullas, num. 46.

Digitized by Google

Bulla do papa Paulo III

1536 -- Novembro 3

matio sive in iudicium producta sive clam interiecta supradicta impediat nec prorsus vim habeat materiam ve tribuat effectum presentium quomodocunque disturbandi Quin etiam precipimus atque interdicimus omnibus supradictis ne quicquam contra presentes nec omnino contra illa que ipsarum vigore fient et statuentur quovis quesito colore vel ingenio audeant adversari Quicunque contra facient vel nitentur eos preceptoriis suis privamus et facimus ad predicta inhabiles eo ipso decernentes predicta omnia perpetuis futuris temporibus inviolata custodiri nec quicquam de eis etiam per futuros Reges et administratores cuiuscunque privilegii aut facultatis pretextu immutandum esse Necnon irritum et inane quicquid secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari De summa autem dicti Sebastiani Regis et administratoris in dictas militias voluntate confisi qui cetera omnia que predictis conveniunt consilio et opera persequatur eidem ac etiam futuris Regibus et administratoribus perpetuo concedimus ut pro predictorum executione et stabilimento quecunque alia pro temporum locorum et personarum conditione et qualitate sive in universum sive particulatim convenire videbuntur statuere noxia vel inutilia emendare dubia quecunque ex predictis forte oritura declarare et aperire ceteraque omnia facere et exequi libere et licite valeant que ad ipsarum militiarum prosperitatem incrementum et conservationem necessaria fuerint et quomodolibet opportuna Sed ut signi differentia militum animos ad fortiter faciendum vehementius accendat predicto Sebastiano Regi et administratori indulgemus ut in memoriam beati Sebastiani martyris cuius festo natalis illius dies accidit ipse Sebastianus Rex unam sagittam veteri militum insigni addere atque ita componere possit ut aliter qui residentie sue tempus non expleverint Aliter vero qui illud absolverint dictam sagittam ferant Sed et iis quoque omnium ordinum predictorum militibus qui iam habitum susceperunt sagittam ipsam pro libito concedere valeat si qualitatibus requisitis prediti fuerint et contra infideles schismaticos seu hereticos ostenderint se pugnasse Postremo venerabilibus fratribus nostris Ulixbonensi et Elborensi Archiepiscopis ac Episcopo Colimbriensi per apostolica scripta mandamus ut ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios ubi et quando opus fuerit ac quoties pro parte dicti Regis et administratoris fuerint requisiti solemniter publicantes faciant auctoritate nostra illas ac quicquid illarum vigore statuetur et decernetur inviolate observari Contradictores quoscunque per censuras et penas ecclesiasticas ceteraque iuris et facti remedia oppor-

Digitized by Google

tuna appellatione postposita compescendo legitimisque super his habendis servatis processibus censuras et penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando interdictumque ecclesiasticum apponendo invocato etiam ad hoc quandocunque opus erit auxilio brachii secularis Non obstantibus predictis et pie memorie Bonifacii pape VIII de una et in concilio generali edita de duabus dietis dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur aliisque apostolicis constitutionibus necnon singularum militiarum predictarum ut prefertur roboratis statutis consuetudinibus stabilimentis usibus et naturis etiam si de illis servandis et non impetrandis literis apostolicis contra ea aut literis ipsis etiam ab alio vel aliis impetratis seu etiam motu simili concessis non utendo predictus Rex et administrator et forsan aliqui alii prestiterint hactenus vel ipsos interim dum hec executur prestare contigerit iuramentum Quodque alias militiis preceptoribus militibus et professoribus predictis communiter vel divisim a predicta sit sede indultum quod contra statuta consuetudines stabilimenta et privilegia sua nullo modo vel nisi ipsis legitime congregatis et suffragiis concordibus immutari alterari aut irrita fieri seu ad aliud onus aut servitium quam quod in eis est expressum constringi ac etiam eisdem vel quibusvis aliis concessum sit quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam et ad verbum *(sic)* de indulto et concessione huiusmodi mentionem Et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis exemptionibus et literis apostolicis generalibus et specialibus cuiuscunque tenoris existant per que presentibus non expressa aut omnino non non *(sic)* inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus habenda esset in nostris literis mentio specialis Que omnia nihilominus eisdem presentibus pro expressis habemus eaque et quecunque alia effectum presentium quomodolibet impedientia aut impedire valentia de simili potestatis plenitudine omnino tollimus et abrogamus ceterisque contrariis quibuscunque Quia enim difficile nimis esset presentes quocunque illis opus erit perferre volumus ut earum exemplis notarii publici manu et persone in dignitate ecclesiastica constitute eiusve curie sigillo obsignatis eadem prorsus fides ubique locorum in iudicio et extra illud adhibeatur que adhiberetur ipsis presentibus si essent exhibite vel ostense Excussa itaque mollitie periculis plena certatim omnes cum nostra benedictione ad salutaria arma sub Christi vexillo fidei calore accensi infestos Christi nominis hostes ea qua maiores sui virtute et animi presentia per-

Digitized by Google

sequantur humilient et disperdant in eo qui dux est in fortitudine populo quem redemit omnia reponentes Is enim omnibus bone voluntatis presens auxilio aderit pia omnium consilia diriget viam omnibus ad gloriam parabit et amplissima cuique retribuet premia meritorum Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre revocationis abolitionis voluntatis intentionis statuti ordinationis iussionis precepti interdicti privationis decreti concessionis indulti mandati sublationis et abrogationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo septuagesimo quintodecimo kalendas septembris Pontificatus nostri anno quinto [1].

Breve do papa Pio V

1571—Agosto 27

Pius Papa v—Ad futuram rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ad ea libenter intendere, per quae salubria generalium conciliorum decreta sedulo executioni mandentur, sublatis obstaculis universis, et semotis quibuslibet ambiguitatibus suos debitos effectus sortiantur. Sane venerabilis frater Georgius archiepiscopus Ulixbonensis exponi nobis nuper fecit quod licet alias, videlicet, die decima mensis ianuarii, anni Domini millesimi quingentesimi sexagesimi quinti Dilectus filius noster Henricus tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis Infans Portugalliae nuncupatus, tunc archiepiscopus Ulixbonensis pro executione decreti Concilii Tridentini de seminariis puerorum in singulis dioecesibus instituendis servata forma praefati decreti, una cum personis ab eo et dilectis filiis capitulo, ac clero Ulixbonensi electis de seminario in civitate Ulixbonensi erigendo et instituendo tractaverit, et inter alia coniunctim cum dictis electis personis procedendo decrevit, et ordinavit, seu insimul decreverint et ordinaverint quod pro manutentione ipsius seminarii quin-

[1] Arch. Nac., Maç. 10 de Bullas, num. 17.

Digitized by Google

que mille cruciati annuatim ex redditibus ecclesiasticis dictae civitatis et diocesis Ulixbonensis et insuper pro fabrica edificiorum erigendorum pro ipso seminario novem alii mille cruciati in tribus annis proxime tunc futuris extraherentur et exigerentur, et iuxta tractatum decretum et ordinationem huiusmodi distributio per singula loca et personas ecclesiasticas fratribus et religiosis ordinum mendicantium redditus ecclesiasticos habentibus inclusis ante mensem decembris anni eiusdem Domini millesimi quingentesimi sexagesimi sexti proportionaliter facta et deinde singulis personis solvere et contribuere debentibus intimata fuerit, ad hoc ut ex inde à tunc proxime futura Domini Nostri Jesu Christi unam, et Sancti Joannis Baptistae immediate sequenti nativitatum festivitatibus, reliquam medietatem ratae quamlibet earum tangentis solvere inciperent. Et similiter deinceps perpetuo in similibus terminis fieri deberet et ex certis tunc benevisis causis pro personarum ecclesiasticarum solvere et contribuere debentium commoditate primus terminus solutionis usque ad festum eiusdem Sancti Joannis anni eiusdem millesimi quingentesimi sexagesimi septimi per eundem Henricum Cardinalem cum consilio et voto dictarum electarum personarum prorogatus, et non multum post ipsam diem festi Sancti Joannis huiusmodi locus aedificii pro dicto seminario designatus estimatio proprietatum necessariarum ad aedificii constructionem facta, et interim domus ad introducendum pueros, et eos erudiendos conductae statuta quoque illorum regimen et gubernium concernentia condita aliaque facta et ordinata fuerint, quae tam Georgio archiepiscopo, quam personis electis praefatis necessaria et opportuna visa fuerunt, et praemissis stantibus decretum congregationis dilectorum filiorum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium ad interpretationem decretorum Concilii huiusmodi specialiter deputatorum, per quod statuerunt ut episcopus qui ante undecimam diem mensis iulii anni eiusdem Domini millesimi quingentesimi sexagesimi septimi seminarium re ipsa non erexerat quandocunque illud erigere instituerit ab ipsa reali erectione nihil eius nomine ultra dimidiam decimam relatam ad antiquam taxam exigeret; et si quid amplius exegisset vel restitueret, vel cum eo compensaret quod in posterum post ipsam erectionem ad eandem rationem exigendum esset, nisi tamen clare appareret totum illud quod amplius exactum esset iam fuisse conversum in preparamenta necessaria, aut aliam similem operam seminarii in seminario praefato super cuius institutione tot preparamenta et diligentiae fuerant factae locum sibi vendicare non potuerit nec debuerit; Nihilominus

Digitized by Google

sicut eadem expositio subiungebat quia pro parte praefatorum capituli Ulixbonensis decreto praedicto se iuvare et illius pretextu à solutione ratae à personis electis praefatis statutae et ordinatae se excusari praetendentium quaedam literae dilecti filii nostri Michaelis tituli Sanctae Mariae supra Minervam praesbyteri Cardinalis Alexandrini nuncupati cum insertione dicti decreti praedicto Henrico Cardinali praesentatae fuerunt, quibus illum hortabatur ut decretum ipsum observari faceret atque mandaret. Ipse Henricus Cardinalis pro reverentia praefatae congregationis ab exactione portionis ab eo ac personis electis praedictis decretae et ordinatae pro dicti seminarii manutentione abstinuit, ac postmodum cum in Regno Portugalliae diversae reperirentur antiquae taxae fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum inter Henricum Cardinalem et capitulum praefatos super intellectu verbi dimidiae decimae relatae ad antiquam taxam contentio et controversia fuit exorta ad quam videlicet taxam verba illa essent referenda praefatis capitulo et clero praetendentibus ad quandam taxam de anno eiusdem Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono factam referri debere iuxta quam dimidia decima praefata tricentos ducatos vix excederet annuatim aut forsan ad tot non ascenderet, quo factum est ut seminarium ipsum adhuc certos non habeat pro illius manutentione redditus assignatos. Cum autem sicut etiam eadem expositio subiungebat maxime necessarium sit seminarium in dicta civitate ita stabiliri ut perpetuo maneat, et nisi Nos aliquod certum et determinatum super hoc statuamus et ordinemus ipse Georgius archiepiscopus non sperat cum praedictis capitulo et clero super extractione reddituum ad seminarii praefati manutentionem necessariorum de facile concordare posse. Et si taxa similis ei quam venerabilis frater archiepiscopus Bracharensis pro manutentione seminarii Bracharensis statuit, et ordinavit, quamque Nos Apostolica auctoritate comprobavimus et observari atque solvi mandavimus videlicet duo pro quolibet centenario valoris fructuum reddituum et proventuum ecclesiasticorum civitatis et diocesis Bracharensis iuxta et secundum communem et currentem extimationem eorundem fructuum reddituum et proventuum pro manutentione praedicti seminarii Ulixbonensis statueretur et ordinaretur dictum seminarium competenter saltem manuteneri et conservari valeret. Quare pro parte eiusdem Georgii archiepiscopi Nobis fuit humiliter supplicatum quatenus in praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui institutionem seminariorum in quibuslibet civitatibus iuxta Concilii praedicti decretum

Digitized by Google

illorumque perpetuitatem sinceris affectibus eundem Georgium archiepiscopum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, Necnon statum litium, et controversiarum quarumcunque super extractione, exactione et contributione praedictis utrorumque quomodolibet pendentium, ac merita causae nominaque, et cognomina iudicum et collitigantium praesentibus pro expressis habentes, illasque ad Nos harum serie avocantes, ac poenitus et omnino extinguentes eidem Georgio archiepiscopo ut ex fructibus, redditibus, et proventibus integris tam suae archiepiscopalis quam capitularis mensarum, et quarumcunque dignitatum, personatuum, officiorum, praebendarum, portionum monasteriorum et prioratuum cuiuscunque ordinis, etiam regularis aut qualitatis, vel conditionis fuerint, Necnon reliquorum omnium et singulorum beneficiorum cum cura et sine cura hospitalium praeceptoriarum et locorum ecclesiasticorum in capitulo XVIII sessionis XXIII praefati Concilii compraehensorum et enarratorum duo pro quolibet centenario iuxta communem currentem eorum, videlicet, in civitate et diocesi Ulixbonensi existentium valorem et extimationem pro manutentione dicti seminarii quacunque appellatione et contradictione tam iudiciali quam extraiudiciali omnino reiectis annuatim assignare, statuere, extrahere, atque exigere. Necnon ad huiusmodi portionem duorum videlicet pro quolibet centenario annuatim persolvendam tam ipse quam eius successores donec aliter per eiusdem seminarii manutentione provideatur capitula ecclesiarum singulorumque beneficiorum et aliorum locorum in praefato capitulo contentorum civitatis et diocesis Ulixbonensis possessores etiam invitos et contradicentes non modo per se sed etiam per pensionibus quas aliis forsan ex dictis fructibus solverint facultate tamen retinendi pro rata quicquid pro dictis pensionibus solverint illis reservata et remanente per censuras et poenas ecclesiasticas fructuum quoque reddituum et proventuum etiam omnium sequestrationem aliaque iuris et facti remedia opportuna invocato etiam si opus erit auxilio brachii secularis quacunque appellatione remota, cogere et compellere dictamque portionem sic extrahendam et exigendam in praefati seminarii substentationem, et manutentionem cum consilio personarum iuxta formam praefati capituli XVIII eligendarum convertere. exponere, et erogare, liberè et licite possint et valeant

Digitized by Google

Apostolica auctoritate praefata tenore presentium concedimus et indulgemus Non obstantibus praemissis et quibusvis Apostolicis ac in provincialibus et synodalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus privilegiis quoque indultis et litteris Apostolicis quibusvis contra premissa, quomodolibet concessis confirmatis et innovatis, necnon consuetudine etiam immemorabili ac interiectis appellationibus et allegationibus. Quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica et individua mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil poenitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque Aut si aliquibus communiter vel divisim ab Apostolica sit sede indultum quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXVII Augusti M.D.LXXI. Pontificatus nostri anno sexto [1].

1574 (?)

Informação sobre o que se ha de pedir a Sua Santidade ácerca da Bulla da Cea, que se publicou nos reynos de Portugal no anno de mil e quinhentos e setenta e dous

Na cidade de Lisboa e seo arcebispado se publicou a Bulla da Cea passada pelo Sancto Padre Gregorio 13 ora prezidente na Igreja de Deos no anno do Nacimento de Nosso Senhor de 1572 a 19 de Março accrecentando alguns cazos na dita bulla, a qual he muito prejudicial a jurisdição delRey Nosso Senhor e as leys e ordenacoens destes reynos, de que elle e os reys passados sempre uzarão, e suas justiças de tempo antiquissimo e immemorial a esta parte em alguns cazos, que tocão ao estado ecclesiastico destes reynos, por na dita bulla impedir e defender sub

[1] *Copia incorrecta, no* ARCH. NAC., *Livro* Diversas Bullas, fol. 47. *Ms.*

Digitized by Google

graves censuras e excommunhoens que se não uze das ditas leys, ordenaçoens, posses e costumes immemoriaes que forem fora da dispozição do direito commum e canonico, nem de quaesquer contratos e privilegios dos Summos Pontifices, por que em alguma maneira se offenda a liberdade ecclesiastica; e tudo manda annullar e riscar e tirar dos livros em que forem postos, como mais largamente se pode ver pella dita bulla que com esta vay.

E porque pella publicação della, que não veyo a noticia de Sua Alteza senão agora, ficou logo, e está suspensa a dita sua jurisdição, e sendo uzadas as ditas leys e ordenaçoens, posses e costumes immemoriaes e privilegios dos Summos Pontifices, somente se apellou da dita bulla por parte de Sua Alteza, no que faz contra as ditas leys e ordenacoens e suas jurisdicoens e privilegios ad Sanctam Sedem Apostolicam e para o mesmo Santo Padre mal informado a bem informado, para conservacão do direito de Sua Alteza e da coroa destes reynos, como consta do instrumento da dita appellacão.

Devese pedir ao Padre Santo de parte de Sua Alteza com grande instancia que declare a dita bulla não haver lugar contra as ditas leys e ordenacoens, jurisdicoens e privilegios, e el Rey Nosso Senhor poder uzar do que elle e os Reys passados, e suas justicas athegora uzarão; o que Sua Santidade deve conceder pellas rezoens seguintes:

Primeiramente porque as ditas leys e ordenacoens foram feitas conforme as 51 concordatas que se tratarão e julgarão em Roma entre el-Rey D. Diniz Rey destes reynos e o estado ecclesiastico delles, approvadas e confirmadas pello Papa Nicolao 4 então prezidente na igreja de Deos na era de Cesar 1330; e depois por em tempo del Rey D. Pedro e del Rey D. João o 1.°, e del Rey D. Affonso 5.° recrecerem entre os ditos Reys e o estado ecclesiastico destes reynos outras duvidas e differenças e algumas inquietacoens sobre a dita jurisdicão, fizerão cada um dos ditos Reys em seos tempos com o dito estado ecclesiastico algumas concordatas, em que elles consentirão, e conforme as ditas concordatas se fizerão em tempo do dito Rey D. Affonso as ditas leys e ordenacoens de que sempre se uzou nestes reynos desde tempo antiquissimo e immemorial a esta parte em todos os consistorios e tribunaes reaes delles, por se entender ao tempo que se tratarão e se fizerão as ditas concordatas que era conveniente para quietacão e concordia das duvidas e dezenquietacoens que havia entre os ditos estados ecclesiastico e secular, e para me-

Digitized by Google

lhor e mais quieta conservação do estado destes reynos e bem publico delles terem os ditos Reys a dita jurisdicão no estado ecclesiastico nos cazos pella maneira nellas declarada, e por isso se sustentarão sempre ategora com tanta paz e concordia, e com tanto augmento do culto divino; e por esta cauza os Summos Pontifices que pellos tempos forão sendo sabedores disso por seos legados que a estes reynos sempre mandarão, que as vião uzar e praticar em todos os tribunaes e consistorios reaes destes reynos, e nos seos proprios, elles nem os prelados as não contradisserão, antes as consentirão sem nunca hirem contra ellas, de modo que sempre dellas se uzou pelos christianissimos Reys destes reynos e suas justicas e tribunaes; pello que sendo as ditas ordenaçoens fundadas nas ditas cauzas tão urgentes e justas, deve o Padre Santo declarar a dita bulla não haver nellas lugar, antes aprovalas e confirmalas.

A segunda razão he porque se se houvessem de riscar e annullar as ditas leys e ordenaçoens destes reynos fundadas nas ditas concordatas e posses immemoriaes e costumes antiquissimos para os Reys destes reynos não poderem uzar das ditas jurisdicoens e se haver de tirar o que sempre conforme as ditas ordenaçoens se uzou e tratou e praticou em todos os auditorios, rellaçoens, consistorios reaes, e pellos officiaes de sua justiça, seria cauza de grandissimo escandalo em todos estes reynos, e de se tornarem a suscitar e mover as discordias e dezenquietacoens, molestias e excessos que antigamente houve nestes reynos com o estado ecclesiastico em tempo del Rey D. Sancho o 2.° e el Rey D. Affonso o 3.° conde de Bolonha seo irmão, os quais para os atalharem e comporem foi necessario fazerense as ditas concordatas, e as mais que depois se fizerão em tempo dos outros Reys, pellas quaes se fizerão as ditas ordenacoens. Por onde para se tirar o dito escandalo e se não tornarem a mover as ditas inquietacoens e molestias antigas, como ja agora se começão a mover, deve Sua Santidade haver por bem que a dita bulla no que toca as ditas leys destes reynos e suas jurisdicoens não haja lugar nellas, porque de direito he quod regibus in suis iuribus antiquis ecclesiasticis spiritualibus etiam est deferendum, ut de antiqua collatione beneficiorum Regum dicunt Joan. Men. et Joan. Andr. in Cap. 2 de Praebend. in 6.° et Joan. Andr. in Addit. tit. de Praebend. § restant. Verb. fuit in fine ubi dicunt, quod propter scandalum sunt in eo iure deferendi, et poterit eis dimitti et declarat pulchre Card. in Cons.° 57. Incipit: Pro magnifico: quod poterit eis dimitti per Papam super hoc consultum. E assim no caso de

Digitized by Google

que tratamos paresse que Sua Santidade propter scandalum deve deferir ás ditas leys, ordenacoens e jurisdicoens tão antigas e uzadas e praticadas nestes reynos, e declarar que nellas se não entenda nem haja lugar a dita bulla.

A terceira razão he, porque em tanto he verdade que as ditas ordenacoens e leys forão e são necessarias para quietação e conservação destes reynos, e por isso as consentirão sempre os Summos Pontifices, que dellas sabião pellos seos legados, que a estes reynos mandarão, que alem de outras cauzas que nas ditas ordenacoens declaradas lhe concedião e concederão ategora outras graças e privilegios de conhecerem e terem jurisdicão em os clerigos culpados em alguns delictos graves e enormes declarados nas bullas que disso ha nas relacoens destes reynos e outros privilegios, por onde he de crer que *(sic)* Sua Santidade fora informado de quão justas são as cauzas, por onde as ditas ordenacoens se fizerão e consintirão pellos Summos Pontifices passados, concedendo lhes alem dellas as ditas gracas e privilegios, não mandarão riscar as ditas leys e ordenacoens, nem revogar os ditos privilegios, antes os consentira e approvara, como sempre fizerão os Summos Pontifices passados, o que Sua Santidade agora deve declarar com muita mais razão e que nellas não haja lugar a dita bulla, porquanto dando o sagrado concilio Tridentino em muitos decretos jurisdicão a os prelados e juizes ecclesiásticos contra os leigos em muito perjuizo das ordenacoens e jurisdicoens destes reynos, que erão em contrario, el Rey Nosso Senhor fez huma ley geral, pella qual manda a todas as justicas, que querendo os ditos prelados e juizes ecclesiasticos por seos proprios ministros uzar contra os leigos da jurisdicão que lhes dão os decretos do dito sagrado concilio, não ponhão a isto duvida, nem embargo algum, antes lhes dem toda ajuda e favor necessario, e que o cumprão asi sem embargo de quaesquer provizoens, ordenacoens e costumes, sentencas e concordias, que em contrario haja, como da dita ley consta mais largamente; pello que pois el Rey nosso Senhor como Principe christianissimo e filho obediente da Sancta See Apostolica mandou guardar o dito sagrado concilio Tridentino, e que se não uze das suas leys e ordenacoens no que for contra os decretos do dito sagrado concilio, sendo lhe pellos do seu conselho muito contrariado e por outros letrados do seu dezembargo, couza que nenhum Rey nem Principe christão ategora fez na materia de suas jurisdicoens, parece que se Sua Santidade fora disto informado, não lhe mandara riscar nem lhe annullara

Digitized by Google

as outras ordenacoens, leys e privilegios que lhe ficavão, que não são contrarios aos decretos do dito sagrado concilio Tridentino; e por isso, e pellas mais razoens ditas lhe deve conceder e declarar que a dita sua bulla não haja lugar contra as ditas leys, ordenacoens e privilegios destes reynos, que não forem contra os decretos do dito sagrado concilio Tridentino.

E quando o Padre Santo se não mova pellas ditas cauzas a conceder o sobredito, o que se não espera, deverão ellas de bastar para Sua Santidade mandar passar hum breve suspensivo da dita bulla para Sua Alteza e suas justicas, tribunaes e consistorios reaes poderem uzar das ditas leys e ordenacoens, posses e costumes immemoriaes e privilegios apostolicos que não forem contra os decretos do dito sagrado concilio Tridentino, como ategora se uzou e praticou athe Sua Alteza mandar ver e examinar com muita consideração por seos letrados as ditas leys e ordenacoens, e mandar sobre ellas requerer sua justica, como lhe parecer, perante quem Sua Santidade ordenar e mandar, e por fim de tudo, como filho obediente, fazer o que por Sua Santidade e Santa See Apostolica for determinado.

Vay a appellação que se fez para conservação do direito de Sua Alteza e da coroa destes reynos, posto que vai do mesmo Papa mal informado a bem informado; se parecer que se pode tomar a mal, não se uze della [1].

Carta d'el-Rei ao doutor Antonio Pinto

1574 — Março 6

Doutor Antonio Pinto. Eu ElRei vos mando muito saudar. A nova bulla da Cea que se publicou o anno passado no arcebispado de Lisboa, e fez nestes reinos grande perturbação ao bom governo e justiça d'elles e quietação de meus vassallos, por ser contra as leis e ordenações que os reys meos antecessores tão zeladores do serviço de Nosso Senhor e da

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Liv. mss.*, n.º 1161, fol. 196.

Digitized by Google

obediencia da Sancta See Apostolica e do bom regimento deste reyno fizerão com tão bons fundamentos e respeitos, das quaes pellos mesmos respeitos se uzou ategora sem contradicão nem duvida alguma, e sendo isto asi, e procedendo eu sempre depois que tomei o governo de meos reynos naquella filial obediencia que juntamente com elles herdei, e fazendo tanto no acrecentamento da jurisdicão ecclesiastica, como foi a que novamente larguei (que não deve esquecer) por me conformar com o sagrado Concilio Tridentino contra o parecer das pessoas com quem tanto tratei este negocio, por certo tenho que por falta de informação se passou a dita bulla, e que se lhe fora dada a Sua Santidade tão inteira, como sempre foi e he e será a minha vontade e desejo de lhe obedecer em tudo, não somente nas determinacões apostolicas, mas ainda nas cousas em que eu entender que Sua Santidade receberá contentamento e satisfação, que aquella bulla se fizera em tal forma, que não houvera lugar contra minhas leys e ordenacoens tão justas e necessarias para todos os bons effeitos espirituaes e temporaes: e porque cumpre muito acudirse a isto com grande diligencia, e com ella se proseguir o que nesta materia convem fazerse me pareceo não aguardar pela chegada de João Gomes da Sylva meo embaixador a essa corte, ainda que fica de caminho, pois vos nella estaes, de cujo cuidado e diligencia em meo servico e o entendimento com que o fazeis, confio que nelle não havera falta alguma, que a vos devia commeter este negocio de tão grande importancia, cujo bom despacho tanto releva ser brevemente; pello que vos encomendo muito, que tanto que esta vos for dada, falleis logo a Sua Santidade e lhe deis minha carta e digaes o que nesta vos escrevo, aprezentandolhe sobre este caso as razoens que vão na informação delle, que vos aqui mando com os papeis necessarios ao negocio: e pella qualidade delle entendereis quanto maior he que muitos de que se faz muito caso e encarecimento; e por assim ser houvera de ir a este effeito hum correyo expresso, o qual houve por escusado por ser demonstracão que podia significar outra cousa, e tambem porque sendo tão ordinarios os correyos de Castela a essa corte, vos pode ir este recado muy depressa e seguramente por duas vias, com se fazer a ventagem aos correyos que as levarem, como escrevo ao meirinho mor; e quando por sima de vos fizerdes toda a instancia com Sua Santidade, e vos não conceder logo a primeira parte que vae na informacão, que he declarar não haver lugar na dita bulla contra minhas leys e ordenacoens, jurisdicoens e privilegios, em que eu não espero de Sua Santi-

Digitized by Google

dade senão accrecentamento e conservação dellas; en tal caso pedireis a Sua Santidade hum breve suspensivo da dita bulla, para eu e minhas justicas, tribunaes e consistorios reaes poderem usar das ditas leys e ordenacoens, posses e costumes immemoriaes e privilegios apostolicos, que não forem contra os decretos do sagrado Concilio Tridentino, como se athegora usou e praticou, athe eu mandar ver e examinar com muita consideração as ditas leys e ordenaçoens, e mandar sobre ellas requerer minha justiça como me parecer, perante quem Sua Santidade ordenar, e por fim de tudo, como filho obedientissimo fazer o que Sua Santidade *(sic)* e pella Sancta Sé Apostolica for determinado. E assim direis a Sua Santidade que com tanta consideracão procedo nas materias em que por qualquer via entrão determinações apostolicas, que ainda para mandar requerer minha justica nellas me não satisfaço da mesma justica estar clara por minha parte, mas por sima disso pondero todas as dependencias e circumstancias della com os respeitos devidos a tudo; e por neste negocio eu ter este mesmo modo, se passarão tantos dias depois da publicação d'aquella bulla sem fazer este officio com Sua Santidade senão agora, que o tempo tem mostrado os grandissimos inconvenientes, que por vos mando representar a Sua Santidade; e bem vedes que em tal negocio devo de vos esperar tanto como confio; e por isso hei por escusado encarregarvolo mais, porque tambem as cousas de tão grande importancia e qualidade por si mesmas se entende o que são; e ajudar vos eis nisso do cardeal Farnes, a quem escrevo carta, que aqui vai para lhe dares, e de quem mais vos parecer. A reposta de Sua Santidade me enviareis logo por duas vias, e não se offerecendo correyo que com a ventagem que lhe fareis venha depressa, despachareis hum expresso, e o despacho que por elle me enviardes seja tal que o mereça, como creo que seja. Escrita em Bellem a 6 de Março de 1574.—Rey.

Tambem escrevo ao cardeal Alciato sobre esta materia e quando lha deres lhe referireis o que vos mando que digaes a Sua Santidade e lhe dareis inteira informação do negocio e rezoens delle, e primeiro fareis o mesmo officio com o cardeal Farnes, e na carta que escrevo a Sua Santidade, e nas que vão para os ditos dous cardeaes me remetto a vos; e sendo vos dadas ambas as duas vias destas cartas tornareis a enviar huma dellas [1].

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Liv. mss.*, num. 1161, fol. 195.

Digitized by Google

Breve do papa Gregorio XIII ao cardeal infante D. Henrique

1574—Agosto 13

Gregorius Papa XIII—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, quod licet alias felicis recordationis Pius papa V praedecessor noster, tibi etiam tunc suo, et apostolicae sedis in Portugalliae, et Algarbiorum regnis de latere legato, ut personis sub tua legatione comprehensis, et ad illam undecunque accedentibus gratum te reddere, eorumque commoditatibus consulere posses, inter alia, ut quaecunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica curam animarum non habentia in ecclesia civitate, et diocesi Elborensi consistentia quomodocunque etiam per obitum extra Romanam curiam pro tempore vacantia, cuiuscunque qualitatis, et annui valoris, etiam si dignitates, personatus, administrationes, vel offitia, etiam principales, etiam post pontificales maiores canonicatus, et praebendae portiones, vel alio quovis nomine nuncuparentur, aut parrochiales ecclesiae, vel earum vicariae, monasteria, non tamen consistorialia, et qualitercunque etiam in Romana curia litigiosa, reservata, vel affecta forent, non tamen ratione familiaritatis, aut continuae commensalitatis suae, aut cardinalium viventium, cuius consensus requirendus foret, vel ratione officialium sedis apostolicae personis idoneis, et servata forma decretorum Concilii Tridentini, etiam quaecunque quotcunque, et qualiacunque cum cura et sine cura compatibilia tamen beneficia ecclesiastica obtinentibus et expectantibus conferendi, et regularia conventu, et cura carentia in commendam dari consueta ad vitam, vel ad tempus commendandi facultatem concesserit per eius literas, volens quod provisi à te de beneficiis reservatis, vel affectis praedictis, etiam per resignationem in manibus tuis factam vacantibus valorem annuum viginti quatuor ducatorum auri de camera secundum communem extimationem

Digitized by Google

excedentibus novas provisiones infra octo menses à die habitae possessionis beneficiorum per te illis collatorum computandos à dicta sede impetrare, et litteras apostolicas desuper expedire, annatam, aliaque iura camerae apostolicae debita persolvere omnino tenerentur, alioquin beneficia vacarent eo ipso, nosque eodem praedecessore sicut Domino placuit ab humanis exempto facultatem praedictam, quam dudum antea per quandam regulam, sive constitutionem in cancellaria apostolica in crastinum assumptionis nostrae ad summi apostolatus apicem publicatam revocaveramus, tibi restituerimus, et de novo concesserimus, tuque illa hactenus pacificè usus fueris, quia tamen post primo dictam concessionem diocesis Elborensis propter illius amplitudinem ad salutem populi, quem in illa ita multiplicaverat altissimus, quod illius singulorum vultus non poterat unus pastor inspicere, nec partes boni pastoris implere, divisa, et oppidum Elvensem sub illa consistens in civitatem, et illius ecclesia beatae Mariae in cathedralem ecclesiam erecta, et nonnulla oppida et loca eiusdem diocesis Elborensis eidem ecclesiae Elvensi pro illius diocesi assignata fuerunt, ab aliquibus vertitur in dubium an tu iuxtà facultatem praedictam beneficia in ecclesia, civitate, et diocesi Elvensi noviter erecta consistentia pro tempore vacantia conferre potueris, aut possis. Quare pro tui parte nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus dubitationis huiusmodi scrupulum declaratione nostra tollere, aut alias in praemissis opportune tibi providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur indemnitati tuae, necnon singularum personarum quibus hactenus vigore facultatis predictae beneficia contulisti consulere tibique et illis specialem gratiam facere volentes, ac facultatis praedictae tenores, et personarum earundem nomina, cognomina, et tàm illarum, quàm beneficiorum illis collatorum qualitates, et veros annuos valores praesentibus pro expressis habentes, collationesque, et alias dispositiones per te in vim facultatis praedictae aliàs ligitimè factas approbantes, et confirmantes, illisque quibus factae fuerunt suffragari debere decernentes; circunspectioni tuae, ut quaecunque beneficia ecclesiastica curam animarum non habentia ecclesiae, civitatis, et eius partis diocesis Elvensis, quae Elborensi ecclesiae suberat, quomodocunque, non tamen in mensibus ordinariorum, etiam per obitum, non tamen apud sedem pro tempore vacantia, etiam reservata, litigiosa, vel affecta, ut praefertur tantum, forma facultatis praedictae servata conferre valeas, perinde ac si Elborensis diocesis divisa, ipsaque ecclesia Elvensis in cathedralem erecta non fuisset facultatem concedimus, et impartimur,

Digitized by Google

praemissis, aliisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die XIII Augusti M. D. LXXIIII. Pontificatus nostri anno tertio [1].

Breve do papa Gregorio XIII ao cardeal infante D. Henrique

1574 — Agosto 13

Gregorius Papa XIII—Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper curasti quod postquam aliàs felicis recordationis Pius Papa V praedecessor noster, qui dudum antea iustis de causis per eius literas calendis aprilis pontificatus sui anno tertio datas universis episcopis, et aliis conferendi facultatem habentibus inter alia praeceperat, et interdixerat, ne beneficia vel offitia ecclesiastica, quae in eorum manibus resignari contingeret suis, aut dimittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus conferre auderent, aut de illis providere, volens contrafacientes suspensionis, aliasque tunc expressas poenas eo ipso incurrere: Tibi, ut beneficia ecclesiastica in civitate, et diocesi Ulixbonensis, in qua ordinarius eras collector consistentia, et sub indulto alias tibi concesso comprehensa, quae per liberam, puram, et simplicem resignationem in tuis manibus pro tempore ex causis tamen in literis praedictis expressis factam, et admissam vacarent, familiaribus tuis dummodo aliàs iuxtà Tridentini Concilii decreta idonei forent, tuam super eo conscientiam onerando absque metu censurarum, vel poenarum praedictarum incursus conferre, eisque de illis providere valeres licentiam et facultatem concesserat, prout in literis apostolicis in forma brevis desuper expeditis latius continetur. Tu existimans literas predictas episcopos, et alios ordinarios duntaxat comprehendere nonnulla beneficia non solum ecclesiae civitatis et diocesis Ulixbonensis, verum etiam aliarum ecclesiarum civita-

[1] ARCH. NAC., Papeis varios do Santo Officio (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 257.— *Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Henrico tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum presbytero Cardinali Infanti Portugalliae nostro, et apostolicae sedis in Portugalliae, et Algarbiorum Regnis de latere Legato.

Digitized by Google

tum, et diocesium tuae legationis, in quibus tibi ab apostolica sede conferendi facultas est permissa per resignationem in tuis manibus purè, et liberè ex causis tamen in dictis literis contentis factam, vacantia familiaribus tuis contulisti: nunc vero, sicut eadem subiungebat expositio literis ipsis maturius perpensis, tibi videtur illas etiam apostolicae sedis legatos, etiam cardinales comprehendere: et propterea dubitas te, et eos, qui beneficia ipsa receperunt, censuras et poenas in dictis literis contentas incurrisse, cupisque te, et illos ab illis absolvi, et liberari, eaque beneficia, quae deinceps per resignationes pure, liberè, et simpliciter in tuis manibus ex causis tamen in praedictis literis contentis pro tempore faciendas vacare contigerit, et iuxta facultatem tibi a nobis, et apostolica sede concessam idoneis personis conferre vales, tuis etiam familiaribus conferre posse. Quare eodem tuo nomine fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur personam tuam multis insignem virtutibus, specialium gratiarum muneribus per amplius ornare, tuacque, et familiarium tuorum praedictorum conscientiae tranquilitati consulere volentes: singularum literarum tenores, nomina, et cognomina familiarium praedictorum, qui beneficia eis a te collata receperunt pro expressis habentes, teque et illos a suspensionis, aliisque censuris, et poenis per literas predictas inflictis, si in illas propter praemissa quomodolibet forsan incidisti, et illi inciderunt absolventes, Teque absolutum, et illos pariter absolutos fore, et esse censentes, atque declarantes, circunspectioni tuae, ut ea beneficia et officia ecclesiastica quae in posterum per resignationem in manibus tuis purè, liberè, et simpliciter faciendam ex causis tamen in praedicti Pii praedecessoris literis contentis pro tempore vacare contigerit, et quae iuxta facultatem tibi a nobis et apostolica sede concessam idoneis personis conferre potes duntaxat, sive illa in ecclesia civitate, et diocesi Ulixbonensis, sive in aliis ecclesiis, civitatibus, et diocesibus tuae legationis consistant, etiam tuis familiaribus dummodo aliàs iuxta Tridentini Concilii decreta idonei sint, in quo tuam conscientiam oneramus, absque metu censurarum, vel poenarum in dictis literis contentarum incursus conferre, eisque de illis providere, ipsique familiares ea similiter recipere, et retinere liberè et licitè valeas, et valeant auctoritate apostolica tenore praesentium licentiam et facultatem concedimus, et indulgemus. Non obstantibus literis praemissis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod praedicti contra

Digitized by Google

formam dictarum Pii praedecessoris literarum à te provisi novas provisiones super eisdem beneficiis per te, eis, ut praefertur collatis, intra tres menses à die habitae praesentium notitiae computandos, à te ipso impetrare omnino teneantur, tuque eas illis concedere possis: quodque provisi praedicti poenitentiam salutarem per confessorem, ab ordinario approbatum ab ipsis eligendum eis propterea iniungendam, adimplere omnino teneantur, aliter praesentes quoad forum conscientiae illis nullatenus suffragentur. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die XIII Augusti M. D. LXXIIII. Pontificatus nostri anno tertio [1].

Breve do papa Gregorio XIII ao cardeal infante D. Henrique

1574 — Agosto 18

Gregorius Papa XIII — Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper curavit charissimus in Christo filius noster Sebastianus Portugalliae et Algarbiorum Rex Illustris, quod cum aliàs accepisset in Regnis, atque dominiis suis propter diversarum undique gentium concursum ad illa horrendum detestabileque sodomiae crimen inter aliquos diffidentiae filios serpere coepisse, ut effrenata pestiferorum hominum huiusmodi libido reprimeretur, et ne sincera pars in putredinem prolaberetur, eiusque criminis rei facilius investigari, corrigi, punirique, valerent, felicis recordationis Pio papa IIII praedecessori nostro supplicari fecerat humiliter, ut dilectis filiis generali, et aliis Inquisitoribus haereticae pravitatis in Regnis et dominiis suis apostolica auctoritate deputatis, contra praedicti criminis reos procedendi, culpabilesque debita animadversione puniendi, aliaque tunc expressa faciendi, et exequendi licentiam et facultatem concedere dignaretur, ipseque praedecessor an id tunc expediret certam notitiam non habens, tibi dederat in mandatis, ut in eo negotio, vel iuxta ipsius Regis petitionem, vel aliàs si, et prout tibi videre-

[1] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, num 23. — *Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Henrico tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum praesbytero Cardinali Infanti Portugalliae nostro et apostolicae sedis de latere Legato.

Digitized by Google

tur expedire, tuam conscientiam onerando, provideres, ratum haberi, et inviolabiliter observari debere volens quicquid circa id statuendum duceres, et ordinandum, prout in ipsius Pii praedecessoris literis in forma brevis desuper expeditis, plenius continebatur: et sicut eadem subiungebat expositio cum ante obitum praedicti praedecessoris tu nihil in negotio ipso ordinaveris, dubiteturque propterea facultatem tibi attributam concedentis morte expiravisse, cupiebat nunc in praemissis de opportuno celerique remedio auctoritate nostra provideri: ac propterea nobis humiliter supplicari fecit, quatenus tibi, qui etiam generalis Inquisitor haereticae pravitatis in Regnis, et dominiis praedictis apostolica auctoritate deputatus existis, ac pro tempore existenti generali et dilectis filiis inquisitoribus eiusdem hereticae pravitatis in ipsis Regnis et dominiis praesentibus, et futuris, et eorum cuilibet, ut contra omnes, et singulas personas saeculares, vel cuiuscunque etiam exempti, et apostolicae sedi immediatè subiecti, etiam militaris ordinis regulares, aut clericos etiam in sacris etiam presbyteratus ordine constitutos cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, quos huius horrendi criminis reos etiam forsan de praeterito, aut si carcerati reperiantur, sive per denuntiationem, accusationem, inquisitionem, aut ex mero offitio, seu procuratoris fiscalis, quem ad id duxerint deputandum, aut cuiusvis alterius instantia eis esse constiterit, iisdem modo, et forma servatis quibus in causis haeresis procedi consuevit procedere, eosdemque reos convictos, aut confessos debita animadversione, etiam iuxta leges saeculares ipsorum regnorum punire, et castigare, seu curiae tradere saeculari. Testes quoque, qui fuerint nominati si se gratia, odio, vel favore subtraxerint per censuram ecclesiasticam, et opportuna iuris remedia ad veritati testimonium perhibendum compellere, omniaque alia et singula in praemissis necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, et exequi liberè, et licitè valeant licentiam, et facultatem concedere dignaremur. Nos igitur cupientes nefandum hoc scelus propter quod ira Dei in filios venit diffidentiae non solum cohibere, et extirpare, sed ab hominum memoria penitus aboleri, dictique Pii praedecessoris literarum tenores pro expressis habentes, et illius vestigiis inherentes, cum an praemissa fieri expediant certo nesciamus Circunspectioni tuae de cuius summa prudentia maximam in Domino fiduciam habemus, per presentes committimus, et facultatem concedimus, quatenus consideratis diligenter circunstantiis universis, quae circa hoc fuerint attendendae, super quo tuam conscientiam oneramus in praemissis, vel iuxta prae-

Digitized by Google

dicti Sebastiani Regis nobis porrectam supplicationem praedictam, vel aliàs si, et prout tibi videbitur expedire provideas, ratum et gratum habituri quicquid in iisdem praemissis, aut circa ea statuendum duxeris, et ordinandum, quod et observari debere volumus, atque decernimus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis personis, et ordinibus praedictis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die xiij Augusti M. D. LXXiiij. Pontificatus nostri anno tertio [1].

Breve do papa Gregorio XIII a el-Rei

1574 — Dezembro 4

Gregorius Papa XIII — Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cupimus duos nobiles Italos nobis caros ornari insigni militiae Christi, atque in eum ordinem recipi. Erit nobis gratissimum, si Maiestas tua Oratori suo id faciendi facultatem tribuerit, qua etiam de re ipse nostro rogatu ad Maiestatem tuam scribet, et quanquam non dubitamus eius literas nostro nomine scriptas ad hoc obtinendum sufficere, tamen voluimus etiam has nostras dare, ut intelligas id nobis cordi esse; pollicemur autem hoc tuae Maiestatis erga hos nostros beneficium rectè collocatum fore. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die iiij Decembris M. D. LXXiiij. Pontificatus nostri anno tertio [2].

[1] ARCH. NAC., Papeis varios do Santo Officio (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 258. — *Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Henrico tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum presbytero Cardinali Infanti Portugalliae nostro et Apostolicae Sedis de latere Legato.

[2] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, num. 22. — *Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Sebastiano Portugalliae, et Algarbiorum Regi Illustri.

Digitized by Google

Bulla do papa Gregorio XIII ao cardeal infante D. Henrique

1574 — Dezembro 15

Dilecto filio Henrico tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum presbytero Cardinali Infanti Portugalliae nuncupato salutem etc. *(sic)*

fectis litteris plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Petrum Episcopum et ecclesiam Leiriensem sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod ipse Petrus Episcopus celsitudinis tue fultus presidio in commisso sibi eiusdem ecclesie Leiriensis regimine possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo octuagesimo tertio Tertio nonas junii Pontificatus nostri anno duodecimo [1].

Breve do papa Gregorio XIII

1583—Junho 28

Gregorius Papa XIII—Ad perpetuam rei memoriam. Ex iniuncti nobis apostolici muneris debito inducimur, et rationis ordine suadente curare tenemur, ut his, qui pro fidei catholicae conservatione, puritate, ac haeresum extirpatione iugiter laborare non cessant, pro eorum commoda sustentatione, ac necessitatibus sublevandis, et onerum illis incumbentium supportatione, congruae subventionis auxilia ex Christi Domini patrimonio ministrentur. Cùm itaque sicut charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae, et Algarbiorum Rex Catholicus suo, et dilectorum filiorum Generalis, et aliorum Inquisitorum haereticae pravitatis in Portugalliae et Algarbiorum regnis existentium nominibus exponi nobis fecit, officium Sanctae Inquisitionis in dictis regnis institutum gravium impensarum mole ita gravatum existat, ut ad Generalis, et aliorum Inquisitorum praedictorum, ministrorumque, et officialium congruam sustentationem, onerumque ipsi officio diversimodè incumbentium supportationem, annuus redditus quatuordecim millium cruciatorum non sufficiant: redditus au-

[1] Arch. Nac., Maç. 35 de Bullas, num. 27.

Digitized by Google

tem et proventus ipsius officii ad decem mille ducatos annuatim non ascendant; ac proinde officium ipsum non parvo subventionis auxilio indigere noscatur. Nos, qui aliàs procurante clarae memoriae Sebastiano regnorum praedictorum Rege, asserente redditus, et proventus annuos officii praedicti summam quinque millium cruciatorum non excedere, ab uno, et una ex Ulixbonensi, et Elborensi, ac Colimbriensi duas tertias partes; ex singularum verò aliarum cathedralium, etiam metropolitanarum ecclesiarum regnorum praedictorum canonicatibus, et praebendis quibusdam exceptis etiam tunc vacantibus, seu qui prius quovismodo vacare contingeret, medietatem omnium et singulorum fructuum, reddituum, et proventuum, iurium, obventionum, et emolumentorum, ac distributionum quotidianarum solis praesentibus, et divinis interessentibus dari, et per eos lucrari solitarum, ab ipsis canonicatibus, et praebendis dismembravimus, et separavimus, illaque eidem officio perpetùo applicavimus, et appropriavimus; prout in nostris desuper in forma Brevis confectis litteris plenius continetur. Et sicut accepimus dismembratio, et applicatio huiusmodi effectum sortitae non sunt, eiusdemque fidei catholicae conservationem, et puritatem summopere affectamus, officii praedicti indemnitati in parte saltem consulere; et ut impensas praedictas commodius perferre valeat, de aliquo subventionis auxilio providere volentes; necnon fructuum, reddituum, et proventuum eidem officio aliàs quomodolibet apostolica, vel alia auctoritate applicatorum, seu unitorum quantitates, qualitates, verosque annuos valores, ac praedictarum, seu quarumcunque aliarum literarum unionum, seu applicationum huiusmodi tenores, continentias, et formas praesentibus pro expressis habentes, ac posteriores dismembrationem, separationem, applicationem penitus abrogantes, cassantes, irritantes, et annullantes, Philippi Regis, et Inquisitorum praedictorum nobis super eo porrectis supplicationibus inclinati, ab uno et una ex Ulixbonensi, et Elborensi, ac Colimbriensi medietatem; ex singularum verò aliarum cathedralium etiam metropolitanarum ecclesiarum regnorum praedictorum ab uno etiam, et una canonicatibus, et praebendis theologalibus, doctoralibus, et poenitentialibus tamen exceptis, etiam nunc actu vacantibus, seu qui primo per cessum, vel decessum, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, aut privationem illos ad praesens obtinentium, seu aliàs quovis modo, et ex quorumcunque personis, etiam apud sedem apostolicam, etiam in aliquo ex mensibus nobis, aut Romano Pontifici pro tempore existenti, et sedi huiusmodi reservatis, etiam ordinariis collatoribus per

Digitized by Google

constitutiones apostolicas nunc et pro tempore editas, seu literas alternativarum, aut etiam alia privilegia, et indulta hactenus concessa, vel in posterum concedenda, vacare contigerit, et tanto tempore vacaverint, quòd eorum collatio iuxtà Lateranensis statuta Concilii ad praedictam sedem legitimè devoluta, ipsique canonicatus, et praebenda dispositioni apostolicae specialiter vel ratione cuiusvis etiam nostrae, vel alicuius cardinalis viventis, et in Romana Curia praesentis familiaritatis, continuae commensalitatis, aut aliàs ex quavis causa, non tamen ex causa resignationis, generaliter reservati existant, et super eis lis inter aliquos, cuius statum, et merita, nominaque et cognomina judicum, et collitigantium, necnon singulorum canonicatuum, et praebendarum praedictorum fructuum, reddituum, et proventuum veros annuos valores praesentibus pro expressis etiam habentes, tertiam partem omnium et singulorum fructuum, reddituum, et proventuum, iurium, obventionum, et emolumentorum, ac etiam distributionum quotidianarum solis praesentibus, et divinis officiis interessentibus dari, et per eos lucrifieri solitarum, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuò separamus et dismembramus, illasque sic separatas, et dismembratas eidem officio, ita quòd liceat modernis, et pro tempore existentibus Generali, et aliis Inquisitoribus ministris, et officialibus praedictis singulas partes dismembratas, et separatas praedictas per se, vel alium, seu alios propria auctoritate etiam ex integris fructibus mensarum capitularium percipere, exigere, levare, locare, dislocare, arrendare, atque in suos, et dicti officii usus, et utilitatem convertere, diocesani loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita, auctoritate et tenore praedictis etiam perpetuò applicamus, et appropriamus. Decernentes praesentes literas de subreptionis, vel obreptionis, aut intentionis nostrae, seu quovis alio praetextu, seu causa annullari, invalidari, vel impugnari, aut per loci ordinarios, aut capitula ecclesiarum praedictarum, seu alios quoscunque revideri, vel examinari nullatenus posse; minusque sub similium, vel dissimilium separationum, dismembrationum, applicationum, appropriationum, concessionum, assignationum, aut aliarum gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus minimè comprehendi posse; sed tanquam in fidei favorem emanatas ab illis semper exceptas, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, et reintegratas esse, et censeri; irritum quoque et inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus

Digitized by Google

nostris de unionibus committendis ad partes vocatis interesse habentibus, et exprimendo valore, necnon Lateranensis Concilii uniones perpetuas, nisi in casibus à iure permissis, fieri prohibentis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; necnon singularum ecclesiarum praedictarum iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis iisdem ecclesiis, illarumque praesulibus, superioribus, capitulis, et personis sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam per quoscunque Romanos Pontifices praedecessores nostros, et sedem praedictam, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac aliàs quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, et expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quòd ubi fructus, redditus, et proventus, iura, obventiones, et emolumenta, ac distributiones aliquorum ex canonicatibus, et praebendis primò vacaturis praedictis ad ducentos cruciatos monetae Portugalliae secundum communem aestimationem praedictam annuatim non ascendent ex illis ea tantum pars, quae valorem annuum centum cruciatorum similium excedet, separata, et dismembrata, ac dicto officio applicata censeatur, ita ut ipsos canonicatus et praebendas pro tempore obtinentibus centum cruciati ad minus annuatim remaneant; quòdque canonicatus et praebendae huiusmodi à quibus partes praedictorum fructuum dismembrari contigerit, aliquibus idoneis viris, qui onera consueta illis incumbentia cum residuo fructuum illis remanentium supportent, conferantur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxviij Junii M.D.lxxxiij. Pontificatus nostri anno duodecimo [1].

[1] ARCH. NAC., Papeis varios do Santo Officio (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 260.

Digitized by Google

Breve do papa Gregorio XIII aos arcebispos e bispos

1583 — Outubro 15

Gregorius Papa XIII. Venerabiles fratres salutem et apostolicam benedictionem. Exponi nobis fecit dilectus filius Promotor fiscalis curiae saecularis charissimi in Christo filii nostri Philiphi Portugalliae et Algarbiorum Regis Catholici quod non desunt in Portugalliae et Algarbiorum regnis iniquitatis filii clerici saeculares et regulares etiam in sacris et probatis ordinibus constituti qui eorum officii et professionis immemores sub ecclesiasticae immunitatis fiducia, fidelem populum comovere aliaque graviora crimina et excessus in regnorum eorumdem statum et Regiae Maiestatis perniciem et offensionem attentare non verentur qui nisi poenae severitate comprimantur gravia posset scandala seminare et sicut eadem subiungebat expositio plurimum expediat pravorum hominum huiusmodi delicta non remanere impunita ut iustitiae rigor in illos executus aliis terroris fiat exemplum pro parte eiusdem Promotoris dicti Regis nomine nobis fuit humiliter supplicatum quatenus in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui ex officii nostri debito zelatores iustitiae esse tenemur improbos et sceleratos homines ecclesiastica libertate et immunitate indignos censentes huiusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati vestrae nostrisque *(sic)* successoribus ut absque alicuius censurae vel poenae ecclesiasticae seu irregularitatis notae incursu quascumque ecclesiasticas personas tam saeculares quam cuiusvis ordinis regulares etiam in sacris et presbyteratus ordinibus constitutas quas in regnorum praedictorum statum aut Regiae Maiestatis offensionem conspirasse et ad id populum commovere, et de huiusmodi crimine legitime convictas aut confessas vobis in sua videlicet vestrum cuiusque civitate vel diocesi esse constiterit, cuiuscumque qualitatis fuerint iuxta canonicas sanctiones condignis poenis affectas, servata iuris forma curiae saeculuri tradere puniendas libere et licite possitis et valeatis, apostolica auctoritate tenore praesentium licentiam et facultatem concedimus et impartimur et

Digitized by Google

ob traditionem huiusmodi, etiam si ex illa membrorum mutilatio aut hominum caedes subsequantur nullas censuras aut poenas ecclesiasticas vel irregularitatis notam per vestrum aut successorum praedictorum quemque incurri posse vel debere, eisdem auctoritate et tenore decernimus. Non obstantibus quibusvis apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus et specialibus constitutionibus et ordinationibus et ordinum quorumlibet quorum regulares personae professae forsan fuerint etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis illis illorumque superioribus et personis quomodolibet concessis confirmatis et innovatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis illorumque totis tenoribus in praesentibus litteris specialis specifica et individua mentio, seu quaevis alia exquisita forma observanda foret tenores huiusmodi pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die XV Octobris MDLXXXIII. Pontificatus nostri anno duodecimo [1].

Breve do papa Gregorio XIII ao inquisidor geral e aos outros inquisidores

1584 — Agosto 8

Gregorius Papa XIII.—Dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem. Alias precibus charissimi in Christo filii Philippi Portugalliae, et Algarbiorum Regis Catholici vestro etiam nomine nobis porrectis adducti, à primo vacaturis canonicatu et praebenda singularum Ulixbonensis, Elborensis, et Colimbriensis dimidiam, reliquarum vero metropolitanarum et aliarum cathedralium ecclesiarum regnorum Portugalliae, et Algarbiorum, tertiam partem omnium fructuum, reddituum, proventuum, iurium, obventionum, emolumentorum, ac distributionum quotidianarum, etiam

[1] *Copia, no* ARCH. NAC., *Liv. mss.*, num. 419, fol. 62.— *Sobrescrito:* Venerabilibus Archiepiscopis et Episcopis in Portugalliae et Algarbiorum regnis eorumque provinciis et dominiis constitutis.

Digitized by Google

solis praesentibus, et divinis officiis interessentibus debitorum praestarique solitorum perpetuo separavimus, illaque officio Inquisitionis huiusmodi in dictis regnis etiam perpetuò applicavimus, decreto irritanti desuper apposito, prout nostris *(sic)* literis desuper in forma brevis confectis plenius continetur. Et deinde canonicatu, et praebenda dictae ecclesiae Ulixbonensis morte quondam Pauli Munez extra Romanam Curiam defuncti vacantibus dilectus filius noster Albertus tituli Sanctae Crucis in Hierusalem presbyter cardinalis Archidux Austriae nuncupatus noster et Apostolicae Sedis in dictis regnis legatus separationis, et applicationis, ac decreti, et literarum praedictarum nondum vobis redditarum ignarus illos sic vacantes praetextu indulti apostolici illi super hoc concessi dilecto filio Alphonso Colonna clerico apostolica auctoritate contulit, et providit etiam de eisdem, ipseque Alphonsus collationis et provisionis huiusmodi praetextu illorum possessionem apprehendit, et quamvis haec de facto processerint, nos nihilominus ad evitanda litium inde oriturarum dispendia commodis utrinque rationibus providere volentes, ac etiam supplicationibus dicti Philippi Regis inclinati volumus, et apostolica auctoritate statuimus, ut vobis à prosecutione dictae gratiae vestrae quoad ipsos canonicatum, et praebendam omnino desistentibus, dictus Alphonsus accepta à nobis nova de illis provisione eos illius vigore obtineat, nec illi desuper à vobis ulla prorsus molestia inferatur, gratia tamen et literis nostris praedictis quoad dismembrationem et separationem dimidiae partis fructuum et aliorum praedictorum canonicatus, et praebendae eiusdem ecclesiae Ulixbonensis, qui primo vacabunt effectum sortituris. Vobis insuper concedentes, ut si in primo vacaturis tam Ulixbonensis, quam caeterarum ecclesiarum praedictarum canonicatibus, et praebendis gratia ipsa suum non consequatur effectum, illa in secundo, et deinceps vacaturis locum obtineat, quoad ipsa illum integre sortiatur. Non obstantibus nostra de non tollendo iure quaesito, ac aliis apostolicis constitutionibus, necnon omnibus illis, quae in dictis literis voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die viij Augusti M.D.lxxxiiij. Pontificatus nostri anno tertiodecimo [1].

[1] ARCH. NAC., Papeis varios do Santo Officio, (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 263.— *Sobrescrito:* Dilectis filiis Generali, et aliis Inquisitoribus haereticae pravitatis in Portugalliae, et Algarbiorum regnis apostolica auctoritate constitutis.

Digitized by Google

Bulla do papa Xisto V

1585—Junho 3

Sixtus episcopus servus servorum Dei Ad futuram rei memoriam. Romani Pontificis providentia circumspecta circa ea libenter intendit per quae pensionum reservationes et aliae gratiae per illum mensis episcopalibus pro tempore factae sublatis quibusvis obstaculis suum sortiantur effectum. Cum itaque nos hodie postquam venerabilem fratrem nostrum Hieronymum episcopum Faraonensem alias Silvensem olim Funchalensem a vinculo quo ecclesiae Funchalensi cui tunc praeerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolventes illum ad ecclesiam Faraonensem alias Silvensem certo tunc expresso modo vacantem de consilio et potestatis plenitudine similibus per quasdam etiam hodie transtuleramus, ipsumque Hieronymum episcopum eidem ecclesiae Faraonensi in episcopum praefeceramus et pastorem mensae episcopali ecclesiarum Septensis et Tingensis invicem unitarum certo tunc expresso modo liberam immunem et exemptam mille et ducentorum ac quinquaginta cruciatorum monetae in regno Portugalliae cursum habentis super mensae episcopalis dictae ecclesiae Faraonensis fructibus redditibus et proventibus pro tempore existentibus episcopo Septensi et Tingensi vel eius procuratori ad id ab eo speciale mandatum habenti per dictum Hieronymum episcopum et successores suos ipsius ecclesiae Faraonensis praesules seu administratores pro tempore existentes annis singulis in certis terminis etiam tunc expressis sub interdicti ingressus ecclesiae et deinde suspensionis a regimine et administratione dictae ecclesiae Faraonensis sententiis perpetuò persolvendam et per episcopum Septensem et Tingensem prefatum percipiendam motu proprio per alias nostras literas in quibus expressum fuit quod dicti Hieronymi episcopi expressus tunc accedebat assensus licet non accederet reservaverimus, constituerimus et assignaverimus prout in singulis literis praedictis plenius continetur. Nos qui dudum inter alia voluimus et ordinavimus quod literae reservationis vel assignationis cuiusvis pensionis annuae super alicuius beneficii fructibus

Digitized by Google

etiam motu proprio expediri non possent nisi de consensu illius qui dictam pensionem persolvere tunc haberet cupientes ut reservatio constitutio et assignatio pensionis huiusmodi ac literae desuper confectae suum plenarium sortiantur effectum motu simili non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate reservationem constitutionem et assignationem pensionis huiusmodi et literas desuper confectas praedictas voluntate et ordinatione nostris praedictis ac aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon prefatae ecclesiae Faraonensis juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus quodque eiusdem Hieronymi episcopi ad id expressus assensus non accederet, caeterisque contrariis nequaquam obstantibus apostolica auctoritate tenore praesentium suum plenarium effectum sortiri volumus ac decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo octuagesimo quinto tertio nonas junii Pontificatus nostri anno primo[1].

Bulla do papa Xisto V a el-Rei

1585—Julho 15

Sixtus episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Philippo Portugallie et Algarbiorum Regi illustri salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares principes ecclesiarum prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem ecclesiis Septensi et Tingensi invicem perpetuo unitis tunc ex eo quod venerabilis frater noster Emanuel Episcopus nuper Septensis et Tingensis regimini et administrationi dictarum ecclesiarum

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 214. *Ms.*

Digitized by Google

quibus tunc preerat etiam hodie in manibus nostris sponte et libere cessit Nosque cessionem huiusmodi duximus admittendam pastoris solatio destitutis de persona dilecti filii Didaci Electi Septensis et Tingensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorumdem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illis in Episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsarum ecclesiarum sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Cum igitur fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Didacum Electum et prefatas ecclesias sue cure commissas habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Didacus Electus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi dictarum ecclesiarum regimine possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo octuagesimo quinto Idus julii Pontificatus nostri anno primo [1].

Breve do papa Xisto V ao cardeal Archiduque Alberto

1586 — Janeiro 25

Sixtus Papa v.—Dilecte fili noster salutem, et apostolicam benedictionem. Inter alias curas, quas pro munere nobis divinitùs commisso sustinemus, illa praecipuè nobis cordi est, ut officia Inquisitionis haereticae pravitatis, ad Dei omnipotentis gloriam, et honorem catholicae fidei conservationem, universalis ecclesiae tranquillitatem, et christiani populi salutem salubriter instituta talibus personis regenda committantur, quarum opera, auctoritate, et diligentia provideatur, ut eiusdem fidei dogmata

[1] Arch. Nac., Maç. 26 de Bullas, num. 6.

Digitized by Google

sincera, et ab omni haeresis contagione, et labe incorrupta serventur, ipsaeque haereses omnino exterminentur. Cum itaque nuper officium Inquisitoris Generalis haereticae pravitatis in Portugalliae, et Algarbiorum regnis, caeterisque dominiis, et provinciis pro tempore existentis Regis ditioni mediatè, vel immediatè subiectis apostolica auctoritate institutum, quòd primo clarae memoriae Henricus Portugalliae et Algarbiorum Rex, et Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis usque ad regalis dignitatis assumptionem obtinuerat, et deinde bonae memoriae Georgius archiepiscopus Ulixbonensis, ac in dictis regnis, et locis generalis Inquisitor, dum viveret ex concessione apostolica obtinebat per obitum eiusdem Georgii archiepiscopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit, vacaverit, et vacet ad praesens; Nos ne officium praedictum diutinae vacationis exponatur incommodis, tuam potissimum personam, quam divina bonitas, et summa generis claritate, et archiducali dignitate, cardinalatus etiam sublimitate, atque apostolicae legationis, qua in regnis istis fungeris auctoritate, sanguinis praeterea cum charissimo in Christo filio Philippo regnorum praedictorum Rege, cui nepos charus, et acceptus existis, coniunctione, aliisque multiplicibus virtutum, et gratiarum donis, atque muneribus illustravit, ad id munus duximus eligendam, firma spe, fiduciaque concepta, quòd, gratia tibi assistente divina, per tuae circumspectionis industriam fructuosam, et operosae solicitudinis studium, christiana, catholicaque fides, et religio in regnis, et dominiis praedictis non solum praeservabitur, et tuebitur à noxiis, verum etiam multiplicia suscipiet incrementa. Circumspectionem igitur tuam, licet vigesimum quintum suae aetatis annum non excedat, Inquisitorem generalem judaicae perfidiae, et apostasiae à dicta fide, ac lutheranae, et cuiusvis alterius haeresis ad nostrum, et Sedis Apostolicae beneplacitum in eisdem regnis, et dominiis auctoritate apostolica tenore presentium constituimus, et deputamus, tibique ut ex nunc per te, vel alium, seu alios nomine tuo possessionem eiusdem officii generalis Inquisitoris, et illi forsan annexorum, iuriumque, iurisdictionum, bonorum, et pertinentiarum suorum quorumcunque propria auctoritate apprehendere, et retinere, illorumque fructus, redditus, et proventus, iura, obventiones, et emolumenta quaecunque percipere, exigere, et levare, ac in eiusdem officii Inquisitionis usum, et utilitatem, cuiusvis licentia desuper minimè requisita, convertere, necnon omnibus, et quibuscunque privilegiis, indultis, facultatibus, prerogativis, superioritatibus, praeeminentiis, iurisdictionibus, et auctoritatibus etiam forsan specialem,

Digitized by Google

et individuam expressionem requirentibus per foelicis recordationis Paulum Papam iij et alios quoscunque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac nos, et Sedem Apostolicam praedicto Henrico cardinali, et in regnis praedictis generali Inquisitori, et quibusvis aliis tàm in praedictis, quàm in aliis regnis, provinciis et dominiis ubicunque existentibus generalibus Inquisitoribus, qui pro tempore fuerunt, et nunc sunt, ac etiam ipsi officio Inquisitionis haereticae pravitatis quomodolibet simul vel successivè in genere, vel in specie per quascunque etiam in forma Brevis literas sub quibuscunque tenoribus, et formis concessis, ac quibus idem Henricus Rex, et cardinalis usus, potitus, et gavisus est, atque uti, potiri, et gaudere potuit, ac alii Inquisitores generales de iure, consuetudine, privilegio, indulto, vel aliàs quomodolibet utuntur, potiuntur, et gaudent in omnibus, et per omnia uti, potiri, et gaudere liberè, et licitè valeas, ac si eaedem literae, ac facultates, et indulta in illis contenta tibi ab initio, in specie, nominatim, et expressè concessa fuissent, aut pro te emanassent simili auctoritate concedimus, et indulgemus, causasque omnes, et quascunque haeresim, et à fide catholica apostasiam quomodolibet concernentes et sapientes contra quascunque tàm saeculares quàm ecclesiasticas etiam regulares, et quomodolibet exemptas personas cuiusvis qualitatis, gradus, ordinis, et conditionis existant, etiamsi ducali, episcopali, archiepiscopali, patriarchali, vel alia maiori dignitate, et praeminentia praefulgeant in regnis et dominiis praedictis existentes illarumque cineres, et ossa, ac memoriam, vel famam coram dictis Henrico Rege, et cardinale, aut Georgio archiepiscopo, vel quibusvis aliis generalibus Inquisitoribus, et personis ab eis subdelegatis in quacunque instantia tàm per viam appellationis, vel provocationis, quàm simplicis quaerelae, vel supplicationis, aut aliàs quomodolibet pendentes, et in quibuscunque statu, et in terminis reperiantur, etiam si in eis ad conclusionem iam processum sit cum universis, et singulis earum incidentiis, dependentiis, emergentibus, annexis, et connexis, quarum omnium, et cuiuslibet earum status, et merita nominaque et cognomina, titulos, et qualitates judicum, et collitigantium presentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, illas, quatenus opus sit, ab eisdem iudicibus ad nos harum serie avocantes Tibi modo, et forma, ac cum clausulis, facultatibus, auctoritatibus, potestatibus, et decretis, quibus personis praedictis commissae fuerunt, necnon alias quascunque de novo emergentes pariter audiendas, cognoscendas, decidendas, et fine debito terminandas committimus, necnon quascunque sententias,

Digitized by Google

mandata, et decreta per te, seu illorum aliquem pro tempore lata, aut promulgata plenariae executioni ut par est quacunque appellatione remota demandandi plenam, liberam, et omnimodam facultatem tribuimus, decernentes praesentes literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, seu in controversiam revocari, aut contra illas aliquod iuris, vel facti remedium impetrari minimè posse, minusve sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi, sed semper ab illis exceptas, et quoties illae emanabunt toties in pristinum statum restitutas, et plenariè reintegratas, et de novo concessas existere, sicque per quoscunque judices, et commissarios quavis auctoritate fungentes etiam causarum Palatii Apostolici auditores, et eiusdem Sanctae Romanae ecclesiae cardinales sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et diffiniri debere, irritumque et inane si secus super his à quoquàm quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac foelicis recordationis Bonifacii Papae viij etiam praedecessoris nostri de una et concilii generalis de duabus dietis, et personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, et quibusvis aliis apostolicis, necnon in synodalibus, provincialibus, aut generalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, facultatibus conservatoriis, ac literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis per nos, seu praedecessores nostros praedictos, ac dictam Sedem quibusvis personis cuiuscunque qualitatis, gradus, ordinis, et conditionis existentibus etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, vel aliorum Principum instantiam, seu etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, ac consistorialiter in genere, vel in specie, aut aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et expressa, ac individua, et de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aliave exquisita forma servanda esset tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti, et forma in illis tradita observati forent, pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter, et expressè

Digitized by Google

derogamus, necnon omnibus illis, quae praedecessores praedicti in eorum literis Henrico Regi et cardinali ac Georgio archiepiscopo concessis voluerunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscunque. Nos enim tecum, ut ex nunc dictum Inquisitoris generalis officium suscipere, ac illud gerere, et exercere liberè, et licitè valeas, defectu aetatis praemisso, quem ad id, ut praefertur, pateris, et piae memoriae Clementis papa *(sic)* v etiam praedecessoris nostri in Concilio generali Viennensi edita, quae incipit, Nolentes, qua cavetur expressè, ne cui ante quadragesimum aetatis annum officia huiusmodi committi queant, et aliis forsan constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, statutis quoque consuetudinibus, et privilegiis praefatis, caeterisque contrariis nequaquàm obstantibus, auctoritate, et tenore praesentis de specialis dono gratiae dispensamus. Tu igitur officium huiusmodi sic iustè vigilanter et solerter studeas exercere, ut per tuam integritatem, industriam et diligentiam fructuosam aberrantes in semitam redeant veritatis, et pulsis procul tenebris lucis aeternae claritatem agnoscant, Tuque proinde apud Deum, congrua laboris praemia, et nostram quoque et huius Sedis benedictionem consequi merearis. Volumus autem, ut omnium, et quarumcunque praedictarum, et praesentium literarum exemplis manu alicuius notarii publici subscriptis, ac tui, vel alterius personae in dignitate ecclesiastica constitutae sigillo munitis plena fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quae eisdem originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxv Januarii M. D. lxxxvj. Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] Arch. Nac., Papeis varios do Santo Officio, (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 264.— *Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Alberto tituli Sanctae Crucis in Hyerusalem Presbytero Cardinali Archiduci Austriae nuncupato nostro, et Apostolicae Sedis in Portugalliae, et Algarbiorum Regnis de latere Legato.

Digitized by Google

Breve do papa Xisto V a el-Rei

1588—Janeiro 25

Charissime in Christo fili noster salutem et Apostolicam benedictionem. In uno stesso tempo il Protonotario Antonio Pinto ci ha dato due lettere di Vostra Maestà, una di 14 di Novembre, l'altra di 12 di Decembre prossimi passati. Quanto all'unione che la Maestà Vostra vorrebbe si facesse delli Frati di S. Girolamo di Portogallo alli Frati del medesimo ordine di Castiglia, non vediamo alcun buon modo di poterla fare. Imperoche essendo queste due Congregazioni dalla fondazione loro state sempre separate, e governate ciascheduna da per se dal suo proprio Provinciale, chi tentasse ora di unirle insieme non ne cavarebbe altro frutto che partorire una perpetua molestia alla Maestà Vostra, et anco a noi per la poca concordia che si trovarebbe tra loro. E se bene la Maestà Vostra è Rè e signore cosi di Portogallo, come di Castiglia, non seguita però (come vorrebbe il Pinto) che le Congregazioni de Fratri di S. Girolamo di Portogallo e di Castiglia si debbano incorporare insieme; percioche Vostra Maestà è anco Rè di Aragona, di Valenza, e di altri Regni, e non per questo le Congregazioni de Fratri del medesimo Ordine sparse per li suoi Regni, stanno unite sotto un capo solo in Castiglia. Pigli dunque la Maestà Vostra in buona parte se non potemo condescendere a questo suo desiderio, perche per la lunga prattica che noi abbiamo delle persone regolari, le possiamo affermare, che questa unione non sarebbe ne con servizio di Dio, ne con quiete della Maestà Vostra. E quando ella giudichi essere espediente che la disciplina relassata in quelle Congregazioni per via di riforma si riduca alli pristini istituti, non mancheremo di consolarla, si come l'abbiamo voluto sodisfare a pieno nell'altra sua petitione col comandare che sia spedito un breve al Cardinale Arciduca Legato nostro in Portugallo, in virtù del quale possa commettere a tutti gli Ordinarii di quel Regno che non lascino passare provisione alcuna beneficiale, eziandio nostra, e massime nelle cattedrali in favore di quelli che discendono da cristiani nuovi, se prima li medesimi Ordinarii non ne danno conto a

Digitized by Google

noi. E pregando alla Maestà Vostra da Nostro Signore Dio vita e vittoria le mandiamo la nostra paterna et Apostolica benedizione. Data in Roma alli 25 di Gennaro 1588 [1].

Breve do papa Xisto V ao cardeal archiduque Alberto

1588—Janeiro 25

Sixtus Papa v.—Dilecte fili noster Salutem, et Apostolicam benedictionem. Dudum charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae, et Algarbiorum Regis supplicationibus nobis instanter porrectis adducti statuimus, et decrevimus, ne aliqua collatio, seu provisio de beneficiis ecclesiasticis dispositioni Apostolicae reservatis, vel affectis in praedictis Regnis pro tempore vacantibus, praesertim in cathedralibus ecclesiis consistentibus personis ex stirpe novorum christianorum procedentibus fieret. Quoniàm verò difficile admodum est hic in urbe eas personas ab aliis discerni, et distingui, ne contingat vel ipsarum personarum arte, vel industria, aut petentium importunitate mentem, et voluntatem nostram fraudari, volumus, et Circumspectioni tuae presentium auctoritate iniungimus, quatenùs singulos Ordinarios Regnorum praefatorum admonere cures, ut si quae literae Apostolicae super provisionibus, seu aliis dispositionibus beneficiorum praefatorum in favorem personarum earundem à nobis forsàn emanatae adhuc executioni demandatae non sint, vel in posterum emanaverint in illarum executione supersedeant, et ab aliis executoribus opportunis remediis supersederi faciant, donec nos ab ipsis Ordinariis de qualitatibus impetrantium huiusmodi certiores effecti, quid super his à te, vel eis agendum sit, rescribamus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxv Januarii m. d. lxxxviij. Pontificatus nostri anno tertio [2].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 142.

[2] Arch. Nac., Maç. 37 de Bullas, num. 72.—*Sobrescrito:* Dilecto filio nostro Alberto tituli Sanctae Crucis in Hierusalem Presbytero Cardinali Archiduci Austriae nostro *(sic)*, et Apostolicae sedis in Portugalliae, et Algarbiorum Regnis de latere Legato.

Digitized by Google

Bulla do papa Xisto V a Matheus, eleito arcebispo de Goa

1588—Fevereiro 20

Sixtus episcopus etc. *(sic)* Venerabili fratri Mattheo episcopo nuper Cocchinensi in archiepiscopum Goanensem electo salutem etc. *(sic)* Romani Pontificis quem pastor ille coelestis et episcopus animarum potestatis plenitudine sibi tradita ecclesiis praesulit universis solicitudo requirit ut circa cuiuslibet ecclesiae statum, sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, quod per eius providentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officium, quandoque verò per ministerium translationis accommodè prout personarum locorum et temporum qualitas exigit, ac ecclesiarum utilitas persuadet ecclesiis singulis pastor accedat idoneus et Rector providus deputetur, qui populum sibi commissum salubriter dirigat et bona ecclesiae sibi commissae, non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Sanè ecclesia Goanensis in partibus Indiarum Orientalium consistens, quae de jure patronatus charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae et Algarbiorum Regis Catholici ex privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur, et cui bonae memoriae Vincentius archiepiscopus Goanensis dum viveret praesidebat per obitum dicti Vincentii archiepiscopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit pastoris solatio destituta, Nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem eiusdem ecclesiae coelerem et foelicem ne ecclesia ipsa longe vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de praeficiendo eidem ecclesiae personam utilem, et etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus diligentem. Demum ad te episcopum nuper Cocchinensem consideratis grandium virtutum donis quibus personam tuam illarum largitor altissimus multipliciter insignivit, et quod tu qui ecclesiae Cocchinensi in praefatis Indiis consistenti, hactenus laudabiliter praefuisti praefatam ecclesiam Goanensem scies, voles, et poteris, auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernare direximus

Digitized by Google

oculos nostrae mentis; intendentes igitur tam eidem ecclesiae Goanensis quam eius gregi Dominico salubriter providere, Te licet absentem vinculo quo ecclesiae Cocchinensi cui tunc preeras tenebaris, de eorum fratrum consilio et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes ad dictam ecclesiam Goanensem de simili consilio Apostolica auctoritate transferimus, teque quem praedictus Philippus Rex nobis ad hoc per suas literas praesentavit illi in archiepiscopum praeficimus et pastorem curam et administrationem dictae ecclesiae Goanensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenariè committendo, liberamque de tibi ac dictam ecclesiam Goanensem transeundi licentiam tribuendo firma spe fiduciaque conceptis, quod dirigente Domino actus tuos praedicta ecclesia Goanensis per tuae circumspectionis industriam regetur utiliter et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa; Volumus autem quod antequam regimini et administrationi dictae ecclesiae Goanensis te in aliquo immisceas, in manibus dilectorum filiorum decani et cantoris dictae ecclesiae Goanensis seu alterius eorum, cum sic ut asseris in illis partibus non adsint episcopi qui propter maximam locorum distantiam munus consecrationis impendere, ac assistere, et fidelitatis juramentum recipere possit *(sic)* fidelitatis debitè solitum praestes juramentum huiusmodi iuxta formam quam sub Bulla nostra mittimus introclusam. Quibus, et eorum cuilibet per alias nostras literas mandamus, ut ipsi vel eorum alter, nostro, et Romanae Ecclesiae nomine huiusmodi praestes juramentum. Quocirca fraternitati tuae etc. *(sic)* mandamus quatenus ad praefatam ecclesiam Goanensem cum gratia nostrae benedictionis accedens curam et administrationem praefatas sic exercere studeas, sollicitè, fideliter, prudenter, quod exinde sperati fructus proveniant, ac tuae bonae famae ardor de tuis laudabilibus actibus latius diffundatur, ipsaque ecclesia Goanensi gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam; Tuque praeter aeternae retributionis praemium nostram et Apostolicae Sedis benedictionem et gratiam exinde ulterius consequi merearis. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1587. Undecimo calendas martii. Pontificatus nostri anno tertio [1].

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 195. *Ms.*

Digitized by Google

Bulla do papa Xisto V a el-Rei

1588—Fevereiro 20

Charissimo in Christo filio Philippo Portugalliae et Algarbiorum Regi Catholico salutem *(sic)*.

Cratiae divinae proemium et humanae laudis praeconium acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum praelatis praesertim pontificali dignitate praeditis opportuni favoris praesidium et honor debitus impendatur. Hodie siquidem venerabilem fratrem nostrum Mattheum episcopum nuper Cocchinensem in partibus Indiarum in archiepiscopo Goanensi electum à vinculo quo ecclesiae Cocchinensi, cui tunc praeerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio, et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Goanensem tunc per obitum bonae memoriae Vincentii archiepiscopi Goanensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitutam de simili consilio Apostolica auctoritate transtulimus, ipsumque illi in archiepiscopum praefecimus, et pastorem curam et administrationem praefatae ecclesiae Goanensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenariè continetur *(sic)*. Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi, ac eos verbis et operibus pro Regis aeterni gloria venerari, Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attentè, quatenus eundem Mattheum electum, et praefatam ecclesiam Goanensem suae curae commissam habens pro nostra et Apostolicae Sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis juribus suis, sic eos tui favoris auxilio prosequaris, quod idem Mattheus electus tuae Celsitudinis suffultus praesidio possit in commisso sibi pastoralis officii debito Deo propitio prosperari, ac tibi exinde a Deo peremnis vitae proemium, et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum ut supra *(sic)* [1].

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 199 v. *Ms.*

Digitized by Google

Bulla do papa Xisto V a el-Rei

1588—Fevereiro 20

Charissimo in Christo filio Philippo Portugalliae et Algarbiorum Regi Catholico salutem etc. *(sic)* Gratiae divinae premium et humanae laudis preconium acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum prelatis praesertim pontificali dignitati preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur. Hodie siquidem ecclesiae Cocchinensis etc. ut supra usque continetur *(sic)*. Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis aeterni gloria venerari Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attentè quatenus eundem Andream electum et predictam ecclesiam Cocchinensem suae curae commissam habens pro nostra et Sedis Apostolicae reverentia propentius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigne favoris auxilio prosequaris quod idem Andreas electus tuae celsitudinis fultus presidio in commisso sibi predictae ecclesiae Cocchinensis regimine possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vitae praemium et à nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum ut supra *(sic)* [1].

Bulla do papa Xisto V a frei Matheus, arcebispo eleito de Goa

1588—Fevereiro 20

Venerabili fratri Mattheo nuper episcopo Cochinensi in archiepiscopum Goanensi electo *(sic)*.

Cum Nos hodie te à vinculo quo ecclesiae Cocchinensi cui tunc prae-

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 189 v. *Ms.*

Digitized by Google

eras tenebaris de fratrum nostrorum consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolventes ad ecclesiam Goanensem metropolitanam certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam de simili consilio apostolica auctoritate transtulerimus praeficiendo te illi in archiepiscopum et pastorem prout in nostris inde confectis literis plenius continetur; cumque propter maximam locorum distantiam pallium insigne videlicet pontificalis officii à Nobis per proprium nuntium tuum, non nisi maximo temporis intervallo, cum ea qua decet instantia petere possis, Nos tuis commoditatibus consulere volentes, motu proprio et ex certa scientia nostra, deque apostolicae potestatis plenitunide, pallium ipsum de corpore beati Petri sumptum per dilectos filios decanum et cantorem dictae ecclesiae Goanensis, cum sicut accepimus in illis partibus non adsint episcopi qui pallium huiusmodi tibi assignent, tibi assignandum duximus, destinandum ut iidem decanus et cantor, vel eorum alter illud tibi assignent vel assignet ea forma, quam illis sub bulla nostra mittimus introclusam, et à te nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae sub forma quam illis sub bulla nostra mittimus introclusam, et à te nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae sub forma quam illis sub alia nostra bulla dirigimus solitum recipiant juramentum *(sic)*. Tu autem illo intra ecclesiam tuam Goanensem illis diebus dumtaxat utaris, qui expressi in eiusdem ecclesiae Goanensis privilegiis continetur, ut autem signum non discrepet à signato .sed quod geris exterius interius serves in mente fraternitatem tuam monemus et hortamur attentè tibi per apostolica scripta mandantes quatenus humilitatem et justitiam dante Domino qui dat pecunia et munera largitur observare studeas quae suum servent et promoveant servitorem ac praefatam ecclesiam Goanensem sponsam tuam cures sollicitè eodem auctore Domino spiritualiter et temporaliter augmentare. Datum ut supra *(sic)* [1].

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 201 v. *Ms.*

Digitized by Google

Bulla do papa Xisto V ao arcebispo de Goa

1588—Fevereiro 20

Venerabili fratri archiepiscopo Goanensi salutem et apostolicam benedictionem *(sic)*. Ad cumulum tuae cedit salutis et famae si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propitiationis intuitu opportuni presidii et favoris gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclesiae Cocchinensis, prout supra usque continetur *(sic)*. Cum igitur ut idem Andreas electus in commissa sibi cura dictae ecclesiae Cocchinensis facilius proficere valeat tuus favor ei fore noscatur plurimum opportunus fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatenus eundem Andream electum et predictam ecclesiam Cocchinensem sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et Sedis Apostolicae reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Andreas electus per tuae auxilium gratiae se possit in commisso sibi eiusdem ecclesiae Cocchinensis regimine utilius exercere tuque divinam misericordiam ac nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde valeas uberius promereri. Datum ut supra *(sic)* [1].

Bulla do papa Xisto V a André de Santa Maria, eleito bispo de Cochim

1588—Fevereiro 20

Sixtus episcopus etc. *(sic)* Dilecto filio Andreae de Sancta Maria electo Cocchinensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolatus offitium meritis licet imparibus nobis ex alto commissum quo ecclesiarum

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 189. *Ms.*

Digitized by Google

omnium regimini divina dispositione presidemus utiliter exequi coadiuvante Domino Cupientes solliciti corde reddimur et solertes ut cum de ecclesiarum ipsarum regiminibus agitur committendis tales eis in pastores preficere studeamus qui populum suae curae creditum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velent et valeant authore Domino salubriter regere et feliciter gubernare Sane ecclesia Cocchinensi in partibus Indiarum orientalium consistente quae de jure patronatus charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae et Algarbiorum Regis Catholici ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur, ex eo quod nos hodie venerabilem fratrem nostrum Matheum episcopum nuper Cocchinensem in archiepiscopum Goanensem electum à vinculo quo dictae ecclesiae cui tunc praeerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolvimus et ad ecclesiam Goanensem absolvimus tunc certo modo pastoris solatio destitutam de simili consilio apostolica authoritate transtulimus preficiendo ipsum illi in archiepiscopum et pastorem per translationem eandem pastoris solatio destituta Nos ad provisionem eiusdem ecclesiae Cocchinensis ne ecclesia ipsa longe vacationis exponatur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesiae Cocchinensi personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem demum ad te ordinis Fratrum Minorum de Observantia nuncupatorum provinciae Sancti Antonii regni Portugalliae professorem in presbyteratus ordine et aetate legitima constitutum quem predictus Philippus Rex nobis ad hoc per suas literas presentavit et cui apud nos de religionis zelo vitae munditia honestate morum spiritualium providentia et temporalium circunspectione aliisque multiplicum virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur direximus oculos nostrae mentis, Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta predictae ecclesiae Cocchinensi de ipsorum fratrum consilio apostolica authoritate providemus teque illi in episcopum preficimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesiae Cocchinensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dirigente Domino actus tuos predicta ecclesia Cocchinensis sub tuo felici regimine regeretur utiliter et prosperè dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incre-

Digitized by Google

menta. Volumus autem quod antequam possessionem seu quasi regiminis et administrationis dictae ecclesiae Cocchinensis seu illius bonorum aut maioris partis eorum assequaris vel in illis te in aliquo immisceas in manibus venerabilis fratris nostri archiepiscopi et dilecti filii decani ecclesiae Goanensis aut alterius ipsorum fidem catholicam iuxta articulos pridem à Sede Apostolica propositos expresse profiteri ac formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam quibus et eorum cuilibet per alias nostras literas mandamus ut ipsi vel eorum alter à te nostro et Romanae ecclesiae nomine huiusmodi professionem recipiant seu recipiat et formam professionis à te facienda huiusmodi per tuas patentes literas tuo sigillo munitas ad Sedem eandem per proprium nuntium quanto citius destinare tenearis Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter quod ecclesia ipsa Cocchinensis gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam tuque preter eternae retributionis premium nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo octuagesimo septimo undecimo kalendas Martii Pontificatus nostri anno tertio [1].

Bulla do papa Xisto V a André de Santa Maria, eleito bispo de Cochim

1588 — Fevereiro 20

Sixtus etc. *(sic)* Dilecto filio Andreae de Sancta Maria electo Cocchinensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum Nos pridem ecclesiae Cocchinensis tunc certo modo pastoris solatio destitutae de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de ipsorum fratrum consilio apostolica authoritate duxerimus providendum preficiendum te illi in episcopum et pastorem prout in nostris inde confectis literis plenius continetur Nos ad ea quae ad tuae commoditatis au-

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 183. *Ms.*

Digitized by Google

gmentum cedere valeant favorabiliter intendentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi presbitero ut à quocunque malueris catholico antistite gratiam et communionem Apostolicae Sedis habente accitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel tribus aliis catholicis episcopis si isthic adsint alias personis in dignitate ecclesiastica constitutis munus consecrationis suscipere valeas ac eidem antistiti ut recepto prius per eum à te nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae solito iuramento iuxta formam presentibus annotatam munus predictum authoritate nostra impendere licite tibi possit plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem Volumus autem et dicta authoritate decernimus quod si non recepto à te per dictum antistitem predicto iuramento idem antistes munus ipsum tibi impendere et tu illud suscipere presumpseritis dictus antistes à pontificalis offitii exercitio et tam ipse quam tu ab administratione tam spiritualium quam temporalium ecclesiarum vestrarum suspensi sitis eo ipso Preterea etiam volumus quod formam à te tunc prestiti iuramenti nobis de verbo ad verbum per tuas patentes literas tuo sigillo munitas per proprium nuntium quanto citius destinare procures quodque per hoc venerabili fratri nostro archiepiscopo Goanensi cui predicta ecclesia metropolitico iure subesse dignoscitur nullum in posterum preiuditium generetur Forma autem iuramenti quod prestabis talis est: Ego Andreas de Sancta Maria electus Cocchinensis ab hac hora in antea fidelis et obediens ero Beato Petro Sanctaeque Apostolicae Romanae Ecclesiae et Domino nostro Domino Sixto Papae Quinto eiusque successoribus canonice intrantibus non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur vel iniuriae aliquae inferantur quovis quesito colore consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut nuntium seu literas ad eorum damnum me sciente nemini pandam Papatum Romanum et regalia Sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem legatum Apostolicae Sedis in eundo et redeundo honorificè tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo iura honores privilegia et authoritatem Romanae Ecclesiae Domini nostri Papae et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo, nec ero in consilio facto vel tractatu in quibus contra ipsum Dominum nostrum vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra vel preiuditialia personae iuris honoris status et potestatis eorum machinentur et si talia à quibuscunque procurari novero vel tractari impediam hoc pro posse et quanto

Digitized by Google

citius potero commode significabo eidem Domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam poterit pervenire regulas Sanctorum Patrum decreta ordinationes, sententias, dispositiones, reservationes, provisiones, et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari, haereticos scismaticos et rebelles, Domino nostro et successoribus prefatis pro posse prosequar et impugnabo vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione Apostolorum limina singulis quadriennis personaliter ac per me ipsum visitabo et Domino nostro ac successoribus prefatis rationem reddam de toto meo pastorali offitio deque rebus omnibus ad meae ecclesiae statum ad cleri et populi disciplinam animarum denique quae meae fidei creditae sunt salutem quovis modo pertinentibus et vicissim mandata apostolica prefata humiliter recipiam et quàm diligentissime exequar. Quod si legitimo impedimento detentus fuero praedicta omnia adimplebo per certum nuntium ad hoc speciale mandatum habentem de gremio mei capituli aut alium in dignitate ecclesiastica constitutum seu alias personatum habentem, aut his mihi deficientibus per diocesanum sacerdotem et clero deficiente omnino per aliquem alium presbyterum secularem vel regularem spectatae religionis et probitatis de supradictis plene instructum De huiusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad Sanctae Romanae Ecclesiae diaconum cardinalem ordine priorem per supradictum nuntium transmittendas possessiones vero ad mensam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesiae meae inconsulto Romano Pontifici: et si ad aliquam alienationem devenero poenas in quadam super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrere volo Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Dei Evangelia. Datum Romae ut supra *(sic)* [1].

[1] *Copia, no* Arch Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 185. *Ms.*

Digitized by Google

Bulla do papa Xisto V ao deão e ao chantre da Sé de Goa

1588 — Fevereiro 20

Dilectis filiis Decano et Cantori ecclèsiae Goanensi salutem *(sic)*.

Hodie venerabilem fratrem nostrum Mattheum nuper Cocchinensem in archiepiscopum Goanensem electum, quem Nos hodie à vinculo quo ecclesiae Cocchinensi, cui tunc praeerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio et apostolicae plenitudine potestatis absolventes ad ecclesiam Goanensem metropolitanam certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam, de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus praeficiendo ipsum illi in archiepiscopum et pastorem prout in literis inde confectis plenius continetur. Cumque dictus Mattheus electus propter maximam locorum distantiam pallium insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii à Nobis per proprium nuntium non nisi maximo temporis intervallo cum ea qua decet instantia petere possis *(sic)*, motu proprio, et ex certa scientia nostra, deque apostolicae potestatis plenitudine pallium ipsum de corpore Beati Petri sumptum, per vos seu alterum vestrum eidem Mattheo electo iuxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam assignandum duximus destinandum prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Quocirca discretioni vestrae cum sicut accepimus in illis partibus non adsint episcopi qui pallium huiusmodi eidem electo assignent motu simili etc. *(sic)* mandamus quatenus vos vel alter vestrum pallium ipsum iuxta formam huiusmodi eidem Mattheo electo assignetis, seu assignare curetis, et ab eo modo et Sedis Apostolicae nomine fidelitatis debitè sub forma quam vobis sub alia nostra bulla dirigimus solitum recipiatis, vel alter vestrum recipiat iuramentum, forma autem iuramenti quod dictus Mattheus electus praestabit Nobis de verbo ad verbum per eius patentes literas suo sigillo munitas, per proprium nuntium quanto citius destinare curetis. Volumus autem quod dictus Mattheus episcopus quanto citius Sanctitatem Suam *(sic)* de receptione pallii cum gratiarum actione, certiorem reddere teneatur. Datum ut supra *(sic)* [1].

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 203. *Ms.*

Digitized by Google

Breve do papa Xisto V a el-Rei

1588—Setembro 26

Sixtus Papa v—Charissime in Christo fili noster salutem etc. *(sic)* A questi giorni passati ci sono state presentate tre lettere di Vostra Maestà, la prima vecchia di 21 di Giugno, che parla dell'archidiaconato e canonicati di Balbastro, la seconda di 22 di Luglio sopra il canonicato di Miranda conferito a Gaspare Mendez cristiano nuovo; la terza di 7 di Agosto che dimanda la cruciata per cinque anni nel Regno di Portogallo. Con questa risponderemo a tutte. La prima lettera di 21 di Giugno arrivò tanto tardi, che già era fatta la spedizione di Barbastro *(sic)*, e noi non sapevamo che fusse suo dispationato, il che se ci fusse stato detto, ne averessimo tenuto quel conto, che si conviene, essendo nostra intenzione non di derogare, ma di augumentare le ragioni di Vostra Maestà; ora si cercarà via, che la Maestà Vostra resti sodisfatta. Quanto alla seconda abbiamo dato ordine, che si scriva al Legato nostro di Portogallo, che eseguisca il breve concesso a Vostra Maestà contro li cristiani nuovi, e che il canonicato di Gaspare Mendez si dia qui ad uno, che sia cristiano vecchio. Alla terza della cruciata essendo materia nuova e grave è necessario considerarla con gran maturità, e perciò avemo dato ordine al Cardinal Lancillotto, che ne tratti con l'Ambasciatore di Vostra Maestà, et inteso che si sarà bene il negozio, non si mancherà di fare tutto quello, che ragionevolmente si potrà per sodisfare alla Maestà Vostra. Ci siamo molto rallegrati per aver inteso dalle lettere dei 6 del presente dal nostro Nunzio, che la Maestà Vostra dopo un poco di infermità, già si trovava con intiera sanità. E preghiamo Nostro Signore Dio, che la conservi lungamente per conto nostro particolare, e per servizio universale di tutta la cristianità. E con questo fine le mandiamo la nostra paterna et apostolica benedizione. Data in Roma alli 26 di Settembre 1588 [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 143 v.

Digitized by Google

Breve do papa Xisto V a el-Rei

1589 — Maio 15

Xistus Papa v — Charissime in Christo fili noster salutem et Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecit Majestas tua quod postquàm alias procurante clarae memoriae Sebastiano Portugalliae, et Algarbiorum Rege militiarum Jesu Christi, S. Jacobi, et de Avis in Regno Portugalliae institutarum perpetuo Administratore Apostolica auctoritate deputato felicis recordationis Pius v et Gregorius xiii Praedecessores nostri certa statuta, ordinationes et stabilimenta earumdem Militiarum ab eodem Sebastiano Rege factae confirmarunt, et approbarunt, concedentes etiam eidem, et illius successoribus dictarum militiarum Administratoribus, ut prò eorumdem statutorum executione, et stabilimento, quaecumque alia prò temporum, locorum, et personarum conditione, et qualitate, sivè in universum, sive in specie convenire viderentur statuere, noxia, vel inutilia emendare, dubia quaecumque ex praedictis fortè oritura declarare, caeteraque omnia facere, et exequi liberè, et licitè valeret, quae ad ipsarum Militiarum prosperitatem, incrementum, et conservationem necessaria forent, et quomodolibet opportuna, proùt in diversis à praedictis Pontificibus emanatis litteris pleniùs continetur. Idem Sebastianus Rex, et similis memoriae Henricus illius praedictis Regnis immediatus successor considerantes nonnulla ex praedictis statutis, ordinationibus, et stabilimentis confirmatis, et approbatis nullo modo, aut cum difficultate observari, et retineri posse, sive ut ea observarentur, et retinerentur nullo modo convenire, tàm Sebastianus, quàm Henricus Reges praedicti quampluribus personis tàm in dictis Regnis, quàm extrà illa earumdem militiarum habitus, et nonnullis commendas, et aliis etiam super earumdem commendarum fructibus, redditibus, et proventibus, pensiones exhibuerunt, dederunt et assignarunt, aliosque actus, et gesta forma dictorum statutorum forsàn juratorum non servata, ac contrà illam, absque etiam quod in hujusmodi habituum exhibitionibus, commendarum provisionibus, assignationibus pensionum, aliisque gestis ullam facerent mentionem,

Digitized by Google

quod vigore dictarum facultatum sibi per praedictos Pontifices concessarum, et contrà formam dictorum statutorum confirmatorum operabantur, et absque illorum sufficienti derogatione; et postmodum tu, qui praedictis Regibus in dictis Regnis successor extitisti de dictis statutis, ac eorum confirmationibus, et approbationibus non plenè informatus, praedictorum Regum vestigiis inhaerendo, illorumque usus, et consuetudines in hac parte sequendo, plures quoque dictarum militiarum habitus, commendas, et pensiones quamplurimis personis exibuisti, contulisti, et assignasti, aliosque actus, et gesta fecisti, similiter contrà, aut praeter formam dictorum statutorum forsan juratorum, et confirmatorum absque illorum plena, et sufficienti derogatione, nullaque praemissa declaratione esse tuae intentionis vigore praedictarum facultatum eadem facere, et operari Ac propterea admodùm dubites de validitate dictorum actuum tàm a Sebastiano, et Henrico Regibus, quàm a te gestorum, illaque minùs firma, et valida fuisse, et existere ex eo, quod in praedictis statutis confirmatis adest decretum irritans, et annullans omnia et quaecumque contra illorum formam gesta, et attentata Et ideò sicùt eadem expositio subiungebat, si praedicta omnia suum plenum, et omnimodum non sortiantur effectum, maximae exinde orirentur difficultates in multorum nobilium, et principalium personarum praejudicium, imò, et pro conciliandis sibi animis dictorum nobilium, illisque, et aliis personis, quibus hujusmodi gratiae factae fuerunt, in officio continendis plurimum expediat praedicta omnia adimpleri, et substineri, nobis humiliter maxima cum instantia supplicari fecisti, ut tàm Sebastiani et Henrici Regum praedictorum, quàm Tuae, et personarum interesse habentium conscientiae tranquilitati paterna affectione consulentes, praedicta omnia tàm a Sebastiano et Henrico Regibus praedictis, quàm a Te contrà, aut praeter formam dictorum statutorum, ordinationum, et stabilimentorum, ac forsan juramenti facta, declarata, et executa Apostolica auctoritate confirmare, et approbare, omnesque, et quoscumque tàm juris, quàm facti, et solemnitatum, ac non servatae formae defectus supplere, quia temporum varietas, et dictorum Regnorum mutationes praesens status plenè ostendit, prout etiam praedicti Sebastiani Regis dictorum statutorum conditoris temporibus jàm tùm manifestè compertum extitit, quamplura ex praedictis statutis, ordinationibus, stabilimentis, usibus, et naturis, aut nullo modo, aut difficilè admodùm observari posse, nec ut observentur expedire, imò prò dictarum Militiarum regimine, et felici progressui plurimum conveniat nonnulla ex iis cassare, annullare,

Digitized by Google

alia etiam immutare, et emendare, et quamplurima de novo condere, statuere, et ordinare; nobis etiam instantissimè supplicari fecisti, ut super his omnibus opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui singulis petitionibus tuis, illis praesertim quas ex sincero pietatis affectu prodire conspicuimus, paterno correspondere exoptamus affectu, quique Religionis cultum, Regulariumque Militiarum disciplinam ubiquè florere cupimus, veros institutionum Militiarum earumdem, illarumque constitutionum, statutorum, et definitionum, necnon quarumcumque Apostolicarum, et aliarum literarum desuper confectarum tenores praesentibus prò sufficientèr expressis habentes, Teque a quibusvis sententiis, censuris, poenis, ac forsàn perjurio propterèa incursis absolventes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, supradicta omnia tàm per Sebastianum et Henricum Reges praedictos, quàm a Te circa praemissa contrà, aut praeter dictarum Militiarum statuta, ordinationes, definitiones, stabilimenta, usus, consuetudines, et naturas, facta, gesta, et executa confirmamus, et approbamus, et quatenus opus sit, revalidamus; ac nihilominus dictarum Militiarum prosperis successibus consulentes Majestati tuae, ut cum consilio nonnullorum antianorum dictarum Militiarum, et illarum etiam personarum eorumdem Ordinum minimè professorum, ad id per Te eligendarum, statuta, consuetudines, regulas, diffinitiones, stabilimenta, ordinationes dictarum Militiarum etiam si Apostolica auctoritate confirmata, et approbata fuerint pro praesentis temporis necessitate, et qualitate alterare, reducere, declarare, cassare, et annullare, ac in meliùs reformare, et alias diffinitiones, ordinationes, et statuta Militiarum praedictarum, ac illarum personarum, rerum, et bonorum regimen, administrationem, et gubernium concernentia condere, statuere, et ordinare liberè etc., *(sic)* et licitè valeas facultatem concedimus. Ità tamen ut hujusmodi reformationes, ac etiam nova statuta, antequàm executioni demandentur priùs per nos, et Sedem Apostolicam confirmentur, et approbentur, non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac earumdemque Militiarum etc. *(sic)* caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 15 Maii 1589. Pontificatus nostri anno 5 [1].

[1] *Impresso, na* Biblioth. d'Ajuda, Collecção Geral, tomo 151. *Mss.*

Digitized by Google

Breve do papa Gregorio XIV a el-Rei

1591—Março 16

Gregorius Papa XIIII—Charissime in Christo fili noster salutem, et apostolicam benedictionem. Permittimus Maiestati tuae Militiarum Jesu Christi, Sancti Jacobi, et de Avis in Portugalliae, et Algarbiorum Regnis institutarum Administratori apostolica auctoritate deputato, ut dilecto filio Ferdinando Carillo, qui tibi in bellis contra christiani nominis hostes susceptis per plures annos fideliter, strenueque inservivit, unam in qualibet dictarum Militiarum tunc vacantem, aut cum vacabit, praeceptoriam etiam si ille iuxta formam statutorum earundem Militiarum in unum ex locis Africae, aut in triremibus per triennium non inservierit, conferre, et assignare possis, et valeas. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque Militiarum iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus et naturis: quibus omnibus eorum tenores pro expressis habentes, ad effectum specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVj Martii M. D. LXXXXj. Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, num. 28.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae, et Algarbiorum Regi Catholico.

Digitized by Google

Bulla do papa Clemente VIII a el-Rei

1592—Maio 21

Clemens episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio nostro Philippo Portugallie et Algarbiorum Regi illustri salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum Prelatis presertim Pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem venerabilem fratrem nostrum Hieronymum Episcopum Portugalensem nuper Mirandensem a vinculo quo ecclesie Mirandensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ad ecclesiam Portugalensem tunc per obitum bone memorie Marci olim Episcopi Portugalensis extra Romanam Curiam defuncti Pastoris solatio destitutam de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus ipsumque illi in Episcopum prefecimus et Pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Portugalensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Hieronymum Episcopum et prefatam ecclesiam Portugalensem sue cure commissam habens pro nostra et sedis apostolice reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Hieronymus Episcopus tue Celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure Pastoralis officio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo nonagesimo secundo duodecimo kalendas Junii Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, num. 42.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VIII a el-Rei

1592 — Outubro 1

Clemens Papa VIII — Carissime in Christo fili noster, salutem, et apostolicam benedictionem. Mandavimus venerabili fratri Fabio Patriarchae Jerosolymitano, quem mittimus collectorem in tuum Regnum Portugalliae, ut ad tuam Maiestatem iret, teque nostris verbis salutaret, tibique has literas redderet. Commendamus illum Maiestati tuae, quia dignum tua gratia iudicamus. Is in suo munere arbitrabitur se tuae quoque Maiestati inservire, idque faciet summa fide, et diligentia. Quae praeterea exponet nostris verbis, de iis cupimus, ut ei fidem tribuas. Datum Tusculi sub annulo Piscatoris die primo Octobris M. D. LXXXXij. Pontificatus nostri anno primo [1].

Bulla do papa Clemente VIII a el-Rei

1593 — Janeiro 29

Clemens episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio nostro Philippo Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum prelatis presertim Pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem dilectum filium Ludovicum Electum Tiberiadensem venerabili fratri nostro Petro Episcopo Funayensi Coadiutorem in regimine et administratione ecclesie Funayensis que in partibus Jappo-

[1] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, num. 8. — *Sobrescrito:* Carissimo in Christo filio nostro Philippo, Hispaniarum Regi Catholico.

Digitized by Google

nensibus consistit et cui idem Petrus Episcopus etiam tunc preerat quamdiu illi preesset in spiritualibus et temporalibus cum plena libera et omnimoda potestate facultate et auctoritate omnia et singula que ad huiusmodi Coadiutoris officium aut alias quomodolibet pertinent gerendi et exercendi ipsius Petri Episcopi ad id tunc expresso accedente consensu de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputavimus ac eodem Petro Episcopo cedente vel decedente seu dicte ecclesie alias quomodolibet preesse desinente et illa quovis modo etiam apud sedem apostolicam vacante ex tunc prout ex ea die et e contra de ipsius Ludovici Electi persona eidem ecclesiè de simili consilio dicta auctoritate providimus ipsumque in Episcopum prefecimus et Pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Ludovicum Electum Coadiutorem et futurum Episcopum Funayensem etiam Coadiutoris officio huiusmodi durante et ecclesiam prefatam sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Ludovicus Electus Coadiutor et futurus Episcopus Funayensis tue Celsitudinis fultus presidio in commisso sibi dicte ecclesie regimine possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo nonagesimo secundo quarto kalendas Februarii Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, num. 39.

Digitized by Google

Bulla do papa Clemente VIII ao arcebispo de Lisboa, e aos bispos de Elvas e de Leiria

1593—Janeiro 29

Clemens episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus archiepiscopo Ulixbonensi et Elvensi ac Leyriensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Cum nos hodie dilectum filium Ludovicum electum Tiberiadensem de cuius persona nuper ecclesiae Tiberiadensi certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutae de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate provideramus ipsumque illi in episcopum praefeceramus et pastorem venerabili fratri nostro Petro episcopo Funayensi coadiutorem in regimine et administratione ecclesiae Funayensis cui dictus Petrus episcopus et tunc praeerat quandiu illi praeesset in spiritualibus et temporalibus ipsius Petri episcopi expresso ad id accedente consensu de simili consilio dicta auctoritate constituerimus et deputaverimus ac eodem Petro episcopo cedente vel decedente seu dictae ecclesiae Funayensi praeesse desinente et illa quovis modo etiam apud Sedem Apostolicam vacante ex tunc prout ex ea die et è contra de pari consilio dicta auctoritate providerimus praeficiendo ipsum illi in episcopum et pastorem prout in diversis nostris inde confectis literis plenius continetur. Nos igitur ipsius Ludovici electi coadiutoris et futuri episcopi Funayensis in remotis partibus degentis ne ipse propter hoc ad Sedem praedictam accedendo personaliter laborare cogatur volentes parcere laboribus et expensis fraternitati vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum ab eodem Ludovico electo coadiutore et futuro episcopo Funayensi nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae ratione posteriorum provisionis et praefectionis praefatarum solitum recipiatis seu recipiat iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam, ac formam iuramenti huiusmodi quod dictus Ludovicus electus coadiutor et futurus episcopus Funayensis praestabit nobis de verbo ad verbum per eius patentes literas suo sigillo munitas per proprium Nun-

Digitized by Google

cium quanto citius destinare curetis. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae 1592, 4.° kalendas Februarii Pontificatus nostri anno primo [1].

Bulla do papa Clemente VIII a Luiz Cerqueira, bispo eleito de Tiberiades

1593 — Janeiro 29

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Ludovico Cerqueira electo Tiberiadensi salutem et apostolicam benedictionem. Romanus Pontifex in potestatis plenitudine à coelesti Pastore constitutus ad statum ecclesiarum quarumlibet praesertim cathedralium ne aliquibus praegraventur incommodis more pii patris prospicit diligenter et ut ecclesiae ipsae quarum pastores aliquibus corporalibus detinentur impedimentis in spiritualibus et temporalibus valeant salubriter gubernari iuxta datam sibi a Domino intelligentiam de congruae provisionis auxilio providet opportuno prout temporum qualitas exigit et ecclesiarum ipsarum utilitas persuadet ad hoc quoque exactae diligentiae studium adhibet ut ecclesiarum earundem regimini illarum occurrente vacatione ministri deputentur providi et idonei qui populum suae curae creditum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo bonis *(sic)* informare commissasque sibi ecclesias velint et valeant auctore Domino in spiritualibus et temporalibus salubriter regere et feliciter gubernare Sane cum venerabilis frater noster Petrus episcopus Funayensis pro faciliori cura et regimine ecclesiae Funayensis quae in insulis Japponensibus existit et de iure patronatus charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae et Algarbiorum Regis Catholici ex privilegio apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum esse dignoscitur cuique idem Petrus episcopus praeesse dignoscitur sibi de coadiutore idoneo in regimine et administratione dictae ecclesiae in eisdem spiritualibus et temporalibus provideri desideret Nos cupientes profectui et felici successui eiusdem ecclesiae con-

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 229. *Ms.*

Digitized by Google

sulere et ne ecclesia ipsa propter quaevis ipsius Petri episcopi impedimenta neve quando illam ex eiusdem Petri episcopi persona vacare contigerit ob diutinam eius vacationem aliquibus exponatur incommodis paternis et solicitis studiis intendentes post deliberationem quam de deputando Petro episcopo coadiutorem et ecclesiae Funayensi praefatis cum illa vacabit praeficiendo personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem demum ad te electum Tiberiadensem in presbyteratus ordine constitutum consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam illarum largitor Altissimus multipliciter insignivit et quod tu de cuius persona hodie ecclesiae Tiberiadensi certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutae de ipsorum fratrum consilio apostolica auctoritate providimus teque illi in episcopum praefecimus et pastorem volentes quod postquam literas super provisione et praefectione huiusmodi expeditas haberes ad praefatam ecclesiam Tiberiadensem te conferres et resideres personaliter apud illam quodque extra tuas civitatem et diocesem Tiberiadensem pontificalia officia nequires exercere prout in diversis nostris inde confectis literis plenius continetur eandem ecclesiam Funayensem scies voles et poteris auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernare direximus oculos nostrae mentis Quibus omnibus debita meditatione pensatis tibi quod ad dictam ecclesiam Tiberiadensem quae in partibus infidelium consistit accedere et apud eam personaliter residere minime tenearis harum serie indulgentes te praefato Petro episcopo quoad vixerit et eidem ecclesiae Funayensi praefueret coadiutorem perpetuum et irrevocabilem in regimine et administratione ecclesiae Funayensis huiusmodi in eisdem spiritualibus et temporalibus cum plena libera et omnimoda facultate et auctoritate omnia et singula ad huiusmodi coadiutoris officium de iure vel consuetudine aut alias quomodolibet pertinentia etiam postquam munus consecrationis susceperis pontificalia officia in civitate et diocesi Funayensi gerendi ordinandi et exercendi ipsius Petri episcopi ad hoc expresso accedente consensu de fratrum eorundem consilio dicta auctoritate apostolica constituimus et deputamus et nihilominus praefato Petro episcopo cedente vel decedente seu praefatae ecclesiae Funayensi quomodolibet praeesse desinente aut illas alias quovismodo etiam apud Sedem Apostolicam vacante ex nunc prout ex tunc et e contra de eadem persona tua quem idem Rex nobis ad hoc per suas literas presentavit eidem ecclesiae Funayensi de simili consilio dicta auctoritate providemus teque illi in episcopum prefecimus et pastorem ac de eadem

Digitized by Google

persona tua ipse ecclesiae Funayensi provisum teque illi in episcopum et pastorem prefectum fore decernimus curam et administrationem eiusdem ecclesiae Funayensis tibi in eisdem spiritualibus ac temporalibus ita tamen quod cum primum tu in vim posteriorum provisionis et prefectionis praefatarum pacificam possessionem seu quasi regiminis et administrationis ecclesiae Funayensis huiusmodi ac illius bonorum seu maioris partis eorum assequutus fueris ita ecclesia Tiberiadensis eo ipso vacet et vacare censeatur plenarie committendo in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dirigente Domino actus tuos praefata ecclesia Tiberiadensis per tue circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa Volumus autem quod ab alienatione qualibet bonorum immobilium et preciosorum mobilium mense episcopalis Funayensis penitus abstineas *(sic)* et quod de gestis et administratis per te ratione huiusmodi coadiutoris officii iuxta tenorem constitutionis felicis recordationis Bonifacii papae viij praedecessoris nostri super hoc edite quae incipit Pastoralis rationem reddere tenearis quodque officio coadiutoris huiusmodi cessante et antequam regimini et administrationi ecclesiae Funayensis huiusmodi te in aliquo immisceas constitutionis et deputationis in coadiutorem huiusmodi ratione de ipso coadiutoris officio iuste et fideliter exercendi in manibus venerabilium fratrum nostrorum archiepiscopi Ulixbonensis et Elvensis ac Leyriensis episcoporum seu alicuius eorum ac fidelitatis debite solutus prestes iuramentum *(sic)* iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam quibus et eorum cuilibet per alias nostras literas mandamus ut ipsi vel alter eorum a te nostro et Romanae Ecclesiae nomine huiusmodi recipiant seu recipiat iuramentum Quocirca Discretioni tuae etc. *(sic)* mandamus quatenus curam et administrationem praefatas sic solicite geras et fideliter exequaris quod exinde sperati fructus adveniant et tuae bonae famae odor ex tuis laudabilibus actibus huiusmodi latius diffundatur ipsaque ecclesia Funayensis gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam tuque praeter eternae etc. *(sic)* Datum etc. *(sic)* anno Incarnationis Dominicae 1592 quarto kalendas Februarii Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 222. *Ms.*

Digitized by Google

Bulla do papa Clemente VIII a Luiz Cerqueira, bispo eleito de Tiberiades

1593 — Janeiro 29

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Ludovico Cerqueira electo Tiberiadensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolatus officium meritis licet imparibus nobis ex alto commissum quo ecclesiarum omnium regimini divina dispositione praesidemus utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes soliciti corde reddimur et solertes ut cum de ecclesiarum ipsarum regiminibus agitur committendis tales eis in pastores praeficere studeamus qui populum suae curae creditum non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernare. Dudum siquidem provisiones ecclesiarum omnium tunc vacantium et in antea vacaturarum ordinationi et dispositioni nostrae reservavimus decernentes ex tunc irritum et inane si secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari. Postmodum vero ecclesia Tiberiadensis quae in partibus infidelium consistit tunc ex eo quod nos venerabilem fratrem nostrum Joannem episcopum Calinensem nuper Tiberiadensem à vinculo quo dictae ecclesiae cui tunc praeerat tenebatur de venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolventes illum ad ecclesiam Calinensem tunc certo modo vacantem transtulimus ipsumque illi in episcopum praefecimus et pastorem per translationem huiusmodi pastoris solatio destituta Nos vacatione huiusmodi fide dignis relatibus intellecta ad provisionem eiusdem ecclesiae Tiberiadensis celerem et felicem de qua nullus praeter nos se intromittere potuit sive potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis ne ecclesia ipsa Tiberiadensis longe vacationis exponatur incommodis paternis et solicitis studiis intendentes post deliberationem quam de praeficiendo eidem ecclesiae Tiberiadensi personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem

Digitized by Google

demum ad te presbyterum Elborensis diocesis ex congregatione presbyterorum Societatis Jesu ex legitimo matrimonio nobilibusque et catholicis parentibus procreatum in aetate legitima constitutum qui alias fidem catholicam iuxta articulos pridem a Sede Apostolica propositos in manibus dilecti filii officialis Elborensis expresse professus es cuique apud nos de literarum scientia vitae munditia honestate morum spiritualium providentia et temporalium circunspectione aliisque multiplicum virtutum donis fide digna testimonia perhibentur direximus oculos nostrae mentis Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis et fratribus ipsis ob tuorum exigentiam meritorum accepta praedictae ecclesiae Tiberiadensi de ipsorum fratrum consilio apostolica auctoritate providemus teque illi in episcopum praeficimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesiae Tiberiadensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo in illo qui dat gratias et largitur praemia confidentes quod dirigente Domino actus tuos praefata ecclesia Tiberiadensis sub tuo felici regimine regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem praedictas sic exercere studeas solicite fideliter et prudenter quod ecclesia ipsa Tiberiadensis gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam tuque praeter aeternae retributionis premium nostram et Apostolicae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Volumus autem quod postquam presentes literas habueris expeditas ad praefatam ecclesiam Tiberiadensem te conferas et residcas personaliter in eadem quodque extra tuas civitatem et diocesem Tiberiadenses pontificalia officia nequeas exercere. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae 1592 quarto kalendas Februarii Pontificatus nostri anno primo [1].

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 225. *Ms.*

Digitized by Google

Bulla do papa Clemente VIII a Luiz Cerqueira, bispo eleito de Tiberiades

1593—Janeiro 29

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Ludovico electo Tiberiadensi salutem et apostolicam benedictionem. Sincerae devotionis affectus quo nos et Romanam revereris ecclesiam non indigne promeretur ut votis tuis quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus. Hodie siquidem ecclesiae Tiberiadensis tunc certo modo pastoris solatio destitutae de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate duximus providendum praeficiendo te illi in episcopum et pastorem volentes inter caetera quod postquam literas super provisione huiusmodi habere expeditas ad praefatam ecclesiam te conferres et personaliter resideres in eadem quodque extra civitatem et tuam diocesem Tiberiadensem pontificalia officia exercere nequires prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum autem sicut accepimus tu ad eandem ecclesiam Tiberiadensem quae in partibus infidelium consistit commode nequeas te conferre et apud illam personaliter residere Nos volentes te praemissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratioso tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi quod ad dictam ecclesiam Tiberiadensem accedere et apud eam personaliter residere minime tenearis quodque postquam munus consecrationis susceperis in civitate et diocesi Funayensibus duntaxat si ad id per venerabilem fratrem nostrum Petrum et pro tempore existentem episcopum Funayensem requisitus fueris ac de eius speciali licentia eadem pontificalia officia exercere libere et licite valeas priori nostra voluntate praefata ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis nequaquam obstantibus dicta auctoritate tenore presentium de speciali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri indulti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius

Digitized by Google

se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae 1592 4.° kalendas Februarii Pontificatus nostri anno primo [1].

Bulla do papa Clemente VIII

1593—Janeiro 29

Clemens etc. *(sic)* Venerabili fratri archiepiscopo Goanensi salutem etc. *(sic)* Ad cumulum tuae cedit salutis et famae si personas ecclesiasticas praesertim pontificali dignitate preditas divinae propitiationis intuitu opportuni presidii et favoris gratia prosequaris Hodie siquidem dilectum filium Ludovicum electum Tiberiadensem venerabili fratri nostro Petro episcopo Funayensi coadiutorem in regimine et administratione ecclesiae Funayensis quae in partibus Japponensibus consistit et cui idem Petrus episcopus etiam tunc praeerat quandiu illi praeesset in spiritualibus et temporalibus cum plena libera et omnimoda potestate facultate et auctoritate omnia et singula quae ad huiusmodi coadiutoris officium aut alias quomodolibet pertinent gerendi et exercendi ipsius Petri episcopi ad id expresso tunc accedente consensu de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputavimus ac eodem Petro episcopo cedente vel decedente seu dictae ecclesiae alias quomodolibet praeesse desinente et illa quovis modo etiam apud Sedem Apostolicam vacante ex tunc prout ex ea die et e contra de ipsius Ludovici electi persona eidem ecclesiae de simili consilio dicta auctoritate providimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesiae sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum igitur ut idem Ludovicus electus coadiutor et futurus episcopus Funayensis in commissa sibi ecclesiae cura facilius proficere valeat tuus favor ei fore noscatur plurimum opportunus fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente tibi per apostolica scripta mandantes quatenus eundem Ludovicum electum coadiutorem et

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 227. *Ms.*

Digitized by Google

futurum episcopum Funayensem etiam coadiutoris officio huiusmodi durante et praefatam ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et Apostolicae Sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Ludovicus electus coadiutor et futurus episcopus Funayensis per tuae auxilium gratiae se possit in commisso sibi eiusdem ecclesiae regimine utilius exercere tuque divinam misericordiam ac nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam valeas exinde uberius promereri Datum Romae apud Sanctum Petrum anno 1592 quarto kalendas Februarii Pontificatus nostri anno primo [1].

Breve do papa Clemente VIII a el-Rei

1594 — Agosto 2

Clemens Papa VIII. Carissime in Christo fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Clamor gravium incommodorum, que in Regno Portugalliae magna cum Dei offensione, et animarum detrimento, quotidie magis excrescunt venit ad nos, ut ea in nobis diutius dissimulare non liceat, neque a Maiestate Tua Catholico Rege tanta erga Deum pietate, tanta erga Apostolicam Sedem observantia ullo modo sint amplius tolleranda. Jurisdictio ecclesiastica in Regno Portugalliae palam violatur, sacrosanctae Sedis Apostolicae auctoritas, quam christianissimi Reges et Principes, ab omni antiquitatis memoria, suo et populorum suorum sanguine defendere non dubitarunt, passim et publice in Regno Portugalliae imminuitur, in Regno, inquam, christiano et catholico, et quidem te Rege, per Dei gratiam vivo, atque incolumi; nam ut multa silentio pretereamus, illa certè, nec silere possumus, nec sine multo dolore referre, quod venerabiles fratres nostri Archiepiscopi cum rei ecclesiasticae controversia agitur a laicis hominibus ad seculares iudices pertrahuntur, quasi noster et Apostolicae Sedis Legatus in eo Regno non esset, aut nullus omnino

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 239. *Ms.*

Digitized by Google

Apostolicus Minister existeret, ad quem iustitiae consequendae gratia confugere liceat; quid, quod ecclesiasticae sententiae ecclesiastico iudici iterum et tertio confirmatae, a prophano iudice revocantur, et ne inspectis quidem causae actis nullae atque irritae declarantur? Quin etiam, quod dictum horribile est, eo progressa est saecularium iudicum audacia, ut censuras ecclesiasticas, ab ecclesiastico iudice, rectè, atque ordine latas, et excommunicationis sententiam non esse servandam pronuntient et declarent; denique eo res redacta est, ut dum plerique omnes ecclesiastici iudicis sententia damnati iudicem Regiae rei appellant, et illud contumaciae suae, sive laici, sive clerici praefugium habent, iam omnia fere ecclesiastica iudicia, et ipsa etiam Apostolica decreta in Portugallia eludantur, nulla enim in re magis hoc tempore videtur pervigilare Judicum et Gubernatorum Regni illius industria et diligentia, quàm in opprimenda iurisdictione ecclesiastica, et tunc maximè se egregiam laudem reportare, et de Maiestate Tua benemereri arbitrantur cum quo simulato iure, quave iniuria, sive astu, sive vi aliquid de iure, et auctoritate ecclesiastica detrahunt, et imminuunt, ad se pertrahunt, et adiungunt, pessimo sane consilio, et detestabili; nihil enim alienius a tua non solum pietate, sed vera utilitate, et recta Regni illius gubernandi et conservandi ratione; quid enim boni expectandum, aut quid non potius metuendum mali, cum sacrorum canonum disciplina infringitur, cum Summorum Pontificum constitutiones, et veneranda conciliorum decreta violantur, cum termini, quos posuere Patres Nostri revelluntur, cum ecclesiasticae auctoritati et dignitati, quae antiquissima esse debet derogatur, *(sic)* denique quod animus horret cogitare, cum Rex Regum Deus ipse contemnitur in Ministris suis? De quibus illud est insigne Christi Domini pronunciatum: Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit; audi igitur nos fili carissime, qui te vere in Domino amamus, qui te in visceribus Christi gerimus, qui te in hoc saeculo, et multo maximè in futuro omni gloria et felicitate florentem esse cupimus, qui pro tua, et Principis filii tui, nobis dilectissimi salute et incolumitate assiduè Deum precamur, qui nihil magis optamus, quàm ut tot Regna et ditiones, quae a Deo bonorum omnium auctore habes, pacatas et tranquillas unico filio tuo et nepotibus tradas et relinquas, audi non tam blanda et benevolentiae specie fucata, quàm vera et salutaria fallunt et falluntur, qui ecclesiastica iurisdictione imminuenda ius tuum retinere, et utilitati tuae servire se iactant erraverunt, ab utero locuti sunt falsa, et sive scientes, sive impudentes magnis malis, et quod

Digitized by Google

dicere necesse est Regno evertendo viam muniunt; nemo te magis Christianae Reipublicae calamitates novit, nemo prudentius de illis te uno iudicare potest, qui abundas, et diuturno maximarum rerum usu excellis, revoca quaesumus ad animum tuum superiorum memoriam; an non haec semina ingentem altrum segetem ediderunt? an non per has rimas et per hos cuniculos haereses ingressae longè latèque pervagatae sunt? an non ex his velut favillis maxima sunt incendia excitata, quibus Regna et Provinciae complures miserandum in modum conflagrarunt? Nimium iam nos experientia docuit ubi ius ecclesiasticum laeditur, ubi Apostolicae Sedis auctoritas labefactatur, ubi Dei Ministris debitus honor et reverentia non adhibetur, ubi denique quae Dei sunt Deo non redduntur ibi Regum potestatem, Regnorum quietem, populorum obedientiam, Religionis integritatem diu consistere non posse. Age igitur fili carissime pro tua aequitate et pietate, proque tua perpetua erga hanc Sanctam Apostolicam Sedem observantia, cuius te obedientissimum filium esse ad haec Beatorum Apostolorum sacra corpora, tamquam in totius orbis terrae theatro per Legatos et Oratores tuos toties professus es, cura et effice omnino ut Ministri tui se intra suos limites contineant neve in ecclesiastici iuris fines irrumpant, neque verbo tantum et lingua sed opere et veritate se catholicos praestent et obedientes Romanae Ecclesiae, ne forte aliquando illud de eis merito dicatur populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longevum est a me; neque enim Deus irrideri potest, quod si animadvertimus eos obdurare corda sua, et nos mitioribus medicamentis, et spiritu laenitatis parum (quod absit) proficere cogemur virgam arripere, et ea potestate uti, quam dedit nobis Deus in aedificationem Ecclesiae Catholicae, ut in die tremendi iudicii ante Tribunal Christi, et Pastoralis officii nostri, et animarum nobis creditarum, et tuae in primis fili Rex, cuius salutem ex intimo corde concupiscimus rationem reddere possimus, sed quemadmodum facile de Tua Maiestate nobis persuadeamus multa te inscio fieri a Ministris tuis ita confidimus, ea tibi nequaquam probari, ac propterea ea statim mandata hoc de genere daturum, quibus tam gravia incommoda penitus removeantur, neque a nobis necessario aviora sint remedia adhibenda scripsimus de hoc item negotio, quod nobis valde cordi est dilecto filio nostro Alberto Cardinali nostro et Apostolicae Sedis, in eodem Portugalliae Regno de Latere Legato, et praeterea ad venerabilem fratrem Camillum Patriarcham Alexandrinum nostrum Apostolicum Nuntium apud Maiestatem Tuam, qui tecum coram uberius aget, cui propterea, ut fidem

Digitized by Google

cumulatam habeas a te requirimus. Datum Romae apud Sanctos Apostolos sub annulo Piscatoris die secunda Augusti MDXCIIII. Pontificatus nostri anno tertio [1].

Breve do papa Clemente VIII ao Conde de Portalegre, Governador de Portugal

1594—Agosto 2

Qui Reipublicae administrandae, et Regno alicui gubernando praefecti sunt magnoperè cavere oportet ne falsas terrenae, et carnalis prudentiae sectantes humanas rationes divinis praeceptis anteponant, neve specie utilitatis inani decepti a vera et solida utilitate aberrent. Nihil enim verè utile esse potest, quod cum Dei offensione, et Sanctae Ecclesiae injuria conjunctus est, imò vero hoc omnium ferè malorum est seminarium Ecclesiam Dei contemnere, et iis debitum honorem et obedientiam non deferre, qui Christi Domini ministri sunt, et dispensatores mysteriorum Dei, quae cum ità se habeant, magno sanè dolore afficimur, cum in isto Regno Portugalliae, quod pietatis, et Religionis laude semper floruit jurisdictionem ecclesiasticam palam opprimi, Apostolicae Sedis auctoritatem negligi, fratres nostros Episcopos, et Archiepiscopos ad saecularia tribunalia trahi in iis etiam causis, in quibus rei ecclesiasticae controversia est illorum sententias iterum et tertio confirmatas à saeculari judice abrogari, ac irritas pronuntiari, nervos disciplinae christianae, ecclesiasticas censuras ità praecidi, et spiritualem Ecclesiae gladium, excommunicationem ità contemni, ut quod etiam dictu horrendum est, laicus, et prophanus homo edicere audeat ne excommunicationes ab ecclesiastico judice indictae serventur, neque illud interea miseri ad animum revocantur, qui Ecclesiam non audierit, sit sicut ethnicus, et publicanus, denique Sathanae astutia, et quorumdam hominum, qui terrena tantùm sapiunt infelici solertia eo res redacta esse dicitur, ut per appellationes, et perfugia ad judicem Regie rei omnia tandem ecclesiastica judicia, ac Apostolica etiam

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 36, fol. 345.

Digitized by Google

decreta eludantur, et haec in Regno christiano et catholico fiunt, quae ne apud gentes quidem fierent, quae Deum ignorant, et à Catholici Regis charissimi filii nostri ministris, et Regni Gubernatoribus tolerantur ne quid gravius dicamus, neque justi Judicis Dei ultricem iram pertimescunt etc. (et paulò post) *(sic)* quare te fili valdè in Domino hortamur, ac monemus, vide quid agas, salva animam tuam, et noli consentire operibus iniquitatis quin potius pro eo, quod geris munere cura et effice quantum potes ut tua et collegarum tuorum auctoritate Ecclesiastica jurisdictio, et Apostolicae Sedis potestas salva, et inviolata conserventur. Sic enim de Rege et Regno optimè mereberis, alioquin antè tribunal Christi reus eris, et hic quoque Christum in ministris suis praesentem esse intelliges. Datum Romae etc. *(sic)* 2 Augusti 1594 anno 2 [1].

Bulla do papa Clemente VIII a el-Rei

1595—Fevereiro 13

Clemens episcopus servus servorum Dei. Charissimo in Christo filio Philippo Hispaniarum Regi Catholico salutem et apostolicam benedictionem. Gratiae divinae praemium et humanae laudis praeconium acquiritur si per seculares principes ecclesiarum praelatis praesertim pontificali dignitate praeditis opportuni favoris praesidium et honor debitus impendatur. Hodie siquidem ecclesiae Goanensi tunc per obitum bonae memoriae Matthaei archiepiscopi Goanensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitutae de persona dilecti filii Alexii electi Goanensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de eorundem fratrum consilio apostolica auctoritate providimus, ipsumque illi in archiepiscopum praefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesiae sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi, ac eos verbis

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 146.—*Sobrescrito:* Dilecto filio nobili viro Joanni de Silva Comiti Portugalliensi et Regni Portugalliae Gubernatori.

Digitized by Google

et operibus pro Regis aeterni gloria venerari Majestatem tuam Regiam cum tu etiam Portugalliae Rex existas rogamus et hortamur attentè quatenus eundem Alexium electum et praedictam ecclesiam suae curae commissam habens pro nostra et Sedis Apostolicae reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Alexius electus tuae Celsitudinis fultus praesidio in commisso sibi curae pastoralis officio possit Deo propitio prosperari, ac tibi exinde a Deo perennis vitae praemium, et a nobis condigna proveniat actio gratiarum. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo quarto Idus februarii Pontificatus nostri anno quarto [1].

Bulla do papa Clemente VIII a Aleixo de Jesus, arcebispo eleito de Goa

1595—Fevereiro 13

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Alexio de Jesu electo Goanensi salutem et apostolicam benedictionem. Divina disponente clementia cuius inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa in Apostolicae Sedis specula licet immeriti constituti ad universas orbis ecclesias aciem nostrae considerationis extendimus, et pro earum statu salubriter dirigendo apostolici favoris auxilium adhibemus, sed de illis nos propensius cogitare convenit, quas propriis carere pastoribus intuemur, ut eis iuxta cor nostrum pastores praeficiantur idonei qui commissos sibi populos per suam circumspectionem providam et providentiam circumspectam salubriter dirigant et informent, ac ecclesiarum ipsarum bona non solum gubernent utiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis. Sane ecclesia Goanensis in Indiis orientalibus quae de jurepatronatus charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholico ratione regni Portugalliae, cuius ipse Philippus etiam Rex existit ex privilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur, et cui

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 255. *Ms.*

Digitized by Google

bonae memoriae Mattheus archiepiscopus Goanensis dum viveret praesidebat per obitum dicti Matthei archiepiscopi qui extra romanam curiam debitum naturae persolvit, pastoris solatio destituta, nos vacatione huiusmodi fide dignis relatibus intellecta ad provisionem eiusdem ecclesiae celerem et felicem ne ecclesia ipsa longae vacationis exponatur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de praeficiendo eidem ecclesiae personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te ordinis fratrum eremitarum Sancti Augustini ordinem ipsum expresse professum in presbyteratus ordine constitutum egregium verbi Dei concionatorem, et ad alios docendos tui superioris testimonio idoneum quem praedictus Philippus Rex nobis ad id per suas literas presentavit, et cui apud nos de religionis zelo, vitae munditia, honestate morum spiritualium providentia et temporalium circumspectione fide digna testimonia perhibentur direximus oculos nostrae mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta praedictae ecclesiae de ipsorum fratrum consilio apostolica auctoritate providemus, teque illi in archiepiscopum praeficimus et pastorem curam et administrationem dictae ecclesiae tibi in spiritualibus et temporalibus plenariè committendo in illo, qui dat gratias et largitur praemia confidentes quod dirigente Domino actus tuos praedicta ecclesia sub tuo felici regimine regetur utiliter et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiat incrementa. Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem praefatas sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter quod ecclesia ipsa gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque praeter aeternae retributionis praemium nostram et dictae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo quarto Idus februarii Pontificatus nostri anno quarto [1].

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Livro* Diversas Bullas, fol. 250. *Ms.*

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VIII ao bispo de Lamego

1595 — Julho 4

Venerabilis frater, salutem etc. *(sic)* Bellum hoc grave, et periculosum, quod à charissimo filio nostro Rodulpho Imperatore electo necessariò susceptum contra infensissimos nominis christiani hostes Turcas geritur, quàm anxios, et sollicitos nos habeat, et nullam quietis partem dies noctesque capere nos sinat fraternitas tua pro sua prudentia, et rerum usu facile etiam nobis tacentibus, extimare potest, nam, et praesentibus christianae reipublicae malis, et impendentibus periculis commovemur, quandoquidem res est cum hoste potentissimo et veteribus, et recentibus victoriis insolente cujus dominandi aviditas, et christiani sanguinis hauriendi sitis nunquam expletur. Quare tanto major urget necessitas primum quidem ut puras manus in coelum omnes qui zelum Dei habent ad Patrem misericordiarum sublevent, ejusque clementiam implorent, ut placatus populo suo ipse pro nobis pugnet, sine quo nihil potest mortalis infirmitas, deindè, et humanae providentiae remedia adhibenda nimirùm communi studio, et conatu communis hostis furori est obsistendum, eidemque Imperatori electo, qui solus tanti belli molem sustinere nequit opportuna sunt auxilia praebendae, ne uno superato, quod absit, ad omnium perniciem, quod Tyrannus ille foedifragus jampridem molitur aditus patefiat. Et nos quidem cum omni officii genere apud filios nostros Catholicos Reges et Principes hoc ipsum diù multumque curare non destitimus tum nos ipsi nostro exemplo eos efficiamus permovere conati sumus, nam licet nostrae, et Apostolicae Sedis temporales facultates per se tenues sint, nunc etiam ob graves, et multiplices impensas, quas reipublicae christianae causa subimus, sint extenuatissimae tamen tam difficili, et necessario tempore causam Dei nullo modo deserere volentes, pro quo vitam, et sanguinem, si ità opus esset, libenter profunderemus supra vires connixi exercitum conscripsimus, et nepotem nostrum secundum carnem, quem in primis conjunctum, et charum habemus, et præferimus nobilem virum Joannem Franciscum Aldobrandinum Sanctae Romanae Ecclesiae et ejusdem

Digitized by Google

ecclesiastici exercitus Capitaneum generalem, eumque vix dum ex hispaniensi legatione reversum statim in Hungariam traducere copias jussimus nullum enim nostrum, aut nostrorum discrimen refugimus dummodo Ecclesiae Dei serviamus. Sed quoniam tantis sumptibus perferendis nequaquam sufficimus, nisi et ipsi aliena ope substentemur ad eorum potissimum subsidium confugimus, qui nobiscum vinculo charitatis sunt magis adstricti quique zelo Dei magis fervere, et omni virtutis exemplo aliis praeire, et prelucere debent; hoc est ad venerabiles fratres nostros Episcopos, qui substantiam hujus mundi Dei benignitate, et fidelium beneficentia habent, ut eam in ejusmodi opera erogent, atque insumant. Te igitur frater in Christo charissime hortamur, et requirimus ut templo Dei, et nobis oblationem pecuniarum offeras quam in corde tuo statueris, et quam tuam, et istius ecclesiae dignitatem, et causae gravitatem postulare intelligis, te enim ista pietate, et prudentia praeditum admonere satis est etc. *(sic)* Datum Romae apud Sanctum Marcum die quarta Julii millesimo quingentesimo nonagesimo quinto. Anno 4.° [1].

Bulla do papa Clemente VIII

1596—Maio 20

Clemens Episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. Super specula militantis Ecclesiae, eo disponente Domino, qui cunctis imperat, et cui omnia obediunt, licet immeriti constituti, ad universas orbis ecclesias, locorum illorum praesertim in quibus Fides Catholica ad laudem et gloriam Domini nominis majus indies incrementum suscipere dignoscitur aciem nostrae meditationis, more vigilis pastoris qui locorum eorumdem felici statui, et decori, quidve illorum incolarum, et ad illas confluentium personarum, animarum saluti congruat contemplaturi frequenter reflectimus: ac in locis ipsis prout eorum necessitas postulat, et salus exigit animarum catholicorumque Regum vota exposcunt, novas

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 150 v.— *Sobrescrito:* Venerabili fratri Antonio Episcopo Lamacensi.

Digitized by Google

Episcopales Sedes, Ecclesiasque pro excellenti Sedis Apostolicae praeeminentia plantamus: ut per novas plantationes huiusmodi nova populorum adhaesio eidem militanti Ecclesiae accrescat, religionisque christianae, et Catholicae Fidei professio inibi validius consurgat, dilatetur et effloreat, ac humilia loca dignioribus titulis illustrentur, et condignis favoribus attolantur, illorumque incoles et persone honorabilium Praesulum assistentia, regimine et doctrina suffulti proficiant semper in Fide, et quod in temporalibus sint adepti, non careant in spiritualibus incremento.

Sanè cum sicut ex insinuatione charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum, ac Portugalliae, et Algarbiorum Regis Catholici, nobis nuper facta accepimus in toto vastissimo, et amplissimo Regno Congi et Angollae in Ethiopia, nulla in Cathedralem Ecclesia adhuc erecta ipsumque Regnum sub dioecesi Sancti Thomae existat, et ob maximam itineris longitudinem, et sacerdotum penuriam, qua dictum Regnum, in quo triginta millia oppida circiter connumerantur, laborat, pro tempore existèns Episcopus Sancti Thomae tanti gregis sibi commissi curam nequaquam perferre valeat, in eodem autem Regno oppidum Sancti Salvatoris admodum insigne et primarium, ac in illo Parochialis Ecclesia sub invocatione eiusdem Sancti Salvatoris etiam existat: necnon oppidum et Parochialis Ecclesia huiusmodi omnes qualitates requisitas ita abundè habeat, ut meritò in civitatem, et in Cathedralem respectivè erigi possint et debeant.

Nos his, et aliis rationabilibus causis adducti, et tàm ipsius Philippi Regis, quàm (qui ut etiam accepimus Fidem Catholicam in dicto Regno ab hinc centum circiter annis plantatam non modo conservari, sed etiam magis augeri, ac oppidum ipsum pro dicti Regni, et dilectorum filiorum eius Cleri, ac universitatis, et hominum decore, et amplitudine, divinique cultus incremento, ac animarum salute, civitatis nomine, illiusque Parochialem Ecclesiam praedictam Cathedralis titulo et honore decorari exoptat) charissimi in Christo filii nostri Alvari Congi Regis illustris, habita super his contemplatione cum venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, matura deliberatione, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, et fratrum eorumdem consilio, et assensu, deque Apostolicae potestatis plenitudine ad omnipotentis Dei, eiusque gloriosissimae Genitricis Virginis Mariae, ac totius Curiae Celestis laudem, gloriam et honorem, ac Fidei Catholicae exaltationem, et habitatorum, ac incolarum dicti Regni Congi et Angollae animarum salutem, oppidum Sancti Salva-

Digitized by Google

toris, ac Regnum Congi et Angollae praedicta cum omnibus et singulis illius oppidis, castris, villis, locis, districtibus, ac cleris, personis, Ecclesiis, Monasteriis, prioratibus, praeposituris, et aliis piis locis, ac beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura saecularibus, et quorumvis ordinum regularibus à praedicta dioecesi Sancti Thomae, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo separamus, et dismembramus, et ab omni iurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio, et potestate, nunc et pro tempore existentis Episcopi Sancti Thomae, eorumque officialibus, et vicariis, et quorumcunque iurium Episcopo et Capitulo huiusmodi per eos ratione iurisdictionis et superioritatis praedictarum respectivè debitorum auctoritate et tenore praemissis penitus perpetuò eximimus, et totaliter liberamus.

Ac oppidum Sancti Salvatoris praedictum in civitatem Sancti Salvatoris nuncupandam, ipsamque Parochialem Ecclesiam, cuius fructus nulli sunt, in Cathedralem Ecclesiam sub invocatione eiusdem Sancti Salvatoris Archiepiscopi Ulixbonensis pro tempore existentis suffraganeam futuram, ac in ea dignitatem, sedem, et mensam Episcopales cum omnibus et singulis privilegiis, honoribus, et insignibus debitis et consuetis pro uno Episcopo Sancti Salvatoris nuncupando, qui illi praesideat, ac iurisdictionem Episcopalem, aliaque omnia et singula, quae ordinis, iurisdictionis, ac cuiuscunque alterius muneris Episcopalis sunt, habeat, et exerceat, praedictoque Archiepiscopo Ulixbonensi metropolitico iure subsit, ac decanatum, et cantoriam, necnon archidiaconatum, ac novem canonicatos, et totidem praebendas, pro uno decano et cantori, necnon archidiacono ac novem canonicis, qui in eadem Ecclesia Sancti Salvatoris inserviant, ac divinis intersint, aliaque ecclesiastica munera et functiones exerceant: ac in dicta Ecclesia Sancti Salvatoris capitulum cum mensa, arca, sigillo, et aliis capitularibus insignibus constituant, ac habitu canonicali ad instar dignitates obtinentium, et canonicorum aliarum Cathedralium Ecclesiarum illarum partium utantur, eisdem auctoritate, et tenore simili perpetuo erigimus, et instituimus: necnon oppidum civitatis, et Parochialem Ecclesiam Cathedralis, ac totum Regnum huiusmodi dioecesis, incolas vero, et habitatores dicti oppidi civium nomine et honore decoramus, ac Episcopo, capitulo, clero, civitati, et dioecesi Sancti Salvatoris huiusmodi, ipsarumque civitatis et dioecesis incolis et habitatoribus nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus et singulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis, favoribus et indultis, quibus alii Episcopi,

Digitized by Google

ac aliarum Cathedralium Ecclesiarum capitula, aliaeque civitates, et dioeceses, ac eorum clerus, incolae et habitatores in genere utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere libere et licite valeant auctoritate et tenore praedictis indulgemus.

Praeterea eidem Ecclesiae Sancti Salvatoris, oppidum praedictum sic in civitatem erectum huiusmodi incolas et habitatores pro civitate et civibus ac dictum Regnum Congi et Angollae pro dioecesi: necnon illius cleros et populos pro clero et populo iuxta divisionem per dilectum filium nostrum Albertum tituli Sanctae Crucis in Hierusalem Diaconum Cardinalem ab Austria nuncupatum modernum, et pro tempore existentem Apostolicae Sedis in Regno Portugalliae Legatum, vel Vicelegatum, aut Nuntium, seu Legati, vel Vicelegati eiusdem Sedis facultates habentem, seu ab eorum aliquo toties quoties opus fuerit, subdelegandos faciendam, specificandam, et certis limitibus distinguendam ex nunc prout ex tunc, et contra postquam facta, specificata, et distincta fuerit, assignamus, ipsi quique Alberto Cardinali, et moderno, ac pro tempore existenti Legato, vel Vicelegato, aut Nuntio, seu Legati, vel Nuntii eiusdem Sedis facultates habenti plenam et liberam divisionem praedictam faciendi auctoritatem et potestatem, etiam auctoritate et tenore praemissis concedimus.

Et insuper mensae capituli Sancti Salvatoris quingentos cruciatos ducentorum millium regalium monetae Regni Portugalliae, ac quadringentorum ducatorum de Camera, et singulis dignitatibus centum et duodecim cruciatos quadraginta quinque millium regalium, et nonaginta ducatorum similium: singulis vero canonicatibus et praebendis praedictis centum cruciatos quadraginta millium regalium, et octoginta ducatorum parium summas respective constituentes pro eorum dote respectivè super redditibus Regiis dicti Regni Portugalliae per dictum Philippum, et pro tempore existentem Portugalliae et Algarbiorum Regem annis singulis, donec alia aequivalens assignatio dotis fiat, integrè persolvendos, auctoritate et tenore similibus, et perpetuo applicamus et appropriamus.

Postremò ipsi Philippo, et pro tempore existenti Portugalliae et Algarbiorum Regi ius patronatus et praesentandi personam idoneam, etiam hac prima vice ad dictam Ecclesiam Sancti Salvatoris Romano Pontifici pro tempore existenti, cui per eumdem Pontificem de persona ad Ecclesiam Sancti Salvatoris praesentata huiusmodi eidem Ecclesiae Sancti Salvatoris providere debeat. Necnon, et praesentandi personas idoneas, etiam

Digitized by Google

hac prima vice ad decanatum et cantoriam: necnon archidiaconatum, ac canonicos, et praebendas huiusmodi quoties illos perpetuis futuris temporibus, simul vel successive quibusvis modis, et ex quorumcunque personis etiam apud Sedem Apostolicam, et in mensibus Sedi Apostolicae praedictae reservatis, seu affectis, aut alias quomodolibet vacare contigerit pro tempore existenti Episcopo Sancti Salvatoris per ipsum Episcopum in decanum et cantorem, ac archidiaconum et canonicos ad praesentationem huiusmodi instituendos eidem auctoritate et tenore pariter perpetuo reservamus et concedimus.

Decernentes ius patronatus huiusmodi Philippo et futuris Portugalliae Regibus praedictis ex meris fundatione et dotatione competere, nec illi ullo unquam tempore quacunque ratione derogari posse, si ei quoquomodo derogaretur, derogationes huiusmodi cum inde secutis nullius sint roboris et efficaciae.

Non obstantibus quibusvis constitutionibus, ordinationibus apostolicis, ac Ecclesiae Sancti Thomae huiusmodi iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis eidem Ecclesiae Sancti Thomae, illiusque Praesuli capitulo et aliis superioribus, et personis, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis: quibus omnibus, et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium et singulorum tenores ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso, exprimerentur et insererentur, praesentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omnino hominum etc. *(sic)*

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae 1596. 13 kalendas Junii Pontificatus nostri anno 5 [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 47, pag. 521.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VIII a Antonio, bispo de Elvas

1596 — Julho 12

Clemens Papa VIII — Venerabilis Frater, salutem, et apostolicam benedictionem. Cum nuper officium generalis Inquisitoris contra haereticam pravitatem, in Portugalliae, et Algarbiorum regnis, et ab eis dependentibus dominiis, charissimo in Christo filio nostro Philippo Regi Catholico, mediate, vel immediate, subiectis, per recessum filii nostri Alberti Cardinalis, Archiducis Austriae Generalis Inquisitoris ab eisdem regnis, vacaverit, et vacet ad praesens. Nos, quibus potissima, et summa cura est ut Sancta fides Catholica ubique floreat, et augeatur, atque omnis haeretica pravitas è cunctorum mentibus depellatur, nostrae sollicitudinis studium diligenter, adhibemus; ut quae à caula Dominici gregis, diabolica fraude, seducuntur, ad eam, adspirante Deo reducantur; vel si in eorum damnato proposito, ac obstinato animo, pertinaciter perseverare contendant; ita debita animadversione puniatur, ut eorum poena, aliis transeat in exemplum: ac sollicite providentes, ne, per huiusmodi Generalis Inquisitoris officii diutinam vacationem, eadem sancta fides, aliquam iacturam, aut gravia exinde damna, sustineat, in perniciem animarum Christi fidelium, et dispendium salutis aeternae, de praeficiendo huic muneri Ecclesiastici Ordinis viro, religione, prudentia, atque experientia praestanti, sollicite cogitantes; ad fraternitatem tuam mentis nostrae aciem convertimus, firma spe freti, te, praecipuum hoc munus, dirigente Domino consilia, et actiones tuas ad ipsius gloriam, atque Catholicae fidei exaltationem, atque ad populorum, eidem Philippo Regi in praefatis regnis, et dominiis, subditorum, salutem, feliciter obiturum. Te igitur, ex certa nostra scientia, et mera deliberatione, Generalem Inquisitorem, adversus omnem haereticam, et apostaticam, à Sancta Fide Christiana, pravitatem, in eisdem regnis, et ab eis dependentibus dominiis, eidem Philippo Regi mediate, vel immediate, subiectis, cum potestate, et authoritate, contra omnes, et quoscunque haereticos, et quibusvis haeresibus, et erroribus infectos, ac eorum,

Digitized by Google

et cuiuscunque damnatae haeresis sectatores, et dogmatistas, ac ab eadem Sancta fide Apostatas, etiam defunctos, et eorum memoriam necnon de haeresi, seu Apostasia à fide suspectos, sortilegia manifestam haeresim sapientia, divinationes, et incantationes, aliaque diabolica maleficia, et praestigia, commitentes, aut Magicas, et Nicromanticas artes exercentes, illorumque credentes, sequaces, defensores, fautores, vel receptatores, vel eis opem, auxilium, consilium, vel favorem, directe, vel indirecte, publicè, vel occultè praestantes, atque eorum libros, et scripta ementes, legentes, et retinentes, cuiuscunque status, gradus, dignitatis, conditionis, et praeeminentiae existant, tam laicos, quam ecclesiasticos, saeculares, et cuiuscunque ordinis regulares, ac in aliis causis, de iure, vel consuetudine, ad officium Inquisitionis, spectantibus, et pertinentibus, per te, vel alium, seu alios, prout iuris fuerit, inquirendi, procedendi, et exequendi, seu inquiri, procedi, et exequi faciendi, contradictores quoslibet, et rebelles, ac tibi in praemissis non parentes, per censuras ecclesiasticas, et alias poenas, etiam pecuniarias, ac aliis iuris, et facti remediis opportunis, compescendi, coercendi, multandi, et puniendi, atque in his, et praedictis omnibus, et singulis, si et quoties opus fuerit, auxilium brachii saecularis implorandi, et invocandi. Praeterea, in quibusvis civitatibus, et dioecesibus Regnorum, et Dominiorum praedictorum, unum, vel plures, dictae haereticae, et apostaticae pravitatis, Inquisitores, providos, et idoneos, ac bonae famae, et sanae conscientiae viros, Catholicae fidei zelo, doctrina, et experientia pollentes, cum simili, vel limitata potestate, necnon dicti officii consiliarios, procuratores, tabeliones et alios ministros, et officiales opportunos, quoties tibi placuerit, per te, vel alium, seu alios instituendi, et deputandi, ac tam hactenus institutos, et deputatos per praedictum Albertum Cardinalem Archiducem, et alios quoscunque, quam etiam per te instituendos, et deputandos, quandocunque tibi videbitur revocandi, et amovendi, aliosque in eorum locum subrogandi, et substituendi, illos visitandi, ac de gestis, et administratis ab eis, rationem petendi, et exigendi; et quos culpabiles, in officiis eis commissis repereris, iuxta excessuum, et delictorum quantitatem, tuo arbitrio corrigendi, et puniendi, ipsasque perpetuo, vel ad tempus, impositas poenas, in toto vel in parte moderandi, et remittendi, ac quibuscunque iudicibus, et personis, quavis, etiam Episcopali, et Archiepiscopali dignitate, fulgentibus, quibus tibi inhibendum videbitur, etiam sub censuris ecclesiasticis, et poenis etiam pecuniariis inhibendi, atque ipsos non obedientes, in eas incidisse declarandi, aggra-

Digitized by Google

vandi, et reaggravandi, usque ad invocationem auxilii brachii saecularis inclusivè, et ab eis, postquam mandatis tuis paruerint, et obediverint, vel parere, et obedire promiserint, absolvendi, in forma ecclesiae consueta, ac omnia alia, et singula in praemissis, et circa ea necessaria, et quomodolibet opportuna, necnon quae ad officium Generalis Inquisitoris huiusmodi de iure, vel consuetudine, pertinent, aut pertinere noscuntur, faciendi, gerendi, exercendi, et exequendi, authoritate Apostolica, tenore praesentium, ad nostrum, et sedis Apostolicae beneplacitum creamus, facimus, constituimus et deputamus; ita ut fraternitas tua, omnibus, et singulis honoribus, et oneribus, emolumentis, gratiis, facultatibus, privilegiis, indultis, praerogativis, superioritate, et praeeminentia, quibus alii Generales Inquisitores, qui pro tempore fuerunt, uti, et gavisi sunt, ac uti, frui, et gaudere potuerunt, et consueverunt, quorum omnium, et singulorum tenores, praesentibus pro expressis haberi volumus, uti, frui, et gaudere possis, et valeas: statuentes insuper, appellationes, seu provocationes, et recursus à quibuscunque sententiis et decretis, per quoscunque Inquisitores dictorum regnorum, et dominiorum, tam à praedicto Alberto Cardinali, seu ab aliis Inquisitoribus Generalibus praedecessoribus tuis, hactenus deputatos, quam à te in posterum deputandos, occasione praemissorum promulgatis, et promulgandis, et gravaminibus illatis, et inferendis, ad te interponi, teque causas appellationum, seu provocationum, et recursuum huiusmodi, una cum omnibus, et singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, et connexis, per te, vel alios audire, cognoscere, et fine debito terminare posse, et debere: ac decernentes irritum, et innane quidquid secus super his, à quoquam, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac foelicis recordationis Bonifacii Papae Octavi, de una, et in Concilio Generali, edita, de duabus dietis, et aliis Apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, atque etiam in Provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus ac statutis, et consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, per praedecessores nostros quibusvis personis, cuiuscunque qualitatis, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, ac capitulis, collegiis, congregationibus, universitatibus, et confraternitatibus, sub quibuscunque tenoribus, et formis, concessis: quibus omnibus, illorum tenores praesentibus, ac si ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis, et insertis, habentes, hac vice dun-

Digitized by Google

taxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, manu Notarii publici subscriptis, et tuo, vel alicuius alterius personae, in dignitate Ecclesiastica constitutae sigillo munitis, plena fides, ubique gentium, et locorum, in iudicio, et extra, aeque ac ipsismet praesentibus, adhibeatur. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die xij Julii MDLXXXXVI. Pontificatus nostri anno quinto [1].

Breve do papa Clemente VIII ao bispo de Silves

1596 — Outubro 16

Venerabilis frater, Salutem et Apostolicam benedictionem *(sic)*. Accepimus tum aliundè, tum à venerabili fratre Archiepiscopo Elborensi, et à Patriarcha nostro Hierosolymitano quantam calamitatem, et vastitatem intulerint Ecclesiae tuae filii perditionis haeretici ex Austria, et ex intimis charitatis visceribus doluimus dolorem tuum, qui ea praesens oculis habuisti quae nos etiam tanto locorum intervallo disiunctos solo auditu vehementer commoverunt, sed charitati nihil longinquum, et quia fraternitatem tuam paternè diligimus, et quia in Christo unum sumus, et oves illae nostrae sunt, quae tibi acerba, et tuis acciderunt nostra ducimus. Iti *(sic)* nimirum sunt fructus calamitosi hujus saeculi. Sed quis occulta Dei judicia scrutetur, humiliemur frater sub potenti manu ejus, et in corde contrito dicamus omnia, quae fecisti nobis Domine in vero judicio fecisti, quia peccavimus tibi excipiamus plagas ab amantissimo Patre immissas omni cum obedientia, et tanto magis ad eum confugiemus, et illi arctissimè adstringamur, qui est salus, et consolatio nostra. Tu verò serve Dei noli animo pusillo esse, sed confortare, et esto robustus in Domino, qui tuam, et populi tui fidelis patientiam ad aeternitatis coronam exercet non enim coronabitur, nisi qui legitimè certaverit. Nunc ergò tantò diligentius congrega oves tuas dissipatas, et consolare afflictas, et pasce eas

[1] Collectorio das Bullas *etc.* do Santo Officio, fol. 21 v. — *Sobrescrito:* Venerabili Fratri Antonio Episcopo Elvensi.

Digitized by Google

salutaribus sacramentis et doctrina, ut poenitentiam agentes convertantur in corde perfecto ad patrem misericordiarum, qui finis est optimus tribulationum, non ut contristemur solum, sed ut contristemur ad poenitentiam, ut in novitate vitae ambulemus. Nos verò Deum totius consolationis oramus, ut vos consoletur, cujus vices licet immeriti in terris gerentes tibi, et populo tuo fideli nostram paternam, et Apostolicam benedictionem impartimur. Datum Tusculi 16 Octobris 1596: anno v [1].

Bulla do papa Clemente VIII a Jeronymo, bispo eleito Calamense

1598 — Março 11

Clemens episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Hieronymo electo Calamensi salutem et apostolicam benedictionem Personam tuam Nobis et Apostolice Sedi devotam tuis exigentibus meritis paterna benevolentia prosequentes illa tibi libenter concedimus quae tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna Cum itaque Nos hodie ecclesiae Calamensis certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutae de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorumdem consilio apostolica auctoritate providerimus teque illi in episcopum praefecerimus et pastorem ac tibi quod postquam munus consecrationis suscepisses in civitate et diocesi Goanensi de venerabilis fratris nostri moderni et pro tempore existentis archiepiscopi Goanensis consensu et licentia speciali pontificalia officia exercere valeres indulserimus prout in diversis nostris inde confectis literis plenius continetur Nos tibi ut statum tuum iuxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas de alicuius subventionis auxilio providere ac premissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 153 v.— *Sobrescrito*: Venerabili fratri Episcopo Silvensi.

Digitized by Google

latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatae petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate tibi annuum redditum quingentorum cruciatorum monetae illarum partium summam quadringentorum ducatorum auri de camera vel circa ut accepimus constituentium ex redditibus ad charissimum in Christo filium nostrum Philippum Hispaniarum ac modernum et pro tempore existentem Portugalliae et Algarbiorum Regem Catholicum in dictis partibus spectantibus et super quibus assignata existit dos ecclesiae Goanensis que de jure patronatus dicti Philippi Regis ex fundatione vel dotatione existit donec eidem ecclesiae Goanensi in supradictis inservieris per te steterit quominus illi inservias aut aliunde tibi de congrua sustentatione provisum extiterit annis singulis integre persolvendum apostolica auctoritate vigore presentium reservamus et assignamus Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis posterioris reservationis et assignationis infringere vel ei ausu temerario contraire si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo nonagesimo septimo Quinto idus martii Pontificatus nostri anno septimo [1].

Bulla do papa Clemente VIII

1598—Março 11

Clemens episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Hieronymo Carrerio electo Calamensi salutem, et apostolicam benedictionem Apostolatus officium meritis licet imparibus nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimen divina dispositione presidemus utiliter exequi coadiu-

[1] Arch. Nac., Maç. 34 de Bullas, num. 5.—*Inserta n'um instrumento publico passado em nome de Marcello Lantes, protonotario apostolico.*

Digitized by Google

vante Domino cupientes solliciti corde reddimus, et solertes, utrum de ecclesiarum ipsarum regiminibus agitur committendis tales eis in pastores praeficere studeamus qui populum, sive curae creditum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico, et tranquillo velint, et valeant duce Domino salubriter regere, et feliciter gubernare Dudum siquidem provisiones ecclesiarum omnium tunc vacantium, et in antea vacaturarum ordinationi et dispositioni nostrae reservavimus, decernentes ex tunc irritum, et inane se secus super his per quoscunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari, postmodum vero ecclesia Calamensis in partibus infidelium, cui bonae memoriae Didacus Episcopus Calamensis dum viveret presidebat per obitum dicti Didaci Episcopi qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit Pastoris solatio destituta Nos vacatione huiusmodi fidedignis relationibus intellecta ad provisionem eiusdem ecclesiae celerem, et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest reservatione et decreto obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponatur incommodis paternis, et sollicitis studiis intendentes post deliberationem quam de praeficiendo eidem ecclesiae personam utilem, et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem demum ad te ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini ordinem ipsum expresse professum ex legitimo matrimonio, ac honestis, et catholicis parentibus procreatum in etate legitima, et à duodecim annis, et ultra in presbiteratus ordine constitutum, ac in sacra theologia peritissimum insignem verbi Dei concionatorem, de cuius religionis zelo vite munditia honestate morum spiritualium providentia, et temporalium circumspectione, aliisque multiplicum virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur direximus oculos nostrae mentis Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta praefatae ecclesiae de simili consilio apostolica auctoritate providemus, teque illi in episcopum praefecimus, et pastorem curam, et administrationem ipsius ecclesiae tibi in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo in illo qui dat gratias, et largitur praemia, confidentes quod dirigente Domino actus tuos praefata ecclesia regetur utiliter, et prospere dirigetur ex gratia in eisdem spiritualibus, et temporalibus suscipiet incrementa Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam, et administrationem praefatas sic exercere studeas, sollicite, fideliter, et pru-

Digitized by Google

denter quod ecclesia ipsa gubernatori provido et fructuoso administratore gaudeat se commissam, tuque praeter aeternae retributionis premium nostram, et apostolicae sedis benedictionem et gratiam exinde plenius exequi merearis Volumus autem quod postquam presentes literas habueris expeditas ad dictam ecclesiam te conferas, et resideas presencialiter in eadem, quodque extra tuas civitatem et diocesim Calamensem pontificalia officia nequeas exercere Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo nonagesimo septimo Quinto idus martii Pontificatus nostri anno septimo [1].

Breve do papa Clemente VIII ao bispo de Elvas

1599—Janeiro 22

Clemens Papa VIII—Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Sedes Apostolica pia Mater Sanctorum Apostolorum qui pastoralis officii formam tradentes nascentis Ecclesiae infantiam lactè, provectam vero eius aetatem solido cibo nutriverunt verbo, et exemplo edocta neophitorum omnium à suscepta Christi fide deviantium statui, et imbecilitati libenter compatitur, ac illos tanquam *(?)* parvulos, et teneras dictae Ecclesiae plantas pietatis, et benignitatis suae uberibus confovendo nonnulla eis etiam post relapsum condonat, et remittit, quae in provectioribus merito essent acerbius corrigenda, et punienda. Cum itaque sicut charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae, et Algarbiorum Rex nobis nuper exponi fecit, quamplures provinciarum, et insularum transmarinarum pro tempore existentis Portugalliae, et Algarbiorum Regis temporali ditioni subiectarum incolae, et habitatores de gentilitatis, et infidelitatis errorum tenebris ad veri luminis, qui est Christus, cognitionem noviter conversi, ac sacri baptismatis lavacro abluti, ex mutua inter se, ac etiam indiscreta eorum cum aliis gentilibus, et infidelibus conversatione vel aliàs humani generis antiqui hostis fraude à fide catholica in suis cor-

[1] Arch. Nac., Maç. 13 de Bullas, num. 28.—*Copia incorrecta inserta n'um instrumento publico passado em nome de Marcello Lantes, protonotario apostolico.*

Digitized by Google

dibus nondùm firmiter radicata deficiant, et quandoque ad eam reducti tamquam simplices, et rudes in pristinos gentilitatis, seu infidelitatis errores, ac etiam in alias à Sancta Ecclesia damnatas, et reprobatas haereses, atque superstitiones relabantur, Sed postmodum cognitis suis erroribus maximae contritionis signa, ac firmam nunquam amplius ab eiusdem fidei sinceritate discedendi propositum prae se ferentes eidem Sanctae Matri Ecclesiae reconciliari summoperè desiderent, et pro eorum salute plurimùm expediat, ut sic poenitentes benignè recipiantur, nec curiae seculari propter eorum relapsum iuxtà juris vigorem debita animadversione puniendi relinquantur *(?)*, ne desperatio veniae eos ad pristinam perditionem faciat recidivos, ipsique ac alii gentiles, et infideles metu corporalis supplicii ab eorum futura ad Christi fidem conversione retrahantur, Nos illius qui misericors et miserator existens *(?)* non vult mortem peccatoris, sed magis ut convertatur, et vivat vices gerentes in terris pro ea potestate quam ab eo per sanguinem filii sui partam habemus juris rigorem mansuetudine temperando noviter conversos praedictos ne *(?)* iacta in eis fidei praedictae semina arescant, aut diaboli malitia eradicentur, sed benignitatis dictae Sedis rore aspersa coalescant, ac firmis radicibus stabilita incrementum suscipiant, et usque ad perfectionem perdurent, omni qua possumus misericordia, et clementia prosequi, et confovere volentes piis ipsius Philippi Regis in hac parte supplicationibus inclinati fraternitati tuae cum tu haereticae pravitatis in regnis praedictis generalis Inquisitor existas, ac pro tempore existenti in regnis huiusmodi generali Inquisitori ut durante quinquennio à die quo presentes literae tibi fuerint praesentatae computando per se vel alium seu alios haereticae pravitatis in eisdem regnis, provinciis, et insulis pro tempore deputatos Inquisitores, adiunctis etiam locorum ordinariis, vel illorum officialibus seu vicariis in spiritualibus generalibus, aut illis recusantibus seu negligentibus et absque illis omnes, et quoscunque utriusque sexus regnorum, provinciarum, et insularum huiusmodi neophitos ex gentilibus, et infidelibus originem ducentes, qui post Christi fidem per eos susceptam in crimen apostasiae ab ipsa fide, vel in damnatas, et reprobatas haereses, et errores semel, et iterum, vel etiam tertio, non tamen ulterius relapsi fuerint, cognita in eis vera, et non ficta, aut simulata poenitentia, necnon apostasia à fide, ac haeresibus, et erroribus huiusmodi prius per eos publicè, vel privatim prout tibi, et pro tempore existentibus generali seu aliis Inquisitoribus praedictis videbitur detestatis *(?)*, abiuratis, et anathematizatis à sententia excommu-

Digitized by Google

nicationis aliisque ecclesiasticis censuris, et poenis quas propterea quomodolibet incurrerint, vel quae contra ipsos per sacras constitutiones tàm generales, quàm particolares quomodocunque statutae *(?)*, ac aliàs promulgatae fuerint iniuncta eisdem pro modo culpae aliqua poena arbitraria, vel alia poenitentia salutari auctoritate nostra in utroque foro in forma Ecclesiae consueta absolvere, et liberare, atque ad eiusdem Ecclesiae gremium recipere, et admittere, ac tam eos tradendi curiae saeculari propter primum, secundum, et tertium relapsum huiusmodi à jure statutam, quàm etiam alias, etiam corporales, et capitales, ac confiscationis omnium bonorum *(?)*, et caeteras quascunque talibus delinquentibus inflictas, et irrogatas poenas ipsis misericorditer remittere, et condonare liberè, et licitè possitis, et valeatis apostolica auctoritate tenore presentium de speciali gratia indulgemus tibique ac generali, et aliis Inquisitoribus praedictis plenam, et liberam desuper facultatem auctoritatem, et potestatem ad dictum quinquennium duntaxat duraturam tribuimus, et impartimur. Non obstantibus praemissis, et apostolicis ac in synodalibus, provincialibus, et generalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, necnon legibus etiam municipalibus et imperialibus, ac officii Inquisitionis regnorum, provinciarum, et insularum praedictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus et formis, necnon cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis ac. . .tis, et irritantibus in genere, vel in specie etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, etiam consistorialiter, et aliàs quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent presentibus pro expressis, et insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter, et expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque presentibus post dictum quinquennium minimè valituris. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxij Januarii M. D. xcviiij Pontificatus nostri anno septimo [1].

[1] *Documento lacerado, no* Arch. Nac., Papeis varios do Santo Officio (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 267.— *Sobrescrito:* Venerabili fratri Antonio Episcopo Elvensi.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VIII ao arcebispo de Goa

1599—Abril 1

Venerabilis frater, salutem, et Apostolicam benedictionem *(sic)*. Multam in Domino voluptatem cepimus ex iis quae de tuae fraternitatis pietate, et pastorali vigilantia gravi nobis testimonio relata sunt nominatim, quod zelo honoris Dei, et salutis animarum accensus in convertendis gentilibus istis ad lucem evangelicam, et evangelicae veritatis strenuè laboras gratulamur tibi frater piam hanc sedulitatem, qua animas immaculati agni sanguine redemptas Deo lucrari studeas id nobis pergratum est, idque, ut ex nostris literis cognosceres, voluimus ut tanto ardentius opus Dei ipsius divina adjutrice gratia, urgeas, et persequaris. Benedicat Deus piis laboribus tuis, tibique tribuat ut ex tam magna messe manipulos multos inferas in horreum coeleste, et nos fraternitati tuae, et clero, ac populo tuo fideli nostram Apostolicam benedictionem benignè impertimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum prima Aprilis 1599: anno 8.° [1].

Breve do papa Clemente VIII

1600—Agosto 4

Clemens Papa VIII—Ad perpetuam rei memoriam. In supremo militantis ecclesiae solio, et apostolicae potestatis plenitudine summa Redemptoris nostri benignitate constituti circa prosperum statum ecclesiarum quarumlibet propensis studiis intendimus, et ne ecclesiae ipsae rerum temporalium defectu in temporalibus detrimenta sustineant, earum-

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 155.— *Sobrescrito*: Venerabili fratri Archiepiscopo Goae in Indiis Orientis.

Digitized by Google

que praesulum auctoritas vilescat, opportuna remedia adhiberi curamus, ac catholicorum Regum in sublevandis ecclesiarum et praesulum huiusmodi necessitatibus opem et operam liberaliter conferentium vota condignis favoribus et gratiis benigne prosequimur prout locorum, rerum, et personarum, qualitatibus debitè pensatis conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque Nos nuper in ecclesia Angamalensi, quae in partibus Indiarum Orientalium sub dominio regis gentilis, videlicèt Cochini, consistit, ac dote caret per obitum bonae memoriae Marabraham olim archiepiscopi Angamalensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destituta, nomen, et titulum archiepiscopi, ac metropolitanae ecclesiae, necnon sedem, dignitatem, superioritatem, et praeeminentiam archiepiscopales, universumque jus metropoliticum de fratrum nostrorum consilio per alias nostras literas perpetùo suppresserimus, et extinxerimus, ipsamque ecclesiam ad statum simplicis cathedralis ecclesiae pro uno episcopo futuro suffraganeo archiepiscopi Goanensi pro tempore existentis reduxerimus, ac ecclesiae Goanensi metropolitico iure subiecerimus prout in dictis literis plenius continetur, et sicut charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae, et Algarbiorum Rex Catholicus nobis nuper significari fecit, ipse exemplo praedecessorum suorum Portugalliae, et Algarbiorum Regum qui pro summa eorum pietate in praefatis partibus diversas cathedrales ecclesias ad catholicae religionis propagationem erigi, et institui curarunt, ac de propriis suis facultatibus dotarunt, exemplo adductus mensae episcopali dictae ecclesiae Angamalensis ad hoc ut illius praesul pro tempore existens statum suum iuxta pontificalis dignitatis exigentiam decentiùs tenere, et onera sibi incumbentia commodiùs perferre valeat redditum annuum quingentorum cruciatorum monetae in regno Portugalliae cursum habentis summam trecentorum septuaginta quinque ducatorum auri de camera vel circa constituentium ex Indiarum huiusmodi proventibus ad eundem Philippum, ac pro tempore existentem Portugalliae et Algarbiorum Regem spectantibus, et pertinentibus episcopo Angamalensi pro tempore existenti, vel procuratori suo legitimo per eundem Philippum Regem, ac successores suos Portugalliae, et Algarbiorum Reges pro tempore existentes annis singulis, donec eidem ecclesiae Angamalensi de alia competenti et aequivalenti dote per Philippum Regem, aut aliquem ex successoribus suis huiusmodi realiter, et cum effectu provisum fuerit integrè persolvendum assignare intendat, et iam forsan assignaverit. Nos aequum, et conveniens esse censentes, ut tam

Digitized by Google

pium, ac propensum ipsius Philippi Regis erga episcopum, et ecclesiam Angamalensem huiusmodi affectum specialis gratiae favore confoveamus, et prosequamur eiusdem Philippi Regis supplicationibus in hac parte inclinati, eidem mensae redditum annuum praefatum ex nunc si sit, alioquin ex nunc prout ex tunc, et è contra postquam assignatus fuerit, ut praefertur, apostolica auctoritate tenore presentium applicamus, et appropriamus, ac Philippo Regi, eiusque successoribus praefatis ratione, et intuitu assignationis huiusmodi juspatronatus, et praesentandi nobis, et Romano Pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad dictam ecclesiam Angamalensem quavis illius deinceps quandocunque, quomodocunque et ubicunque etiam apud Sedem Apostolicam occurrente vacatione per Nos, et pro tempore existentem Romanum Pontificem in eiusdem ecclesiae Angamalensis episcopum, et pastorem ad praesentationem huiusmodi, et non aliàs praeficiendam auctoritate, et tenore praefatis perpetuò reservamus, concedimus, et assignamus, decernentes juspatronatus, et praesentandi huiusmodi Philippo Regi, eiusque successoribus praefatis ex vera, mera, et reali ipsius ecclesiae Angamalensis dotatione competere, illique per Sedem praefatam quacunque ratione, nisi de ipsius Philippi, et pro tempore existentis Regis huiusmodi expresso consensu derogari non posse, nec derogatum censeri, et si aliter quovis modo derogari contingat, derogationem huiusmodi cum inde secutis nullius roboris, et momenti fore. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae ecclesiae Angamalensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ac eisdem auctoritate, et tenore declaramus quod in defectum assignationis, vel solutionis dicti redditus annui, ut praefertur faciendae reservatio, et concessio jurispatronatus huiusmodi nullius roboris, vel momenti sint, ac esse censeantur, nec Philippo, et pro tempore existenti Regi praefato amplius suffragentur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die quarta Augusti M.DC. Pontificatus nostri anno nono [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, num. 12.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VIII a el-Rei

1600—Setembro 4

Regum Catholicorum ea in primis insignis est laus, *(sic)* Pontificum studia, labores, sollicitudines ad fidei propagationem omni ope, et opera adjuvare, et propterea Majestatem tuam potissimùm tanta potentia, tantis viribus, tanta regnorum, et ditionis amplitudine extulet Deus, ut lex Evangelii ab hac Sancta Romana Ecclesia, ecclesiarum omnium matre et Magistra te strenuè adjuvante in nationes etiam à nobis remotissimas, quàm latissimè diffundatur, neque etiam dubitamus Majestatem tuam pro sua prudentia intelligere, et pro sua praestanti pietate velle jure, ac merito, à te Deum postulare, ut quae tibi ipsi tribuit, tu ad ejus gloriam et honorem praecipuè conferas, et convertas, sed quae nunc à te petimus nec magna, nec difficilia sunt, sed quae tamen, benedicente Domino, ad res planè maximas aditum aperire, et viam munire facilè poterunt. Audivimus saepe quod et Majestatem tuam audisse arbitramur, Regem Persarum multis, ac non obscuris indiciis prae se ferre se animo propenso esse erga christianam religionem; sed nuper id multò certius cognovimus ex lusitano sacerdote Francisco Costa, qui ex India per Persidem Romam venit, quem vir nobilis Dux Suesa orator tuus ad nos introduxit. Is mira quaedam, et quae vias Domini cogitanti lachrymas prae gaudio elicere possint, de Rege illo narrat habere eum apud se aulicos, ac viros primarios complures christianos, quos ipsemet palàm per occasionem christianos esse cum multa voluptate indicat sacerdotes, et praesbyteros à nobis, et à Romana Ecclesia valde expetere ejus rei causa certam ad nos legationem misisse, seque etiam amoris, et amicitiae nostrae providum ostendere, ecclesiam praetereà edificari jussisse, ut ibi christiano ritu Deo serviatur, quae et alia quamplura cum attentius consideraremus, adhibitis etiam in consilium dilectis filiis Cardinalibus Congregationis Fidei Propagandae à nobis praefectis non minus piis, quàm prudentibus memores in Christo Domino dictum esse B. Petro, et nobis in eo Duc in altum, et laxate retiam vestram

Digitized by Google

in capturam, et denique scientes nullum verbum esse impossibile apud Deum statuimus tantam occasionem divinitus oblatam nullatenùs praetermittendam, sed litteras ad Regem Persarum dare, ita accuratè scriptas quemadmodum tanti negotii gravitas requirit. Ac licet ejusdem Regis legati nondum ad nos pervenerint, ac propter viae longinquitatem, et varia pericula valdè incertum sit an et quando sint venturi placet ad eum nihilominus celeriter praesbyteros mittere ne qua in nobis mora sit, quominus semen Divinae gratiae in magni illius Regis corde per evangelii praedicationem, ipso Deo dante, incrementum coalescat, et populis illis, qui in tenebris, et in umbra mortis sunt vita, et veritas, si Deo omnipotenti placuerit illucescat et denique cum tàm potenti, et Turcarum tyranno tàm infenso principe ea amicitia, et benevolentia concilietur, quae Christianae Reipublicae universae, et tuae Majestati, atque inclitae Domui vestrae Austriacae, ut tu optime intelligis, multiplices utilitates est allatura. Cum igitur de praesbyteris idoneis mittendis cogitaremus, statim oculos conjecimus in Societatem Jesu, quae veluti perpetuum seminarium est fortium fidelium operariorum vineae Domini, quique huic muneri ex nostra, et Apostolicae Sedis obedientia praecipuè addicti, ex ipso potissimum Oriente, atque India magnam Evangelii praedicationis laudem sunt consequuti. Itaque mandavimus dilecto filio Claudio ejusdem Societatis Jesu Praeposito Generali ut ex ipsa India Orientali, atque ex ea Provincia, quae Persarum regno propinquior est aliquot praesbyteros et operarios mittat ad Regem, qui Spiritu Sancto auctore Regis ipsius, et populorum illorum corda veluti agros, ratione praeditos, evangelico aratro proscindant, et sementem verbi Dei faciant. Potens est autem Dominus, eorum animos sic praeparare, et mollire, ut non solum semen accipiant, sed fructum multum etiam ferant, quod Divinae bonitatis, et potentiae proprium est, et nos certè laboris, et diligentiae nostrae nunquam poenitebit. Optimum autem visum est ex finitimis provinciis operarios accipere, qui praeter doctrinam, et zelum salutis animarum multis aliis ad hanc missionem necessariis adjumentis sunt instructi, nam et regionis, et notitiam habent nationum, et linguarum usum, et diuturnam etiam ad ejusmodi functiones obeundas exercitationem cum ex locorum propinquitate brevi quod summoperè optamus in Persidem, et in ipsius Regis conspectum pervenient, summam enim quoad fieri poterit celeritatem adhibere cupimus ne antiqui humani generis hostis Sathanas, cujus astutias non ignoramus difficultates aliquas interponat, et opus Dei impediat. Quo ma-

Digitized by Google

gis Majestatem tuam hortamur, et efficassissimè in Domino requirimus, ut ad Viceregem Indiae, atque ad capitaneum Ormuzii regias suas litteras quamdiligentissimè scribas, eisque serió mandes, ut hujus missionis promovendae omnem curam et cogitationem suscipiant, et quae in navigiis parandis ad iter, et navigationem expediendam opportuna aut necessaria erunt omni alacritate et celeritate curent ut operarii illi quos dilectus filius Provincialis Societatis in India et sui Generalis praescripto delegerit, ut in Persidem proficiscantur, ipsius Viceregis et capitanei consensu Ormuzium petant, et deinde recta in Persidem, atque adeò ad ipsius Regis aulam tutò commodè, et expeditè quantum licuerit, pergant, cum multum omninò in celeritate sit positum. Postremo sic eos accendat Majestas tua, ut in re gravissima, quae ad Dei gloriam tantoperè pertinet, et Catholici Regis catholicos ministros verè se ostendant. Mandavimus autem venerabili fratri Archiepiscopo Sipontino nostro Apostolico Nuntio, ut de pluribus litteris eodem exemplo conscribendis, et ad nos omni cum festinatione transmittendis, et demum de toto hoc negocio cum Majestate tua sic agat, ut de re, quae nobis cordi est, maximè ut sanè esse debet, et tibi quoque fili charissime fore confidimus, nescit enim tarda molimina gratia Spiritus Sancti, quam tibi copiosam à Deo precamur, et Majestati tuae Apostolicam nostram benedictionem amantissimè impartimus. Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 4 Septembris anno Jubilei 1600: Pontificatus nostri anno IX [1].

Breve do papa Clemente VIII

1600—Outubro 14

Clemens Papa VIII—Ad perpetuam rei memoriam. Honestis Catholicorum Regum votis, quantum cum Domino possumus, libenter annuimus, ac eorum intuitu Praedecessorum nostrum constitutiones pro temporum

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Sym. Lus., tomo 39, fol. 156.—*Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

Digitized by Google

locorum et personarum qualitate moderamur, prout in Domino salubriter conspicimus expedire. Sane pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae et Algarbiorum Regis Catholici Militiarum Domini Nostri Jesu Christi Sancti Jacobi de Spata, et Sancti Benedicti de Avis sub regulis Sancti Benedicti, et Sancti Augustini respective Militantium perpetui Administratoris Apostolica auctoritate deputati ac etiam pro parte dilectorum filiorum Magnorum Priorum, Vicariorum, Capellanorum, Rectorum, Portionariorum, Beneficiatorum, caeterorumque Religiosorum, seu Clericorum, in ipsis Militiis Professorum nobis nuper expositum fuit, quod alias cum praefati Magni Priores, aliisque Priores, Vicarii, Rectores, Capellani, Portionarii, Beneficiati, caeterique Clerici, quocumque nomine nuncupati, quicquam proprium habere, nisi de Magnorum Magistrorum licentia, aut de bonis suis testari, aut aliquo modo in morte disponere non possent, sed omnia eorum bona post mortem ad conventum, unde eis prevenerant, pertinerent, cumque ut experientia demonstravit, non solum dicta bona à consanguineis et domesticis morientium Clericorum usurpantur, sed quod magis dolendum erat praefati Clerici cum magno animarum suarum periculo, variisque conscientiarum scrupulose vivis discedebant, proterea a felicis recordationis Julio Papa II Praedecessore nostro Apostolica auctoritate indultum fuit, ut Clerici praefati non solum in vita proprium habere, sed etiam in morte de bonis suis mobilibus et immobilibus, et semoventibus, undecumque, quomodocumque et qualitercumque licite tamen acquisitis libere testari, et ad arbitrium suum in morte disponere possent, ea tamen conditione, ut de redditibus Priorатuum, Beneficiorum, Praeceptoriarum, Portionum seu Praestimoniorum a dictis Militiis emanantium mediam annatam reddituum unius anni in favorem fabricarum conventuum earumdem respective Militiarum persolverent, ita et eodem modo, quo earumdem Militiarum Praeceptoribus, Commendatariis, et Equitibus concessum erat, ac alias prout in ejusdem Julii Praedecessoris literis plenius continetur. Verum cum post ea recolendae memoriae Pius Papa V etiam praedecessor noster quadam ejus perpetuò valitura constitutione inter alia omnes et quascumque licentias et facultates testandi, et alias quomodolibet disponendi quibuscumque Regularibus seu Militaribus personis concessas revocaverit, eorumque testamenta facta, et facienda quae nondum effectum fuisset sortita, seu executioni demandata annullaverit, nulliusque roboris, aut momenti esse declaraverit, prout in praefata constitutione pariter plenius continetur quia tamen ut eadem

Digitized by Google

subjungebat expositio, cum dictarum Militiarum Regni Portugalliae personis specialiter, et in comuni erat dispensatum, atque per tot annorum spatium praefata Julii II dispensatio in usu, et actu practice fuerat, et justa eam, ejusque tenorem praedictarum Militiarum Clerici et personae omnes suam professionem emmitebant immò dictis Clericis quando ad habitum dictarum Militiarum admittebantur per Magnos Priores, seu alios ad quos spectabat, eos habitum induere expresse declarabatur, quod solventes dictis conventibus mediam annatam de redditibus Prioratuum, Beneficiorum, Portionum, seu quorumcumque aliorum reddituum à dictis Militiis emanantium, non solum in vita quaecumque bona possidere, sed etiam in morte libere de eis disponere poterant: proterea praefata Pii V constitutio in praedictis Regnorum Portugalliae Militiis observata non fuit, sed dicti Clerici justa praedictum Julii II indultum, et privilegium, absque alia innovatione seu mutatione per multos annos permanserunt, sed cum annis elapsis occasione testamenti à quodam Clerico Ordinis Sancti Jacobi conditi de praefato Julii II indulto controverti coeperit, et causa coram dilecto filio Bartholomeo de Valle Vieira, tunc dictarum Militiarum Generali Conservatore, et judice Apostolica auctoritate deputato ageretur, ille per suam sententiam pronuntiavit dicti Clerici testamentum esse nullum, et praefatae Militiae, aliarumque dicti Regni Militiarum Clericos, justa praefatam Pii V constitutionem nequaquam testamenta condere posse, neque de bonis suis aliquo modo disponere, à qua sententia statim fuit appellatum, illaque in secunda instantia fuit revocata quoniam tamen interea ex una parte Ministri, seu exactores dictarum Militiarum à praefatis clericis Militaribus de suis Prioratibus, Beneficiis, Portionibus, Praeceptoriis, Praestimoniis, et redditibus medias annatas ut prius in favorem fabricarum conventuum, etiam ipsis invitis, et nolentibus exigebant, ex altera vero alii earumdem Militiarum exactores, seu executores bona praefatorum clericorum morientium sequestrabant unde in dicto Regno, et Militiis, ac personis earum generalis confusio, et varia quotidie oriebantur scandala, et quaestiones; proterea praefatus Philippus Rex earumdem Militiarum perpetuus Administrator re maturiùs considerata, et cum dilectis filiis Presidente, et deputatis Mensae Conscientiae et Ordinum, aliisque doctis viris consultata, videlicet dictas Militias aliter non posse conservari, quia si dicta Pii V constitutio in eisdem Militiis esset observanda, dictumque Julii II privilegium abrogandum, id in maximam dictarum Militiarum jacturam et detrimentum vergeret, quia viri docti, quibus ipsae

Digitized by Google

Militiae indigent, de caetero in eis professionem emittere nollent et praeterea non solum ipsarum Militiarum conventus maiora damna recipient, quia Clericorum ut praefatur, morientium bona facile à consanguineis, et domesticis, ut olim fiebat, usurpantur, sed quod maius est, praedicti Clerici cum maximis scrupulis et salutis suae periculis morerentur, ac praefatis scandalis, et aliis forsan in futurum emanandis obviare cupiens, nobis per dilectum filium Damianum Vas Militaris Ordinis de Avis professum ejusdem Catholicae Majestatis Capellanum, ac pro eisdem Militiis Procuratorem in Romana Curia existentem, tam suo, quam praefatorum Magnorum Priorem *(sic)*, aliorumque Priorum, Vicariorum Rectorum, Portionariorum, Capellanorum Beneficiatorum caeterorumque Clericorum in dictis Militiis Domini Nostri Jesu Christi, Sancti Jacobi de Spata, et Sancti Benedicti de Avis professorum nomine supplicavit, ut dictis quaestionibus, litibus, et scandalis obviantes praedictas personas circa testandi jus et modum, et conditiones ad eum statum in quo erant, quando praedicta Pii v revocatoria constitutio emanavit, reducere, dictumque Julii II indultum, et generalem facultatem testandi sub iisdem conditionibus approbare, et Apostolica auctoritate confirmare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attentis praemissis dictarum Militiarum utilitati, et augmento consulere, et ipsius Catholici Regis votis annuere, quantum cum Domino possumus, cupientes, et exemplo pie memoriae Gregorii XIII Praedecessoris nostri, qui per suas literas in forma Brevis sub datum Romae die sesta Octobris M. D. LXXVI Pontificatus sui anno quarto instante clarae memoriae Philipo Hispaniarum Rege II praefatam Pii v constitutionem moderans personas Militiarum Calatravae, Alcantarae, et Sancti Jacobi de Spata regnorum Castellae circa facultates modos, et conditiones testandi restituit, et reduxit ad statum in quo erant antequam praedicta Pii v constitutio emanasset, adducti, cum praesertim, ut pariter accepimus praedictae Militiae Portugalliae justa diversas Romanorum Pontificum concessiones omnibus privilegiis Militiis Castellae concessis, et concedendis perfruantur praefatas Militias regnorum Portugalliae videlicet Domini Nostri Jesu Christi, Sancti Jacobi de Spata, et Sancti Benedicti de Avis, earumque Magnos et alios Priores, Vicarios, Capellanos, Rectores, Portionarios, Beneficiatos, et alios quoscumque Clericos in dictis Militiis professos, similibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et quemlibet eorum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et poenis a jure vel ab homine quavis occa-

Digitized by Google

sione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatis existunt ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, nec non dictarum Julii et Pii Praedecessorum literarum tenores praesentibus pro expressis habentes ejusdem Philippi supplicationibus inclinati, ex voto etiam venerabilium fratrum nostrorum Camilli Sanctorum Joannis et Pauli Burghesii, Laurentii Sancti Laurentii in Pane et Perna, Blanchetti, et Pompei Sanctae Balbinae titulorum Presbyterorum Arrigonii *(sic)* nuncupatorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium quibus hoc negotium examinandum, et nobis referendum commisimus, indultum Julii II praefatis Prioribus, Vicariis, Capellanis, Rectoribus, Portionariis, et Beneficiatis ac Clericis dictarum Militiarum concessum, ut proprium habere, et de bonis suis mobilibus, et immobilibus ac semoventibus, licite tamen acquisitis libere testari, et disponere valerent, cum eadem tamen conditione, quod de redditibus Prioratuum, Beneficiorum, Praeceptoriarum, Portionum seu Praestimoniorum a dictis Militiis emanantium mediam annatam reddituum unius anni in favorem fabricarum conventuum unde provenerunt persolvant, adversus praedictam Pii V constitutionem, similium facultatum revocatoriam auctoritate Apostolica tenore praesentium in pristinum et eum in quo ante ipsam constitutionem erat statum, restituimus, reponimus, et plenariae rei integramus, ac confirmamus, approbamus, et innovamus. Decernentes praefatos Priores, Vicarios, Rectores, Capellanos, Portionarios, Beneficiatos, caeterosque Clericos dictarum Militiarum, et quemlibet eorum indulto praefato Julii Praedecessoris, uti et gaudere, ac justa illius seriem et tenorem proprium habere, ac de bonis suis mobilibus, et immobilibus, ac semoventibus, licite tamen acquisitis salva conditione praedicta solutionis mediae annatae fabrica conventus faciendae ut praefatur, libere testari, ac disponere posse, perinde ac si praedicta Pii V constitutio similium facultatum revocatoria, minime emanasset, aut saltem eos non comprehenderet, presentes que literas nullo unquam tempore de subreptionis obreptionis seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui aut alias rescindi, infringi vel annulari ullatenus posse, sed semper validas, firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ipsis Prioribus, Vicariis, Rectoribus, Capellanis Portionariis Beneficiatis, caeterisque Clericis dictarum Militiarum plenissime suffragari, sicque et non aliter quoscumque judices ordinarios et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores sublata

Digitized by Google

eis et eorum quilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabili fratri Episcopo Colimbriensi, et dilectis filiis Decano et Thesaurario Ulixbonensis per presentes committimus et mandamus quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium seu alios presentes literas, et in eis contenta quaecumque ubi et quando opus fuerit, ut quoties pro parte dictorum Priorum, Vicariorum Rectorum, Capellanorum, Portionariorum, Beneficiatorum, caeterorumque Clericorum praedictarum Militiarum fuerint requisiti, presentes literas, et in eis contenta quaecumque solemniter publicantes, eisque in praemissis eficacis defensionis presidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos praemissorum quoscumque omnium et singulorum effectu pacifice frui, et gaudere non permittentes dictos Priores, Vicarios, Rectores, Capellanos, Portionarios, Beneficiatos, caeterosque Clericos praedictarum Militiarum, et quemlibet eorum a quocumque desuper quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari contradictores quoscumque, eisque auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, seu indirecte quomodolibet praestantes per censuras, et poenas ecclesiasticas aliasque opportuna juris et facti remedia appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis. Non obstantibus praedicta Pii v ac recolendae memoriae Bonifacii Papae viii etiam Praedecessoris de una, et in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad indicium *(sic)* non trahatur aliisque constitutionibus, et ordinibus *(sic)* Apostolicis, ac dictarum Militiarum etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis eisdem Militiis, aut quibusvis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis et decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, et aprobatis. Quibus omnibus et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica et ad verbum inserta mentio habenda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, praesentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et ex-

Digitized by Google

presse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die XIIII Octobris M.D.C. Pontificatus nostri anno nono [1].

Breve do papa Clemente VIII

1600 — Outubro 18

Clemens Papa VIII — Ad futuram rei memoriam. Decet Romanum Pontificem aequi bonique supremum assertorem dubia super praedecessorum suorum statutis emergentia declarationis suae ministerio quantocius removere piisque catholicorum Regum votis ex quibus regnorum suorum tranquillitati nec non ecclesiarum in eis consistentium praesertim cathedralium honori et decori consulitur ac scandalorum animarumque periculis occurritur favorabiliter annuere et ut illa optatum sortiantur effectum ex potestate sibi divinitus tradita opportune providerè. Dudum siquidem felicis recordationis Sixtus Papa V praedecessor noster clarae memoriae Philippi Portugalliae et Algarbiorum Regis supplicationibus tunc sibi instanter porrectis adductus statuit et ordinavit ne aliqua collatio seu provisio de beneficiis ecclesiasticis dispositioni Apostolicae reservatis vel affectis in regnis Portugalliae et Algarbiorum pro tempore vacantibus praesertim in cathedralibus ecclesiis consistentibus personis ex Haebreorum genere seu stirpe descendentibus fieret cumque difficile admodum esset hic in urbe eas personas ab aliis discerni et distingui ne contigeret ipsarum personarum arte vel industria aut petentium importunitate mentem et voluntatem ipsius praedecessoris defraudari idem praedecessor dilecto filio nobili viro Alberto Archiduci Austriae tunc tituli Sanctae Crucis in Hierusalem presbitero cardinali et Apostolicae Sedis in regnis predictis de latere legato per suas in forma Brevis literas iniunxit quatenus singulos ordinarios eorundem regnorum admonere curaret ut si quae literae Apostolicae super provisionibus beneficiorum praedictorum in favo-

[1] ARCH. NAC., Collecção Especial, Caixa 13. — *Certidão tirada do* Cartorio do Convento da Ordem de Sant'Iago.

Digitized by Google

rem personarum earundem ab ipso praedecessore forsan emanatae adhuc executioni demandatae non essent vel in posterum emanarent in illarum executione supersederent ac ab aliis executoribus opportunis remediis supersederi facerent donec dictus praedecessor ab ipsis ordinariis de qualitatibus impetrantium huiusmodi certior effectus quid super his ab eo vel eis agendum foret rescriberetur prout in literis praedictis sub Datum Romae die XXV Januarii M. D. LXXXVIII. expeditis plenius continetur. Cum autem sicut charissimus in Christo filius noster Philippus modernus dictorum regnorum Portugalliae et et *(sic)* Algarbiorum Rex Catholicus nobis exponi fecit ab aliquibus vertatur in dubium an statutum et decretum ac literae Sixti praedecessoris huiusmodi stante eiusdem Sixti obitu adhuc durent et observari debeant. Nos omnem in praemissis dubitandi materiam praecidere volentes habita desuper matura deliberatione Apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus et declaramus statutum et decretum ac literas Sixti praedecessoris huiusmodi per eius obitum expirasse nulliusque roboris vel momenti à die obitus praefati fuisse et esse ac viribus et effectu carere neque amplius attendi debere et nihilominus supplicationibus eiusdem Philippi Regis ac nonnullorum illius regni prelatorum arbitrantium ad publicam dictorum regnorum quietem et salutem non parum pertinere si personis ex Haebreorum praedictorum genere seu stirpe descendentibus quae sicut in orthodoxae fidei susceptione recentiores ita ut plurimum in illa retinenda fragiliores existunt ad dignitates et certa alia praesertim animarum curam habentia beneficia ecclesiastica aditus precludatur donec in christiana pietate fortius roborentur et auctorum suorum memoria temporis progressu aboleatur inclinati hac nostra constitutione perpetuo duratura statuimus et ordinamus ut ex nunc canonicatus et prebendae ac dignitates in cathedralibus dignitatesque ipsae principales in collegiatis ecclesiis nec non parrochiales ecclesiae et earum perpetuae vicariae caeteràque curam animarum habentia beneficia ecclesiastica dictorum regnorum quoties illa per cessum etiam ex causa permutationis vel decessum vel privationem aut quamvis aliam dimissionem vel amissionem ea pro tempore obtinentium seu ius in illis vel ad illa habentium aut alias quovis modo etiam apud Sedem praedictam ac etiam in aliquo ex mensibus in quibus vacantium beneficiorum ecclesiasticorum dispositio nobis et eidem Sedi etiam per constitutiones Apostolicas seu Cancellariae Apostolicae regulas est vel pro tempore fuerit reservata vel affecta seu etiam ordinariis collatoribus per easdem constitutiones seu regulas vel

Digitized by Google

literas alternativarum aut alia privilegia et indulta concessa hactenus vel in posterum concedenda seu etiam de iure communi vel alias quomodolibet competentia et competitura vacare contigerit etiam si actu nunc ut praefertur vel alias quibusvis modis et ex quorumcunque personis vacent ac ex eo quod canonicatus praebendas dignitates parochiales ecclesias vicarias et alia curata beneficia huiusmodi obtinentes seu in illis vel ad illa ius habentes nostri aut quorumcunque aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum seu successorum nostrorum aut Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium etiam viventium et in dicta Curia presentium familiares continui commensales seu dictae Sedis notarii subdiaconi acolythi capellani iurium Camerae Apostolicae debitorum collectores vel unici subcollectores aut eiusdem sedis vel Romanae Curiae officiales quocunque nomine nuncupati seu ex quavis alia causa dispositioni Apostolicae specialiter vel generaliter reservata aut generali reservatione Apostolica affecta seu ad Sedem eandem devoluta ac etiam in dicta Curia vel extra eam litigiosa et de iure patronatus laicorum etiam Regum Ducum Principum vel aliorum nobilium et illustrium seu laicorum et clericorum mixtim etiam ex fundatione vel dotatione aut indulto Apostolico seu alias quomodolibet qualificata existant vel fuerint alicui seu aliquibus personis de genere seu stirpe Haebreorum descendentibus ex paterna et materna linea vel earum altera usque ad septimum gradum inclusivè à tempore conversionis illorum computandum originem trahentibus conferri talesque personae ad illa eligi praesentari vel alias assumi, aut in eis institui nullatenus nullove modo possint. Decernentes quascunque collationes provisiones praesentationes electiones institutiones commendas et quasvis alias dispositiones de canonicatibus praebendis dignitatibus parochialibus ecclesiis vicariis et aliis curatis beneficiis praedictis in favorem dictarum personarum tam Apostolica quam ordinaria et quavis alia auctoritate etiam per nos et successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes seu dictae Sedis etiam de latere legatos vel nuncios seu locorum ordinarios aut quoscunque alios, ad quos illorum dum pro tempore vacant collatio provisio praesentatio electio institutio seu quaevis alias dispositio de iure vel consuetudine seu ex privilegio aut alias quomodolibet pertinet et in futurum pertinebit etiam cum quibusvis clausulis et decretis faciendas ipso iure nullas et invalidas nulliusque roboris vel momenti fore et esse ac pro nullis et infectis haberi nullumque per eas cuiquam ius acquiri aut etiam coloratum titulum possidendi tribui nullamque aliam gratiam super

Digitized by Google

huiusmodi canonicatibus praebendis dignitatibus parrochialibus ecclesiis vicariis et aliis curatis beneficiis huiusmodi neque etiam constitutiones de annali et triennali possessore nec omnino aliud ius vel beneficium eisdem personis suffragari sed eas ad canonicatus praebendas dignitates parochiales ecclesias vicarias et curata beneficia huiusmodi omnino inhabiles et incapaces fore et esse illaque ut prius vacare et quae ex illis tempore dispositionis Apostolicae personis praedictis factae eidem dispositioni reservata seu affecta fuerint sub eadem reservatione seu affectione remanere ac tam illa quam etiam omnia alia non reservata neque affecta de quibus à Sede praedicta seu illius legatis vel nuntiis aut aliis ius et facultatem conferendi à dicta Sede ut praefertur habentibus in huiusmodi personas quandocunque dispositum fuerit ad novam Romani Pontificis pro tempore existentis dispositionem dumtaxat pertinere ab ordinariis vero et aliis inferioribus collatoribus cessantibus reservationibus seu affectionibus Apostolicis eisdem personis pro tempore collata ac etiam quae de iure patronatus huiusmodi fuerint si contingat ad illa quenquam contra presentis nostrae constitutionis formam presentari vel institui devolutioni ad Sedem Apostolicam immediatè eo ipso subiacere ac ab ipsa Sede dumtaxat impetrari posse nec ullum ius ad resignantes seu cedentes etiamsi in triennali et quantumvis divina possessione remanserint et resignationes seu cessiones huiusmodi seu publicatae sive non publicatae fuerint redire vel penes eos remanere. Impetrationes verò ac etiam motu proprio et ex certa scientia concessiones quae de canonicatibus praebendis dignitatibus parochialibus ecclesiis vicariis et aliis curatis beneficii huiusmodi post hac fient quibuscunque derogationibus fuerint suffultae nunquam sub clausulis generalibus aut vacationum modis conditionalibus vel implicitis comprehendi sed specialiter et expressae ob non servatam presentis nostrae constitutionis formam cum declaratione nominum et cognominum personarum praedictarum dispositivè et non conditionaliter nec per aequipollens omnino fieri debere praesentibus quoque literis per quascunque alias literas Apostolicas etiam quasvis generales vel speciales etiam derogatoriarum derogatorias aliasque efficaciores et insolitas clausulas ac irritantia et alia decreta sub quibuscunque verborum formis concepta in se continentes nullatenus derogari nec derogatum censeri nisi in illis de impuritate generis stirpis et sanguinis personarum huiusmodi specialis mentio fiat ipsaque derogatio in supplicatione sive prima concessione gratiae eis de canonicatibus praebendis dignitatibus parochialibus

Digitized by Google

ecclesiis vicariis et aliis curatis beneficiis huiusmodi faciendae dumtaxat facta fuerit quae in literis quoque provisionis exprimatur nec in literis Apostolicis desuper conficiendis quicquam ultra id quod in supplicationibus concessionibus et gratiis huiusmodi specificè circa premissa fuerit expressum narrari posse quas literas Apostolicas ita ut supra factas plenarium suum sortiri debere effectum et nullatenus huic constitutioni et ordinationi nostrae subiacere aut aliquo modo impediri volumus et decernimus alioqui *(sic)* presentes literae eo ipse *(sic)* revocatae sint et esse censeantur. Sicque in praemissis omnibus et singulis per quoscunque iudices ordinarios et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici auditores et eiusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere legatos sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et deffiniri debere irritum quoque et inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis ac etiam Apostolicis et in provincialibus synodalibus et universalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus necnon ecclesiarum in quibus beneficia ipsa fuerint et regnorum huiusmodi iuramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque gratiis declaratoriis et indultis hactenus eisdem personis sub quibuscunque tenoribus et formis et cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus clausulis ac irritantibus et aliis etiam decretis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis confirmatis et approbatis quae eorum tenores praesentibus pro expressis et insertis habentes in provisionibus de caetero faciendis contra praesentium tenorem nulli volumus suffragari caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem ut praesentium exemplis etiam impressis notarii publici manu subscriptis et sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique in iudicio et extra illud adhibeatur quae eisdem presentibus adhiberetur si forent exhibitae et ostensae. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die XVIII Octobris M.D.C. Pontificatus nostri anno nono [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 9 de Bullas, num. 5.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VIII

1600—Dezembro 20

Clemens papa VIII—Ad perpetuam rei memoriam. Exponi nobis nuper fecit Charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae et Algarbiorum Rex Catholicus quod aliàs foelicis recordationis Pius Papa Quartus praedecessor noster ut restaurationi et ornamentorum renovationi ac aliis necessariis pro visitatione ecclesiarum singularum praeceptoriarum ordinum militiarum Jesu Christi Sancti Jacobi de Spata et Sancti Benecti *(sic)* de Aviis dictorum regnorum Portugalliae et Algarbiorum eisque annexarum consuleret nec non dissensionibus inter perceptores et visitatores obviaret per suas in forma Brevis litteras clarae memoriae Henrico tunc Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali (qui postea eorundem regnorum Rex fuit) commisit ut ex redditibus singularum praeceptoriarum huiusmodi aliquam partem ad praemissa destinaret ut ita ecclesiarum utilitati et necessitati commodius inserviretur et dubia inter perceptores et visitatores praefatos cessarent prout latius in praedictis litteris continetur. Ipse vero Henricus in executionem dictarum litterarum quandam taxam constituit mandando ut ex redditibus singularum praeceptoriarum huiusmodi ubi illarum perceptores ad expensas fabricae corporis ecclesiae non tenerentur sex ubi vero tenerentur octo pro quolibet centenario et insuper pro qualibet annexa si perceptores ad illius fabricam tenerentur ex tota massa praeceptoriae huiusmodi summam trium millium regalium (sex ducatos auri de camara instituentium) ubi vero fructus excederent annuatim quadringentos mille regales summa viginti quinque millium regalium duntaxat (ultra tres mille pro qualibet annexa) ad usum praemissorum converterentur: Ita tamen ut si ecclesiae matrices maiori aliqua summa indigerent posset ex assignatione annexarum suppleri et è contra ubi maior urgeret necessitas annexarum quam aliarum ex qua quidem summa sic assignata deberent in ecclesiis fieri omnes expensae ornamentorum calicum thuribulorum navicularum librorum sacrorum et aliorum similium. Quod vero ad nova aedificia et nova sola ac nova reta-

Digitized by Google

bola quae sunt opera magnae impensae voluit ante omnia consummi quicquid ex tali assignatione reperiretur residuum autem suppleri ex redditibus praeceptoriarum facta repartitione per singulos annos ad beneplacitum visitatoris. Prohibuit autem ex tali assignatione persolvi onera (antiqua nuncupata) olei scilicet pro manutentione lampadis ante Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae vini ad usum missarum et similium quae communiter apponi solent quando praedictae praeceptoriae locantur ad quae perceptores prout iam tenebantur ultra praemissa teneri voluit et hanc taxam per certum tunc expressum tempus observari mandavit sed ob temporum iniuriam talis taxae impositio effectum sortita non fuit. Cum autem (sicut eadem expositio subiungebat) idem Philippus Rex et militiarum praedictarum administrator Apostolica auctoritate deputatus supradictam assignationem ecclesiis dictarum praeceptoriarum non solum utilem sed omnino necessariam esse compererit illamque in usum deduci et deinceps in perpetuum observari cupiat propterea nobis humiliter supplicari fecit ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui honestis catholicorum Regum votis quantum cum Domino possumus libenter annuimus Pii praedecessoris litterarum ac illarum vigore factae (per dictum Henricum tunc Cardinalem) praefatae taxae impositionis et assignationis tenores aliaque necessaria praesentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati taxam supradictam sicut praefertur impositam auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus et approbamus ac illi perpetuae et inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiicimus ac omnes et singulos tam juris quam facti defectus si qui in eadem intervenerint supplemus. Et nihilominus ut ex redditibus singularum huiusmodi praeceptoriarum quarum perceptores ad expensas fabricae corporis ecclesiae non tenentur sex earum vero praeceptoriarum quarum perceptores ad huiusmodi fabricae expensas tenentur octo pro centennario et insuper pro qualibet ecclesia annexa si perceptores ad illius fabricam tenentur ex tota massa reddituum praeceptoriae huiusmodi summa trium millium regalium (sex ducatos auri de Camara) constituentium. Sed ubi fructus annuatim excedant quadringentos mille regales summa viginti quinque millium regalium duntaxat (ultra tres mille pro qualibet annexa) singulis annis deduci et in praemissorum usum converti debeat. Ita tamen ut si ecclesiae matrices maiori aliqua summa indigebunt possit ex assignatione annexarum suppleri et è contra si maior dictarum annexarum necessitas urgeret ex assignatione ecclesia-

Digitized by Google

rum matricum suppleri valeat. Ac ex praedicta summa sic ut praefertur assignata debeant in ecclesiis fieri omnes expensae ornamentorum calicum thuribulorum navicularum librorum sacrorum et similium. Quo vero ad nova aedificia et nova sola ac nova retabula quae sunt opera magnae impensae volumus ut ante omnia consummatur quicquid ex tali assignatione congestum reperiretur residuum vero ex redditibus praeceptoriarum facta repartitione per singulos annos ad beneplacitum visitatoris suppleatur auctoritate et tenore praedictis perpetuo statuimus et ordinamus ac per singulos earumdem militiarum perceptores ita in perpetuum observari debere volumus et mandamus. Ex huiusmodi autem assignatione onera (antiqua nuncupata) olei nimirum pro manutentione lampadis ante Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum vini pro celebratione missarum et aliorum similium (ad quae ipsos perceptores prout antea tenebantur ultra praemissa teneri volumus) fieri prohibemus. Volumus tamen ut omnes pecuniae supradictae in libro annotari et in arca ad hunc effectum in qualibet ecclesia constituenda deponantur et illius claves penes rectorum eiusdem ecclesiae et personas ecclesiasticas serventur arbitrio visitatoris militiarum nec expensae sine licentia et mandato visitatoris fabricae illius ecclesiae fieri possint. Decernentes sic et non aliter per quoscunque dictarum militiarum perceptores ut praefertur omnino fieri et observari perpetuo debere. Praesentes vero litteras etiam ex eo quod ipsi perceptores aut quicunque illorum et alii forsan interesse habentes vel praetendentes ad hoc vocati et auditi non fuerint neque praemissis consenserint aut alio quovis praetextu de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis nostrae vel quopiam alio defectu notari impugnari aut invalidari infringi retractari revocari annullari seu in jus vel controversiam revocari aut ad terminos juris reduci aut contra illas aliquod gratiae vel iustitiae remedium impetrari nullatenus posse sed semper ac perpetuo validas firmas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere. Sicque per quoscunque judices ordinarios et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici auditores iudicari et definiri debere ac irritum et inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabili fratri episcopo Colimbriensi ac dilectis filiis decano Ulixbonensi ac spoliorum ac jurium Camerae nostrae Apostolicae debitorum in Portugalliae et Algarbiorum regnis collectori generali per praesentes committimus et mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum praesentes litteras et

Digitized by Google

in eis contenta quaecunque ubi et quando opus fuerit ac quoties pro parte Philippi Regis et administratoris ac visitatorum praedictorum seu alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes praemissa omnia et singula per eos ad quos spectat et in futurum spectabit inviolatè perpetuò observari auctoritate nostra faciant contradictores quoscunque per censuras et poenas ecclesiasticas aliaque opportuna juris et facti remedia appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii papae octavi praedecessoris nostri de una et in Concilio generali edita de duabus dietis dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad judicium non trahatur aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis nec non militiarum praedictarum etiam iuramento confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus stabellimentis usibus et naturis privilegiis quoque indultis et litteris Apostolicis militiis administratori et perceptoribus praefatis seu quibusvis aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis et approbatis. Quibus omnibus et singulis eorum tenores praesentibus pro expressis et ad verbum insertis habentes hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscunque. Datae Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die vigesima decembris Millesimo sexcentesimo. Pontificatus nostri anno nono [1].

Breve do papa Clemente VIII ao bispo de Angamale, etc.

1601 — Maio 19

Venerabilis frater, et dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. *(sic)* Divinam Dei omnipotentis providentiam, cui omnia serviunt, et cujus ordinatione dies praeservat, in ecclesiae suae Sanctae, totoque terrarum orbe diffusae gubernatione contemplantes ab ipsis ejus videntur devenisse primordiis ad nostra usque tempora, et dies novissi-

[1] *Impresso, no* ARCH. NAC., *Liv. mss.*, n.° 1122, fol. 422.

Digitized by Google

mos, in quos fines saeculorum eandem summi Dei providentiam et bonitatem in vobis potissimum filii dilecti, et magnopere agnoscimus, et non mediocriter admiramur. Etenim non solum vos, hoc est majores vestros in ipso nascentis Ecclesiae initio, et salutaris Evangelii recenti promulgatione vocavit Deus ex tenebris infidelitatis in admirabile lumen suum, et in adoptionem filiorum, in Jesu Christo filio suo per doctrinam, et praedicationem S. Thomae gloriosi Apostoli Christi, et martyris fortissimi, sed etiam idem Deus pater misericordiarum eosdem avos, et majores vestros, eorumque filios, et nepotes, et denique vos ipsos ita sua coelesti gratia communivit, et protexit, ut per tot saeculorum succedentium aetates, quamvis essetis in medio nationum, et gentium, quae Deum ignorant, et gravi earum jugo subiecti, atque oppressi fidem suam, et professionem christianam retineretis. Magnum certè hoc Dei donum, sed ipse, qui dives est in misericordiam novam illud et majori cumulavit. Neque enim satis erat ad aeternam salutem christiano vos nomine censeri, nisi etiam catholici essetis Christo capiti invisibili, et immortali conjuncti, et copulati sub visibili capite Romano Pontifice, ejus in terris vicario, et Beatissimi Apostolorum Principis Petri successore, cujus nos sedem, ac locum nunc tenemus, quamvis immeriti, et indigni, ejus tamen benignitate roborati, qui portat omnia verbo virtutis suae, et qui infirma eligit ut fortia confundant. Itaque, cum olim fuissetis veluti oves absque pastore aberrantes, ac vestrum, et totius universalis Ecclesiae Patrem et Pastorem non agnosceretis, multisque aerumnis, et calamitatibus essetis afflicti facile doctrinis variis abducti estis Sathanae astutia, et dolis hominum perversorum, qui pietatis specie animas deceperunt, et errores multiplices, et perniciosos inter vos disseminarunt, et fidei Catholicae puritatem, quam à B. Thoma Apostolo majores illi vestri acceperant suis mendaciis violarunt, et corruperunt. Sed in hoc Dei providentia, et in vos clementia singularis mirificè eluxit, qui vos ex densa illa errorum caligine eduxit, et in viam perfectae veritatis iterum reduxit, nàm a praedecessoribus nostris Summis Pontificibus, et a nobis ipsis, et ab hac Sancta Romana Ecclesia, omniumque Ecclesiarum matre, et magistra, in qua fidei Catholicae integritas sicut ab initio tradita est pura et incorrupta perpetuò conservatur, missi sunt justa, et legitima missione doctores et magistri, qui vos, et populos multos in Orientis, et Indiae remotissimis regionibus viam salutis, et veritatis, divina auxilio *(?)* gratia docuerunt, sed praecipuè dilecti filii clerici et praesbyteri Societatis Jesu, quos in Christo complectimur, quorum ubique laus

Digitized by Google

est in praedicatione Evangelii, qui ut operarii christifideles, et strenui vos tanquam vineam Domini multa cum diligentia excoluerunt, et purgaverunt, ut fructum multum in Domino afferatis. Sed praecipuè laborarit tunc dilectus filius, nunc autem venerabilis frater noster, quem a vobis meritò expetitum Episcopum vestrum creavimus, qui vestrae salutis percupidus diu vos parturivit [1] donec Christus perfectè formaretur in vobis, et vos ab omni vetustate erroris, et fermento nequitiae expurgatos, et jam azymis sinceritatis, et veritatis enutritos unitati Ecclesiae Catholicae extra quam nulla est salus feliciter restitueret. Quare magno gaudio magna in Domino voluptate repleti sumus, cum ex litteris hoc de genere copiosè scriptis audivimus et cognovimus venerabilem fratrem Archiepiscopum Goae pro sua pietate, et zelo Divini honoris, et salutis animarum vestrarum synodum apud vos frequentem celebrasse sacerdotum vestrorum, praesentibus etiam viris primariis ex natione vestra, quae in synodo Spiritus Sanctus instinctu magno animarum consensu impii errores Nestorii à vobis rejecti, et anathemate condemnati sunt, quemadmodum jam pridem ab hac Sancta Apostòlica Sede ab Oecumenicis Conciliis hujus quoque Sanctae Sedis congregatis reiecti, damnati, et anathematizati sunt, tùm libri haereticorum peste, ac veneno infecti ne animas interficerent, igne sunt exusti, aliique ab erroribus expurgati, sed illud maximi momenti, quod Romanum Pontificem comunem fidelium Patrem totius Ecclesiae caput agnovistis, et professi estis, eique debitam obedientiam detulistis quam ei Reges, et Principes, et omnes christiani catholici unanimes praestant et deferunt, non enim esse possunt ex ovibus Christi, qui tebro *(sic)* non obediunt, cui Christus ipse aeternus Pastor agnos, et oves suas pascendas tradidit, cui claves Regni coelorum, et summam ligandi, et solvendi potestatem dedit, quem denique firmam, et immobilem Dei petram, et Ecclesiae aedificationem constituit, cujus authoritas, et dignitas in successoribus ejus semper viget, et in nobis ipsis quamvis indignis haeredibus nulla ex parte deficit, nec decrescit. Quamobrem vobis filii dilecti gratulamur hanc tam piam, sanctam et salutarem deliberationem, sed vobis in primis sacerdotes et clerici gratulamur, qui in sortem Domini vocati eique peculiaribus vinculis adstricti estis, et omni virtutis, religionis, et pietatis exemplo illi praeire, et praelucere debetis, quod vos re ipsa nunc fecisse gaudemus, et deinceps, Deo juvante,

[1] *Sublinhado, e por cima:* nutrivit.

Digitized by Google

semper facturos speramus, nostrae verò gratulationis nostri paterni amoris erga vos omnes tàm clerum, quàm populum universum, has nostras litteras testes esse volumus, nam quamvis longissimo terrarum intervallo a nobis disjuncti sitis, tamen in vinculo charitatis Christi non solum nobis propinqui estis, sed nobiscum copulati, et unum in Christo effecti: jam enim vos ut oves nostras, ut filios, atque etiam ut membra nostra amplectimur, amamus, et favemus, et pro vobis quemadmodum, et pro caeteris filiis nostris ad Sanctissimum B. Petri Apostoli corpus oramus, et hostiam immaculatam Deo offerimus in unitate fidei, et communione sacramentorum Catholicae Ecclesiae, quae vos materno suo gremio excipit, et nutrit, et nos parati sumus quantum cum Domino poterimus vos, et nationem vestram nostra Apostolica authoritate tueri, vestrisque spiritualibus, et temporalibus commodis consulere, propterea Episcopum vobis dedimus, qui vices nostras apud vos gerat, et solicitudinem nostram vobis repraesentet, cui obedite, ut facitis, tanquam patri, et pastori, ipse enim pervigilat pro vobis, et rationem redditurus pro animabus vestris. Sic igitur state in Domino charissimi, et permanete in sancto proposito vestro, et in unione matris vestrae Ecclesiae Catholicae fortes in fide, et in omni opere bono fructificantes supportate cum patientia afflictiones vestras, quia nobiscum *(sic)* Deus est in tribulatione, qui servis suis fidelibus post breves caducae hujus vitae labores, aeterna praemia praeparavit in coelo, et tu vicissim frater Episcope confortare in Domino, et esto robustus, et sta in custodia gregis tui et pasce eum verbo, et exemplo, et pabulo salutari coelestium mysteriorum, quorum es dispensator, quod te pro tuo pastorali zelo, et vigilantia, et fecisse, et facere non dubitamus. Deus autem pacis, et consolationis vos omnes filii dilecti in pace custodiat, et consoletur, et divinae gratiae suae abundantiam vobis tribuat, et pastorem, et oves, et clerum, et populum in Christo unanimes et concordes ad sempiterna beatitudinis pascua perducat, et nos toto paternae charitatis affectu nostram paternam, et Apostolicam benedictionem vobis impartimur. Datum Romae apud Sanctos Apostolos *(sic)* sub annulo Piscatoris die 19 maii 1601. Pontificatus nostri anno x [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 170.—*Sobrescrito*: Venerabili fratri Episcopo Angamalae, et clero, ac populo christianorum à S. Apostolo Thoma conversorum Provinciae Serrae.

Digitized by Google

Bulla do papa Clemente VIII a el-Rei

1602 — Junho 27

Clemens episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Philippo Portugallie et Algarbiorum Regi Catholico Salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares Principes Ecclesiarum Prelatis presertim Pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem ecclesie Portugalensi tunc per obitum bone memorie Hieronymi olim Episcopi Portugalensis extra Romanam Curiam defuncti Pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Gundisalvi Electi Portugalensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in Episcopum prefecimus et Pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur Cum itaque fili Charissime sit virtutis opus Dei Ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Gundisalvum Electum et prefatam ecclesiam sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod ipse Gundisalvus Electus tue Celsitudinis fultus presidio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo secundo Sexto kalendas julii Pontificatus nostri anno undecimo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, num. 16.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VIII a D. Alexandre

1602—Julho 29

Clemens Papa VIII.—Dilecte fili, salutem, et Apostolicam benedictionem. Cum venerabilis Georgius Episcopus olim Visensis, quem nos aliàs Portugalliae, et Algarbiorum regnis supremum contra haereticam pravitatem Inquisitorem ad nostrum, et sedis Apostolicae beneplacitum deputavimus, ex nonnullis causis nobis notis muneri praedicto vacare non possit. Nos quibus potissima, et summa cura est, ut sancta fides Catholica ubique floreat, et augeatur, atque omnis haeretica pravitas, è cunctorum mentibus depellatur, nostrae solicitudinis studium diligenter adhibemus; ut qui à caula dominici gregis, diabolica fraude seducuntur, ad eam aspirante Domino, reducantur; vel si in eorum damnato proposito, et obstinato animo pertinaciter perseverare contendant, ita debita animadversione puniantur, ut eorum poena aliis transeat in exemplum; ac solicitè providentes, ne propterea in dictis regnis eadem sancta fides aliquam jacturam, aut gravia inde damna sustineat, in perniciem animarum Christi fidelium, et dispendium salutis aeternae, de praeficiendo in locum dicti Georgii Episcopi huic muneri Ecclesiastici Ordinis viro, religione, prudentia, atque experientia praestanti solicite cogitantes: ad te, de cuius generis nobilitate, doctrina, fide, pietate, et Catholicae fidei zelo, fide digna, apud nos testimonia perhibentur, mentis nostrae aciem convertimus; firma spe freti, te, precipuum hoc munus, dirigente Domino, consilia, et actiones tuas ad ipsius gloriam, et Catholicae fidei exaltationem, atque ad populorum charissimo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae et Algarbiorum Regi Catholico subditorum salutem feliciter obiturum. Motu igitur proprio, ac ex certa scientia, et mera deliberatione, beneplacitum nostrum primum expirare declarantes, ipsumque Georgium à dicto munere absolventes; te in illius locum, Apostolica authoritate, tenore praesentium, Generalem Inquisitorem adversus omnem haereticam, et apostaticam à sancta fide christiana pravitatem, in Portugalliae, et Algarbiorum, et ab eis dependentibus Regnis, Principatibus, et Dominiis eidem Philippo Regi mediate, vel immediatè subiectis, cum potestate, et authoritate contra omnes,

Digitized by Google

et quoscunque haereticos, et cuiuscunque damnatae haeresis sectatores, et dogmatistas, atque ab eadem sancta fide Apostatas, etiam defunctos, et eorum memoriam, nec non de haeresi, seu Apostasia a fide suspectos, sortilegia manifestam haeresim sapientia, divinationes, et incantationes, aliaque diabolica maleficia, etiam praestigia committentes, aut magicas, et nicromanticas artes exercentes, illorumque credentes, sequaces, defensores, fautores, et receptatores, vel eis opem, auxilium, consilium, vel favorem directè vel indirectè, publicè, vel occultè praestantes, atque eorum libros, et scripta ementes, legentes, et retinentes, cuiuscunque status, gradus, et conditionis, dignitatis, et praeeminentiae existant, tam laicos, quam Ecclesiasticos, saeculares, et cuiuscunque ordinis regulares, ac in aliis causis de iure, vel consuetudine ad officium Inquisitionis spectantibus, et pertinentibus, per te, vel alium, seu alios, prout iuris fuerit, inquirendi, procedendi, et exequendi, seu inquiri, procedi, et exequi faciendi: contradictores quoslibet, et rebelles, ac tibi in praemissis non parentes per censuras ecclesiasticas, et alias poenas, etiam pecuniarias, ac alia juris, et facti remedia opportuna compellendi, compescendi, coercendi, mulctandi, et puniendi; atque in his, et praedictis omnibus, et singulis, si et quoties opus fuerit, auxilium brachii saecularis invocandi, et implorandi. Praeterea, in quibusvis civitatibus Regnorum, Principatuum, et Dominiorum praedictorum, unum vel plures dictae haereticae, et apostaticae pravitatis Inquisitores providos, et idoneos, ac bonae famae, et sanae conscientiae viros, catholicae fidei zelo, doctrina, et experientia, pollentes, cum simili, vel limitata potestate, nec non dicti officii consiliarios, procuratores, tabeliones, et alios ministros, et officiales opportunos, quoties tibi placuerit, per te, vel alium, seu alios instituendi, et deputandi, ac tam hactenus institutos, et deputatos per praedictum Georgium Episcopum, et alios quoscunque; quam etiam per te instituendos, et deputandos, quandocunque tibi videbitur, revocandi, et amovendi, aliosque in eorum locum subrogandi, et substituendi, illos visitandi, ac de gestis, et administratis ab eis rationem petendi, et exigendi; ac quos culpabiles in officiis eis commissis repereris, iuxta excessuum, ac delictorum qualitatem, tuo arbitrio corrigendi, et puniendi, ipsasque per te perpetuo, vel ad tempus impositas poenas, in toto vel in parte moderandi, et remittendi, ac quibuscunque iudicibus et personis, quavis, etiam Episcopali, vel Archiepiscopali dignitate, fulgentibus, quibus tibi inhibendum videbitur, etiam sub censuris ecclesiasticis, et poenis etiam pecuniariis inhibendi, atque ipsos inobedien-

Digitized by Google

tes, in eas incidisse declarandi, aggravandi, et reaggravandi, usque ad invocationem auxilii brachii saecularis inclusivè, et ab eis, postquam mandatis tuis paruerint, et obediverint, vel parere, et obedire promiserint, absolvendi, in forma ecclesiae consueta, ac omnia alia, et singula in praemissis, circa ea necessaria, et quomodolibet opportuna, nec non quae ad officium Generalis Inquisitoris huiusmodi de iure, vel consuetudine, pertinent, aut pertinere noscuntur, faciendi, gerendi, exercendi, et exequendi, authoritate Apostolica, tenore praesentium, ad nostrum et sedis Apostolicae beneplacitum creamus, facimus, constituimus, et deputamus; ita ut tu omnibus, et singulis honoribus, et oneribus, emolumentis, gratiis, facultatibus, privilegiis, indultis praerogativis, superioritate, et praeeminentia, quibus alii Generales Inquisitores, qui pro tempore fuerunt, usi, et gavisi sunt, ac uti, frui, et gaudere potuerunt, et consueverunt, uti, frui, et gaudere possis, et valeas: statuentes insuper, appellationes, seu provocationes, et recursus à quibusvis sententiis, et decretis, per quoscunque Inquisitores dictorum regnorum, Principatuum, et dominiorum, tam à praefato Georgio Episcopo, seu ab aliis Inquisitoribus Generalibus praedecessoribus tuis, hactenus deputatos, quam à te in posterum deputandos, occasione praemissorum promulgatis, et promulgandis, ac gravaminibus illatis, et inferendis, ad te interponi, teque causas appellationum, seu provocationum, et recursuum huiusmodi, una cum omnibus, et singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, et connexis, per te, vel alios audire, cognoscere, et fine debito terminare posse, et debere: ac decernentes irritum, et inane quidquid secus super his, à quoquam, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac foelicis recordationis Bonifacii Papae Octavi, praedecessoris nostri, de una, et in Concilio Generali, edita, de duabus dietis, et aliis Apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, atque etiam in Provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus, ac statutis, et consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, per praedecessores nostros quibusvis personis, cuiuscunque qualitatis, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, ac capitulis, collegiis, congregationibus, universitatibus, et confraternitatibus, sub quibuscunque tenoribus, et formis, concessis: quibus omnibus, illorum tenores praesentibus, ac si ad verbum insererentur, pro sufficienter expressis et insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse de-

Digitized by Google

rogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, manu Notarii publici subscriptis, et tuo, vel alicuius alterius personae, in dignitate Ecclesiastica constitutae sigillo munitis, plena fides, ubique gentium, et locorum, in iudicio, et extra, aeque ac ipsismet praesentibus adhibeatur. Insuper harum serie decernimus, et declaramus, ut si te alicui Metropolitanae, aut cathedrali Ecclesiae in Archiepiscopum, vel Episcopum praefici, aut si forsan in coadiutorem in regimine, et administratione alicuius similis Ecclesiae cum futura successione deputati contigerit, cessante coadiutoria huiusmodi, et facto loco successioni praefatae, tu ab officio Inquisitoris Generalis huiusmodi absolutus existas, et esse censearis; ipsumque officium vaccet, et vaccare censeatur eo ipso. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XXIX Julii M.DC.II. Pontificatus nostri anno undecimo [1].

Breve do papa Clemente VIII

1602—Agosto 9

Clemens Papa VIII—Dilecte fili salutem etc. *(sic)* Alias a nobis emanarunt literae tibi directe tenoris sequentis videlicet Quoniam ut ad nos perlatum est Conservator seu Conservatores militiarum Regnorum Portugalliae et Algarbiorum praetendunt te non posse vigore facultatum tibi per nos concessarum in causis appellationum ab ejus, seu eorum sententiis, decretis et mandatis interpositarum, et interponendarum quoquo modo te immiscere. Nos ad omne dubium super hoc removendum, tibi omnes et quascumque causas appellationum a sententiis, decretis et mandatis quibuscumque Conservatoris seu Conservatores *(sic)* praefatorum ad nos, et Apostolicam Sedem tam hucusque interpositarum, quam deinceps quandocumque interponendarum auctoritate nostra audiendas, cognoscendas, et prout visum fuerit terminandas committimus, atque tibi in praemissis, ac etiam quos, et quibus opus fuerit etiam sub censuris, et poenis ecclesiasticis arbitrio tuo infligendis, moderandis, et aggravandis, et etiam

[1] Collectorio de Bullas *etc.* do Sancto Officio, fol. 23 v.— *Sobrescrito:* Dilecto Filio Alexandro, ex Ducibus Bragantiae, in sacra Theologia Magistro, Priori Collegiatae Ecclesiae Oppidi de Guimaraens Bracharensis Dioecesis.

Digitized by Google

per edictum publicum constito summarie et extra judicialiter de non tuto ad illos accessu citandi, et inhibendi interdictum ecclesiasticum apponendi, auxiliumque brachii saecularis invocandi, aliaque in praemissis, et circa illa necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, et exequendi plenam et liberam facultatem, et auctoritatem concedimus et impartimur. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac earundem militiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eisdem militiis, earumque Conservatori, seu Conservatoribus praefatis sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et approbatis: quibus omnibus et singulis eorum tenores praesentibus pro expressis, et ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII februarii Pontificatus nostri anno decimo. Cum autem, sicut accepimus a nonnulis temere asseratur, praeinsertas literas nostras subreptionis, aut obreptionis vitio subjacere, aut saltem invalidas existere ex eo quod militiis supradictis, ipsisque earum Conservatoribus, amplissima privilegia, immunitates, et exemptiones per diversos Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac praesertim felicis recordationis Nicolaum V, Julium II, Paulum III, Pium V, et Gregorium XIII etiam per viam communicationis, seu extensionis, et ad clarae memoriae Portugalliae et Algarbiorum Regnorum Regum, qui pro tempore fuerunt, instantiam, seu etiam motu proprio, et cum derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis concessa extiterint, quibus minime, aut saltem non sufficienter in praeinsertis literis derogatum fuit, et propterea te non posse illarum vigore in causis appellationum hujusmodi procedere, aut quovis modo in illis te immiscere nos volentes, ut par est literas nostras praedictas debitae executioni demandari, ac suum effectum omnino sortiri motu proprio, et ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque apostolicae potestatis plenitudine, omnibus, et singulis privilegiis, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratiis Militiis Regularibus Sancti Jacobi de Spata, Jesu Christi, et de Avis Regnorum Portugalliae, et Algarbiorum nominatim, aut per modum exten-

Digitized by Google

sionis, et communicationis per supradictos, et quoscumque alios Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac nos, et Apostolicam Sedem, etiam ad quorumcumque Regum instantiam, ac motu proprio, et consistorialiter, vel alias quomodolibet concessis, confirmatis, et approbatis, etiam si in illis caveatur expresse, quod eis nullatenus, aut non nisi de expresso ipsorum Regum consensu, ac illorum tenoribus ad verbum insertis, certaque in eis prescripta forma observata derogari posset, tenores hujusmodi perinde, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, ad effectum ut illis minime obstantibus tu causas quascumque appellationum a sententiis, decretis, et mandatis quibuscumque Conservatoris, seu Conservatorum praedictarum Militiarum ad nos, et Apostolicam Sedem tam hucusque interpositarum, quam deinceps interponendarum juxta praeinsertarum literarum tenorem audire, cognoscere, et terminare, ac ipsosmet Conservatores, et quoscumque alios contradictores, et rebelles, eisque auxilium, consilium, vel favorem publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quomodolibet praestantes per censuras, et poenas ecclesiasticas etiam saepius, et iteratis vicibus aggravandas, et reaggravandas compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis, liberè et licitè possis, et valeas auctoritate apostolica tenore praesentium specialiter et expressè, ac latissimè derogamus, et derogatum esse volumus, ac praeinsertas et praesentes literas nostras de subreptionis aut obreptionis vel nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel quocumque alio defectu, ex quovis capite, causa, vel occasione notari, impugnari, redargui, aut infringi, annullari, revocari, retractari, in vis *(sic)* vel controversiam vocari minimè posse, sed semper validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et diffiniri debere, ac irritum etc. *(sic)* attentari, motu, scientia et potestatis plenitudine similibus decernimus, et declaramus. Non obstantibus supradictis, ac omnibus aliis quae in praeinsertis literis voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum etc. *(sic)* die 7ª Augusti 1602 anno XI [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 28, fol. 1.

Digitized by Google

Bulla do papa Clemente VIII a el-Rei

1602—Setembro 23

Clemens episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Philippo Hispaniarum Regi Catholico Salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem ecclesiae Brasiliensi tunc per obitum bone memorie Antonii olim Episcopi Brasiliensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Constantini electi Brasiliensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorumdem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in Episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam Regiam cum tu etiam Portugalie Rex existas rogamus et hortamur attente quatenus eundem Constantinum electum et prefatam ecclesiam sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Constantinus electus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi dicte ecclesie regimine possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctumarcum *(sic)* anno Incarnationis Dominice Millesimo sexcentesimo secundo Nono kalendas octobris Pontificatus nostri anno undecimo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, num. 25.

Digitized by Google

Instrucções a D. José de Mello

1604—Janeiro 31

Dom Joseph de Mello amiguo pella confiança que de vos tenho ey por meu serviço de vos inviar por meu Agente a Corte de Roma para entenderdes nos negocios e cousas que tocarem aos meus Reinos e senhorios da Coroa de Portugal em que fareis o seguinte.

Partireis logo trabalhando de ser em Roma com a maior brevidade que puder ser pella necessidade que ha de vossa assistencia por aver tanto tempo que aquelle cargo está vago, e tanto que chegardes falareis ao Duque de Escalona meu embaxador a quem dareis a minha carta que pera elle levais, e conta de vossa ida e do que por esta instrução vos mando e o dia e tempo que a elle e a vos parecer ireis a Sua Santidade e lhe dareis a carta que por vos lhe escrevo, e lhe direis como vos mando por meu Agente dos negocios da Coroa de Portugal conforme ao que na mesma carta digo a Sua Santidade e tambem dareis aos Cardeaes a que escrevo as cartas que pera elles levais dizendo lhes o mesmo e para vossa instrução levareis as copias dellas.

De todas as cousas principaes e de sustancia que ouverdes de tratar primeiro que nellas facaes cousa alguma dareis conta ao dito meu embaxador, que ora he e ao diante for, porque posto que as ajaes de fazer conforme á ordem que vos eu de qua para isso mandar; ey por meu serviço que no modo e procedimento dellas consulteis o ditto embaxador para terdes nellas o seu parecer e ajuda no que for necessario como lhe mando que vola dê, e vos assista nos negocios que pedirem esta particularidade para eu ser tam bem servido de vos como confio.

De nenhum negocio geral nem particular tratareis senão somente daquelles que Eu expressamente vos mandar que façaes, e querendo algũas pessoas de vos favor e ajuda inda que vola peção como a pessoa particular ey por meu serviço que vos escuzeis disso por serdes meu ministro, alem de assy cumprir para me melhor poderdes servir vendo Sua Santidade e seus ministros que soomente trataes das cousas do vosso

Digitized by Google

cargo e tambem tenho nisto respeito a vos fazer merce para terdes menos trabalho, e ficardes mais desocupado para meu serviço e com mais merecimento nelle.

E com a mesma consideração vos mando que não fieis a pessoa algũa de qualquer qualidade que seja porque não convem a meu serviço que esteis em obrigação aos mercadores da Corte de Roma.

Os Embaxadores dos senhores Reis meus predecessores levarão sempre por instrução e mandado expresso não tratarem de adquirir rendas eclesiasticas emquanto residissem em Roma para assi ficarem mais livres para tratarem de sua obrigação e meu serviço, e com esta mesma consideração o prohibi e mandei a vossos antecessores que assy o cumprissem pello que vos mando que não peçais nem recebais renda algũa eclesiastica emquanto residirdes em Roma, e confio de vos que o cumprireis tão inteiramente que Eu me aja por bem servido de vos, e folgue de vos fazer merce.

Tereis sempre cuidado de saber por via de Ludovico Lopez Consul destes meus Reinos em Veneza, ou por qualquer outra que puderdes alcanssar o que se souber da India continuando nisto com a inteligencia e pello modo que tiverão os embaxadores e Agentes desta Coroa.

Sua Santidade concedeo a minha instancia hum breve em que excluhio das igrejas cathedraes e curadas os descendentes de judeus per linha paterna e materna ou per qualquer dellas com clausulas mui efficazes para ter effeito a execução delle, e porque ella he de tanta importancia como sabeis, avereis a copia delle e tereis muita vigilancia para que se guarde, fazendo a Sua Santidade e ao seu datario as lembranças necessarias e avisandome do que nesta materia se fizer.

Os Cristãos novos que destes Reinos fogem para Italia para encubrirem suas culpas, custumão impor muitas aos ministros do Santo Officio, e ao seu procedimento pello que tereis cuidado de continuar com o secretario do Santo Officio por quem correm as pitiçõis e papeis que se presentão no Santo Officio universal de Roma para averdes as copias dos que derem os da nação pella ordem que as avia vosso antecessor satisfazendo a suas calumnias informandovos quando o caso o pedir do Inquisidor geral destes Reinos.

A Roma concurrião estes annos atras muitos homens a ordenarsse especialmente aquelles a quem os seos ordinarios não querião ordenar por deffeitos, e fundandosse em inquirições que levavão de moribus et

Digitized by Google

vita, tiravão breves que chamão a quocunque chamando falsamente ás dittas inquirições letras dimmissoriaes, com o qual breve e inquirições se hião ordenar a diversas partes de Italia, e de feito se ordenavão tornando ao Reino com muito escandalo dos que o conhecião.

E porque Sua Santidade está oje bem informado nesta materia, e tem mandado que se não passem os dittos breves, fareis nisto sempre instantia por redundar em tanto bem universal destes Reinos.

Por entender o muito que importa ao serviço de Deus e meu mandei pedir a Sua Santidade breve para que nenhum religioso entrasse pellas Indias ocidentaes Philipinas ou qualquer outra parte tocante a ellas, no Japão China e mais Reinos e Ilhas adjacentes ao districto e conquista da India oriental, o que Sua Santidade concedeo como vereis pella copia delle; e sou informado que diversos religiosos recorrem a Sua Santidade a pedir derogação deste breve com relações não verdadeiras em deserviço de Deus e meu, estareis muito advirtido para saber do que en contrario deste breve se pede para o impedirdes e me avisardes.

Alguns homens inquietos impetrão em Roma benefficios do meu padroado e outros os de padroado de meus vassalos, estareis muito vigilante para o impedir, e saber quem são avisandome sempre para eu mandar acudir como convem pello muito que isto se tem introduzido por alguns homens, fazendo litigiosos muitos benefficios em cuja posse pacifica e boa estavão padroeiros leigos.

E pella mesma maneira me dareis conta de quaesquer vassalos meus que nessa corte procedem mal contra meu serviço impedindovos as obrigações de vosso cargo ou faltando com a correspondencia que vos devem como a ministro meu.

Estes e outros homens inquietos, e mal intencionados tem dado a Sua Santidade algũas informações contrarias da verdade dizendo que em Portugal se defrauda a jurisdição eclesiastica, e ha leis contra ella, e contra a exempção das pessoas eclesiasticas, e posto que se tem respondido a Sua Santidade que nenhũa cousa se faz de novo e que soomente se executa o que sempre se fez do principio do Reino ategora com fama de privilegio apostolico.

Estareis vigilante para saber se vão a Sua Santidade outras informações semelhantes e quem as dá e avisarmoeis, e se fordes preguntado respondereis a ellas com as palavras geraes que ficão ditas.

E porque se vai introduzindo citarensse pessoas para Roma da pri-

Digitized by Google

meira instancia contra o Concilio, e contra privilegios apostolicos que tem o Reino, e isto a requerimento do fiscal da Camara apostolica encobrindo com seu nome as partes que fazem e requerem as dittas citações pera com isso evadirem as penas que as leis lhe dão.

E tambem se passão breves a que chamão cameraes para se tomar posse dos benefficios em nome da Camara apostolica, e se tirão della os possuidores delles sem serem ouvidos ou ficando citados para hir responder a Roma dentro de breve tempo o que demais de ser contra o Concilio e privilegios do Reino, em benefficios de pouca renda he impossivel, e assy perdem as partes seu direito e se dão as posses a outros que em Roma os impetrão do que se me fazem muitas queixas por parte dos prelados do Reino e pessoas eclesiasticas pello que tereis cuidado de saber de semelhantes citações e breves que se passarem e acudireis a Sua Santidade pedindolhe que não premitta que se passem pera que tambem se escuze mandar eu acudir á força que as partes agravadas requerem como sou obrigado ao fazer, e avisarmeis dos breves que se passarem, e das pessoas em cujo favor se passarem e que os requerem para mandar prover nisso com justiça, e porque sou informado que Sua Santidade está inclinado a que se evitem estas molestias entrareis nesta materia com destreza precedendo ocassião.

E da mesma maneira estareis vigilante para saber se se provem alguns beneficios e pensões em estrangeiros contra os privilegios apostolicos concedidos ao Reino e as leis e previlegios dos senhores Reis meus predecessores, e avisarmoeis para mandar acudir a isso.

Fareis as expedições e despezas necessarias tocantes a essa agencia na forma que fizerão vossos antecessores e vos serão levadas em conta quando a derdes do dito cargo.

Ao advogado que em Roma faz os negocios desta Coroa mandareis cada anno paguar seu ordenado, e a Ludovico Lopez que em Veneza serve o officio de consul e tem á sua conta informarvos do que souber da India pella via de Levante mandareis tambem paguar na forma que o fizerão vossos antecessores aos que servirão naquella diligencia.

De Martim Afonso Mexia vosso antecessor sabereis os negocios que ficarão pendentes em Roma, para que os que não forem concluidos continueis com elles, e vos dara as relações que forem necessarias para vossa instrução.

Levareis hũa cifra para por ella me escreverdes as cousas que forem de qualidade para isso.

Digitized by Google

Eu ouve por bem que ouvesseis de vosso ordenado tres mil cruzados cada anno emquanto me servisseis em Roma neste cargo e pello tempo que gastasseis em ir e tornar per caminho direito, os quaes vos serão paguos ao preço e pella maneira que a vossos antecessores, e tambem vos fiz merce de mil cruzados pera o caminho e de hũa e outra cousa vos serão dadas as provisões necessarias.

Não vos mando dar mais larga instrução porque a mais particular hão de ser as cartas que vos mandar escrever sobre os negocios que ouver por meu serviço que façaes de que sereis avisado para entenderdes nelles assi como se forem offerecendo, e me avisareis sempre de tudo o que entenderdes que cumpre a meu serviço fazendo tudo com aquelle cuidado e diligencia que Eu de vos confio. Escrita em Valhedolid a 31 de Janeiro 1604.—E eu Martim afonso mexia Secretairo de estado o fis escrever.—Rey. . . —O Conde de Villanova.

Instrução para dom Joseph de mello que Vossa Magestade envia por Agente a Roma para Vossa Magestade ver [1].

Breve do papa Clemente VIII ao Vice-rei D. Affonso, bispo de Coimbra

1604—Maio 22

Clemens Papa VIII—Venerabilis Frater salutem etc. *(sic)* Exponi nuper fecisti quod propter leges Regni Portugalliae ipsimet Reges quibusdam temporibus intervenire solebant in carceribus publicis Ulixbonensibus cuidam congregationi judicum vulgo nuncupatae Relatione, ubi non solum causae civiles, sed etiam criminales, et forsan usque ad sententiam inclusivè tractantur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, te, qui ejusdem Regni Prorex existis, hujusmodi muneris ratione dictae Relatione, aut aliis locis, ubi ejusdem Regni causae criminales tractantur, assistere oporteat, cupiasque in tuta conscientia facere posse:

[1] Arch. Nac., Collecção de S. Vicente, Liv. 14, fol. 196.—*Nas costas:* Instrução que Sua Magestade me mandou dar.

Digitized by Google

nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis tuae conscientiae securitati consulere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur te specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tecum super irregularitate, in quam praemissorum occasione forsan contraxeris, auctoritate Apostolica, tenore praesentium dispensamus; tibique ut in posterum ad biennium proximum a data praesentium computandum, Congregationi, seu Relationi hujusmodi, aut aliis locis, in quibus hujusmodi causae criminales tractantur, assistendo, in eisdem causis criminalibus, occasione hujusmodi Proregis muneris, quandocumque opus fuerit, te immiscere, ac in illis etiam votum dare, ac mandata, et jussiones, tam verbo, quam per literas dare, et debitae executioni demandare liberè, et licite valeas, absque alicujus poenae, vel censurae ecclesiasticae, aut irregularitatis incursu, etiam si sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, seu mors inde sequatur, dummodo tamen sententiam sanguinis per te ipsum non feras, auctoritate, et tenore praesentium concedimus, et indulgemus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum etc. *(sic)* die 22 Maii 1604. Anno XII[1].

Carta do Rei do Congo ao papa Clemente VIII

1604—Julho 13

Io il Rè Don Alvaro secondo per la Dio grazia Rè di Congo, Angola, Mattamba, Occanga, Signore delli Ambundi, e di sette Regni di Congoria, Mulazza, e di quà, e di là del spaventevol fiume Zaire etc. Doppo di baciare à Vostra Santità i suoi santissimi piedi, e per la presente rendergli ubidienza del modo, che lo fanno li Rè, e Principi Cristiani, mi raccomando me, e questo mio popolo à suoi santissimi sacrificii, supplicandola raccomandi, e facci raccomandare questa Cristianità à Nostro Signore per dilazione, e propagazione del suo santo nome. E secondo il

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 51, fol. 146.—*Sobrescrito:* Venerabili Fratri Alphonso, Episcopo Colimbriensi Regni Portugalliae Proregi.

Digitized by Google

tenore d'una lettera da Vostra Santità scrittami, che ricevei per mano del mio Ambasciatore venuto allora di Spagna, intesi con molto amore, mi domandava un Ambasciatore per questa Curia di Roma, e che saria là molto accetto; per il che ora mando il mio Ambasciatore à Filippo *(sic)* Rè delle Spagne, mio dilettissimo fratello, volsi ancora mandare à Vostra Santità un altro Ambasciatore di questa mia Corte, il quale è Don Antonio Emanuele nobile della Corte mia, portatore della presente per averlo trovato sufficiente, avendo le parti perciò necessarie, al quale Vostra Santità darà intiera fede, e credito in tutto quello, che con lei tratterà, e supplicherà tanto per le mie informazioni, che porta, come di fuori, perche và molto bene instrutto, e supplico Vostra Santità quanto posso, e con molta umiltà li conceda quanto egli supplica, perche sono materie molto necessarie à questa Cristianità, et à me come ancora à questa nuova cathedrale, che Vostra Santità mi fece grazia di concedere ad instanza del Rè di Portogallo, che stia in gloria. E conciosia che questa mia Corte sia così distante dà cotesta Romana, deve Vostra Santità applicare i rimedii conveniente, acciò io e mio stato non riceviamo tanti aggravii et affronti da Vescovi, e Capitolari, come fanno, et io non posso impedirglielo, perche sono Ministri di Dio, senza autorità di Vostra Santità.

Hò in questa mia Corte un Padre per nome Diego Rodriguez Pestana mio cappellano, nobile mio confessore, e della Regina mia moglie, il quale ha fatto di molti servizii à Dio Nostro Signore, et à me in questi Regni. Vostra Santità mi farà carità di dargli buono spaccio, e spero ricevere molte altre grazie da Vostra Santità, et ancora i miei cappellani del numero, e lui in particolare, tanto per aversi portato bene nel toccante all'augumento di questa Cristianità, come in tutto il resto del suo obbligo. Ora non dico altro per rispetto, che il mio Ambasciatore potrà più à pieno informare Vostra Santità, fò fine, domandando à Vostra Santità, che sin di là mi dia la sua santissima benedizione, et à tutte queste pecorelle del suo gregge, accioche con questo mezzo otteniamo la grazia di Dio Nostro Signore. In Congo in questa Città del Salvatore alli 13 di Luglio 1604.

Don Giovanni Battista mio secretario, e scrivano de miei secreti.=
Rè Don Alvaro [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 184.— *Sobrescrito:* Santissimo in Christo Padre Clemente viii hora Presidente nella Chiesa di Dio.

Digitized by Google

Breve do papa Clemente VIII a Pedro, bispo de Leiria

1604—Agosto 23

Clemens Papa VIII—Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. Cum officium generalis Inquisitoris, contra haereticam pravitatem, in Portugalliae et Algarbiorum regnis, quod venerabili Fratri Alexandro Archiepiscopo Elborensi, antequam dictae Ecclesiae Elborensi de illius persona provisum extitisset, cum decreto, quod si ipse alicui Metropolitanae, aut Cathedrali Ecclesiae in Archiepiscopum, vel Episcopum profici contigisset, ipse ab officio Inquisitoris Generalis huiusmodi absolutus esset, ipsumque officium vaccaret eo ipso concesseramus, per provisionem de illius persona praefatae Ecclesiae Elborensi per nos factam iuxta dicti decreti tenorem vaccaverit, et vaccet ad praesens. Nos quibus potissima, et summa cura est, ut Sancta Fides Catholica ubique floreat, et augeatur, atque omnis haeretica pravitas è cunctorum mentibus depellatur, nostrae sollicitudinis studium diligenter, adhibemus; ut qui à caula Dominici gregis, diabolica fraude, seducuntur, ad eam, adspirante Deo reducantur; vel si in eorum damnato proposito, ac obstinato animo, pertinaciter perseverare contendant; ita debita animadversione puniatur, ut eorum poena, aliis transeat in exemplum: ac sollicite providentes, ne, propterea in dictis regnis eadem sancta fides, aliquam jacturam, aut gravia inde damna, sustineat, in perniciem animarum Christi fidelium, et dispendium salutis aeternae, de praeficiendo in locum dicti Alexandri Archiepiscopi huic muneri Ecclesiastici Ordinis viro, religione, prudentia, atque experientia praestanti, sollicite cogitantes; ad fraternitatem tuam, quae ad cedendum sponte, et libere in manibus nostris regimini, et administrationi Ecclesiae Leyriensis, cui praesse dignoscitur, speciale dedit mandatum, et de cuius generis nobilitate, doctrina, fide, pietate, et Catholicae fidei zelo, fide digna, apud nos testimonia perhibentur, mentis nostrae aciem convertimus; firma spe freti, te, praecipuum hoc munus, dirigente Domino, consilia, et actiones tuas ad ipsius gloriam, et Catholicae fidei

Digitized by Google

exaltationem, atque ad populorum charissimo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae et Algarbiorum Regi Catholico subditorum salutem, feliciter obiturum. Motu igitur proprio, ac ex certa nostra scientia, et mera deliberatione, quantum opus sit de novo, beneplacitum nostrum praefatum expirare declarantes, ipsumque Alexandrum Archiepiscopum, a dicto munere absolutum esse declarantes, te ex nunc prout ex tunc, postquam per supradictam cessionem per nos admittendam à vinculo dictae Ecclesiae Leyriensis, absolutus fueris, ut praefertur; et è contra in praefati Alexandri locum, Apostolica authoritate, tenore praesentium, Generalem Inquisitorem adversus omnem haereticam, et apostaticam à sancta fide christiana pravitatem, in Portugalliae, et Algarbiorum regnis, et ab eis dependentibus Principatibus, et Dominiis eidem Philippo Regi mediate, vel immediate subiectis, cum potestate, et authoritate contra omnes, et quoscunque haereticos, et quibusvis haeresibus, et erroribus infectos, ac eorum, et cuiuscunque damnatae haeresis sectatores, et dogmatistas, atque ab eadem Sancta Fide Apostatas, etiam defunctos, et eorum memoriam, nec non de haeresi, seu Apostasia a fide suspectos, sortilegia manifestam haeresim sapientia, divinationes, et incantationes, aliaque diabolica maleficia, etiam praestigia committentes, aut magicas, et nicromanticas artes exercentes, illorumque credentes, sequaces, defensores, fautores, et receptatores, vel eis opem, auxilium, consilium, vel favorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè praestantes, atque eorum libros, et scripta ementes, legentes, et retinentes, cuiuscunque status, gradus, et conditionis, dignitatis, et praeeminentiae existant, tam laicos quam Ecclesiasticos, saeculares, et cuiusvis ordinis regulares, ac in aliis causis de iure, vel consuetudine ad officium Inquisitionis spectantibus, et pertinentibus, per te, vel alium, seu alios, prout iuris fuerit, inquirendi, procedendi, et exequendi, seu inquiri, procedi, et exequi faciendi: contradictores quoslibet, et rebelles, ac tibi in praemissis non parentes, per censuras ecclesiasticas, et alias poenas, etiam pecuniarias, ac alia juris, ac facti remedia opportuna compellendi, compescendi, coercendi, mulctandi, et puniendi; atque in his, et praefatis omnibus, et singulis, si et quoties opus fuerit, auxilium brachii saecularis invocandi, et implorandi. Praeterea, in quibusvis civitatibus, et Dioecesibus Regnorum, Principatuum, et Dominiorum praefatorum, unum, vel plures dictae haereticae, et apostaticae pravitatis Inquisitores providos, et idoneos, ac bonae famae, et sanae conscientiae viros, catholicae fidei zelo, et doctrina, atque experientia, pollentes, cum

Digitized by Google

simili, vel limitata potestate, nec non dicti officii consiliarios, procuratores, tabeliones, et alios ministros, et officiales opportunos, quoties tibi placuerit, per te, vel alium, seu alios instituendi, et deputandi, ac tam hactenus institutos, et deputatos per predictum Alexandrum, et alios quoscunque quam etiam per te instituendos, et deputandos, quandocunque tibi videbitur, revocandi, et amovendi, aliosque in eorum locum subrogandi, et substituendi, illos visitandi, ac de gestis, et administratis ab eis rationem petendi, et exigendi; ac quos culpabiles in officiis eis commissis repereris, iuxta excessuum, et delictorum qualitatem, tuo arbitrio corrigendi, et puniendi, ipsasque per te perpetuò, vel ad tempus impositas poenas, in toto vel in parte moderandi, et remittendi, ac quibuscunque iudicibus, et personis, quavis, etiam Episcopali, vel Archiepiscopali dignitate, fulgentibus, quibus tibi inhibendum videbitur, etiam sub censuris ecclesiasticis, et poenis etiam pecuniariis inhibendi, ac ipsos inobedientes, in eas incidisse declarandi, aggravandi, et reaggravandi, usque ad invocationem auxilii brachii saecularis inclusivè, et ab eis, postquam mandatis tuis paruerint, et obediverint, vel parere, et obedire promiserint, absolvendi, in forma ecclesiae consueta, ac omnia alia, et singula in praemissis, et circa ea necessaria, et quomodolibet opportuna, nec non quae ad officium Generalis Inquisitoris huiusmodi de iure, vel consuetudine, pertinent, et pertinere noscuntur, faciendi, gerendi, exercendi, et exequendi, authoritate Apostolica, tenore praesentium, ad nostrum, et sedis Apostolicae beneplacitum creamus, facimus, constituimus, et deputamus; ita ut in omnibus, et singulis, honoribus et oneribus, emolumentis, gratiis, facultatibus, privilegiis, indultis, praerogativis, superioritate, et praeeminentia, quibus alii Generales Inquisitores, qui pro tempore fuerunt, usi, et gavisi sunt, aut uti, frui, et gaudere potuerunt, et consueverunt, uti, frui, et gaudere possis, et valeas: statuentes insuper, appellationes, seu provocationes, et recursus à quibusvis sententiis, et decretis, per quoscunque Inquisitores dictorum regnorum, Principatuum, et dominiorum, tam à praefato Alexandro seu ab aliis Inquisitoribus Generalibus praedecessoribus tuis, hactenus deputatos, occasione praemissorum promulgatis, et promulgandis, ac gravaminibus illatis, et inferendis, ad te interponi, teque causas appellationum, seu provocationum, et recursuum huiusmodi, una cum omnibus, et singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, et connexis, per te, vel alios, audire, cognoscere, et fine debito terminare posse, et debere: ac decernentes irritum,

Digitized by Google

et inane quidquid secus super his, à quocunque, quavis authoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac foelicis recordationis Bonifacii Papae Octavi, praedecessoris nostri, de una, et in Concilio Generali, edita, de duabus dietis, et aliis Apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, ac etiam in provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus ac statutis, et consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis per Praedecessores nostros quibusvis personis, cuiuscunque qualitatis, gradus, et ordinis, atque conditionis existentibus, ac capitulis, collegiis, congregationibus, universitatibus, ac confraternitatibus, sub quibuscunque tenoribus, ac formis concessis. Quibus omnibus, illorum tenores praesentibus, ac si ad verbum insererentur, pro sufficienter insertis, et expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem ut praesentium literarum transumptis, manu Notarii publici subscriptis, et tuo, vel alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae, sigillo munitis, plena fides ubique gentium, et locorum in iudicio, et extra aeque, ac ipsismet presentibus adhibeatur. Datum Romae, apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris die xxiij Augusti M.DC.IIII. Pontificatus nostri anno tercio decimo [1].

Breve do papa Clemente VIII

1604 — Agosto 23

Clemens Papa VIII — Ad futuram rei memoriam. Postulat à Nobis officii pastoralis ratio ut Dominico gregi invigilantes, non solum assidua illum custodia tueamur, sed omni etiam studio curemus, ut christifideles, qui callidissimi Demonis arte decepti à recto veritatis tramite recesserunt, pravibus erroribus relictis in viam salutis redeant, et ad ovile Christi primo quoque tempore reducantur. Cum itaque, sicut accepimus, in Portugalliae, et Algarbiorum regnis, ac provinciis, dominiis, et locis charis-

[1] Collectorio de Bullas *etc.* do Santo Officio, fol. 25 v. — *Sobrescrito:* Venerabili fratri Petro Episcopo Leyriensi.

Digitized by Google

simo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae, et Algarbiorum Regi Catholico, et eorundem regnorum coronae subiectis, post editas à felicis recordationis Clemente vij, et deinde à Paulo iij Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris literas super generali venia, et absolutione per eosdem Praedecessores nostros omnibus et singulis utriusque sexus ex hebraica perfidia ad Christi fidem conversis, eorumque filiis, et descendentibus ex regnis praefatis Portugalliae, et Algarbiorum oriundis, ac in eis degentibus, forensibus, exteris, et alienigenis super apostasia à fide, haeresibus, et aliis quibuscunque criminibus, excessibus, et delictis contra catholicam fidem per eos commissis, modo et forma in eisdem literis contentis attributa, et concessa, nonnulli ex genere huiusmodi oriundi hebraicam perfidiam rursus sectari aliaque contra fidem catholicam crimina et delicta committere non dubitaverint, in Dei offensam, christifidelium scandalum, et suarum perniciem animarum. Cumque ii omnes, tum quia graves contra haec delicta perpetrantes poenae sunt inflictae, ac per Tribunal Inquisitionis haereticae pravitatis eorundem regnorum adversus delinquentes severe, et absque remissione executioni damandantur, tum quia omnem ulterioris veniae spem sibi praeclusam esse existimant, in deteriùs prolabantur, et peccata quotidie peccatis cumulent, unde graviora non solum eisdem regnis, et dominiis, sed aliis damna inferri possent, nisi huic malo salutari, ac benigno aliquo remedio quamprimum occurratur, imo si eisdem novae alterius, et generalis remissionis obtinendae ratio proponatur, procul dubio sperandum est, brevi fore, ut hi omnes ad cor reversi, saniora consilia suscipiant, et ad eadem regna cultu catholicae fidei retento, sub eiusdem Philippi Regis id summopere desiderantis, et à nobis enixè postulantis obedientia revertantur. Idcirco Nos eius vestigiis inhaerentes, qui miserator et longanimis, et multum misericors est, quique interdum eo consilio dissimulat peccata hominum, ut resipiscant, et salutarem poenitentiam amplectantur, ac gravissimis etiam causis ad fidei catholicae conservationem, et dictorum regnorum tranquillitatem pertinentibus, atque eorundem Praedecessorum nostrorum exemplo adducti: motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris omnes, et singulos utriusque sexus de huiusmodi genere quovismodo ex dictis regnis, et dominiis oriundos, qui sive in eisdem regnis, et dominiis nunc degant, sive ab illis iam recesserint, et in quacunque mundi parte tam in terris christianorum, quàm etiam in locis infidelium et haereticorum, aliorumque christianae, et catholicae fidei hostium commercii,

Digitized by Google

seu negotiationis, vel quacunque alia causa commorantur, dummodo tamen habitum et nomen christianorum retineant, et pro christianis se gerant, alioquin si constiterit eos habitum et nomen christianorum, ubicunque commorati fuerint, non retinuisse, et pro christianis se non gessisse, sed palam et publicè à fide christiana apostatasse, in hisce nostris literis comprehensi minime sint, et presenti gratia perfrui minime valeant, etiam si eorum aliqui ex dictis regnis, et dominiis coronae Portugalliae occasione praefatorum delictorum, seu metu poenarum in eos, qui haec delicta committunt, inflictarum, aut alia quavis de causa recesserint, et ex dictis regnis exules fuerint, necnon etiam alios quoscunque noviter conversos, et de huiusmodi haebreorum, ut praefertur, genere procreatos, vel ab eis quovismodo originem trahentes, etiam forenses, exteros, et alienigenas in praefatis tamen Portugalliae, et Algarbiorum regnis, aliisque provinciis, dominiis, et locis eidem Philippo Regi, et coronae Portugalliae praefatis subiectis commorantes, ac in illis domicilium, vel habitationem quomodolibet habentes, aut illorum filios, nepotes, et descendentes, quoad praesentes videlicet in regnis, et dominiis praefatis, ex nunc, prout ex tunc, cum primum praesentes literae in eisdem regnis, et dominiis modo et forma infrascriptis publicatae fuerint, quo verò ad absentes, ex nunc pariter, prout ex tunc cum primum ad regna et dominia praefata in illis de caetero mansuri, reverti fuerint, dummodo illi scilicet, qui in Italia, Gallia, Germania, et aliis Europae regionibus, provinciis, et locis quibuscunque commorantur, intra annum, qui verò extra Europam, intra biennium ad summum à die publicationis praesentium in eisdem regnis, et dominiis faciendae, computandum ad regna, et dominia praefata revertantur, cuiuscunque illi status, ordinis, et conditionis fuerint, tam laici quàm clerici, etiam in sacris ordinibus constituti, saeculares, vel cuiusvis ordinis, etiam militaris regulares, et in quacunque dignitate constituti fuerint, etiam si presentes in dictis regnis, et dominiis, usque in diem praefatae publicationis, aut ab illis absentes etiam deinceps, supradictis respectivè annis durantibus, in regnis, et dominiis praefatis, vel extra illa pro haereticis habiti, et ut tales declarati, ac pro talibus accusati, inquisiti, diffamati, publicè, vel occultè extiterint, ac etiam si eorum aliqui iudicialiter abiuraverint, necnon etiam carcerati, non tamen ex causa secundi lapsus, vel sub cautionibus relaxati reperiantur, et etiam si contra illos sit lata sententia cum bonorum confiscatione, dummodo talis sententia non sit publicata, et executioni demandata, et dummodo etiam dicti carcerati, vel

Digitized by Google

sub cautionibus relaxati, qui de haeresi, vel apostasia à fide, condemnati fuerint, aut confessi, vel convicti extiterint, abiurationem coram Inquisitoribus haereticae pravitatis dictorum regnorum, et illorum notario, ac duobus saltem testibus in illorum tribunali facere teneantur, qua abiuratione facta, etiam absque aliqua publica poenitentia per eos facienda, relaxari, et presenti gratia, etiam quoad remissionem poenarum temporalium, et bonorum, ut praefertur, gaudere debeant, ab omnibus, et singulis per eosdem hactenus, et quoad absentes, deinceps dictis annis respectivè durantibus perpetratis, etiam haereses, et ab eadem fide apostasias, et alios quoscunque impios errores redolentibus, caeterisque quantumvis gravibus, gravissimis, enormibus, et enormissimis, et aliàs qualificatis peccatis, criminibus, delictis, et excessibus huiusmodi, etiam si illa sub generali expressione non venirent, et specialem notam requirerent, necnon à quibusvis excommunicationum, suspensionum, interdictorum, et aliis ecclesiasticis temporalibus, corporalibus, etiam capitalibus, sententiis, censuris, et poenis à iure, vel ab homine, et à quibuscunque contra haereticam pravitatem Inquisitoribus praemissorum, et alia quavis occasione, vel causa latis, et promulgatis, etiam si in illis per plures annos insorduerint, et eorum absolutio nobis, et Apostolicae Sedi per quascunque constitutiones apostolicas, ac etiam per literas die coenae Domini legi solitas specialiter, vel aliàs quomodolibet generaliter reservata existat, quorum omnium, et singulorum qualitates, quantitates, et circunstantias, etiam aggravantes, pro expressis haberi volumus; ab haereticae videlicet pravitatis huiusmodi in foro civili, criminali, et contentioso, ut praefertur, penitus, et plenariè; in foro autem conscientiae tàm à praedictis, quàm à reliquis etiam criminibus, aliisque excessibus, haereticam pravitatem huiusmodi minimè redolentibus, ex nunc, prout ex tunc, postquam, ut infradicetur, sacramentaliter confessi fuerint, ac haereses, et apostasias à fide in eadem sacramentali confessione anathematizaverint, et detestati fuerint, iniunctis poenitentiis salutaribus, et aliis quae de iure fuerint iniungenda, et è contra, auctoritate apostolica tenore presentium gratiose absolvimus, et liberamus, ac huiusmodi sententias censuras, et poenas illis, et cuilibet eorum remittimus, et condonamus, ac illis universis, et singulis generalem à praemissis omnibus, et quibuscunque peccatis, excessibus criminibus et delictis veniam, absolutionem, et remissionem concedimus, et impartimur. Necnon eosdem carceratos, et alios detentos, ac etiam exules à carceribus, et exiliis, quibus occasione criminum haeresis,

Digitized by Google

et apostasiae huiusmodi detenti, et condemnati existunt, ac, quoad absentes in futurum dictis annis respectivè durantibus extiterint, relaxamus, liberamus, ac liberos dimittimus, ac relaxari, liberari, et liberos . . . . . mandamus, necnon omnem infamiae maculam, sive notam contra eos praemissorum occasione tam ex propriis quàm ex parentum consanguineorum, et affinium culpis, et aliàs quovis modo insurgentes ab eis penitus, et omnino abstergimus, et abolemus, et ulteriùs bonorum confiscationes hactenus factas, quorum tamen possessio pro eodem fisco apprehensa non fuerit, necnon pròcessus contra eos formatos, et sententias latas, non tamen publicatas, et executioni demandatas, et quoad absentes, dictis annis respectivè durantibus formandas, et ferendas etiam quoad bona quorum possessio per fiscum apprehensa non fuerit, necnon informationes, et alia quaecunque acta, et gesta ordinaria, et extraordinaria in iudicio, et extra contra eos hactenus facta, et quoad absentes eisdem annis, ut praefertur, respectivè durantibus facienda, quorum omnium tenores, status, ac merita similiter haberi volumus pro expressis, cassamus, irritamus abolemus et annullamus, atque cassa, irrita, abolita, et annullata fore et esse decernimus, ipsaque bona sic confiscata, et confiscanda si, ut dictum est, illorum possessio per fiscum apprehensa non fuerit, illis quibus fuerint confiscata, remittimus, donamus, et restituimus, illos tamen ad dignitates, beneficia, et officia tàm ecclesiastica, quàm temporalia obtinenda dispensare, aut habilitare per presentes nullo modo intendimus. Praeterea illorum conscientiarum securitati consulere volentes, universis et singulis confessoribus in praefatis regnis, et dominiis existentibus ex approbatis ab ordinariis locorum per supradictos eligendis, eorum singulos à praemissis excessibus, criminibus, peccatis, et delictis, confessionibus illorum diligenter auditis ac iniuncta cuilibet, eorum arbitrio, poenitentia salutari, ut praefertur, in foro conscientiae absolvendi plenariam et generalem facultatem, et potestatem concedimus, et impartimur. Decernentes, quod omnes qui in singulis casibus supradictis respectivè praemissa adimpleverint, in foro temporali, civili, et criminali etiam contentioso, à quibuscunque criminibus supradictis plenariè absoluti sint, et esse intelligantur. Ac volentes quantum ad forum fori, quod illi ad aliquam publicam confessionem, abiurationem, renunciationem, purgationem, poenitentiam, paritionem, et diligentiam faciendam non teneantur, et nihilominus praesens gratia illis, quoad haeresis, apostasiae à fide, et alia praefata crimina, etiam in foro civili, criminali, et contentioso, et etiam quoad omnia alia

Digitized by Google

delicta, et excessus pravitatem huiusmodi non redolentia, quaecunque, quotcunque, et qualiacunque fuerint in foro conscientiae tantum, dummodo eorum errata, et excessus alicui per eos eligendo confessario, ut supradictum est, in dictis regnis, et dominiis existenti ex approbatis per ordinarios locorum, ut præfertur, sacramentaliter corde contriti, et ore confessi fuerint, absque aliqua publica poenitentia illis iniungenda, in omnibus, et per omnia plenissime suffragetur. Atque statuentes ut illi omnes, qui iudicialiter, ut praefertur, haereses non abiuraverint, reconciliati non censeantur etiam ex eo quòd presenti venia generali potiti fuerint, nec etiam si forsan in aliquem praefatorum errorum, quod absit, iterum postea insiderint, vel aliàs quomodolibet incidisse deprehensi fuerint, relapsi reputentur, vel pro relapsis habeantur, nec inde aliquod indicium deinceps, etiam minimum contra eos oriri, allegari, vel deduci, in iudicio, vel extrà illud valeat, ac indulgentia, remissio, et alia praedicta in damnum, notam, iniuriam vel aliud incommodum illorum retorqueri nequeant: caeteri verò carcerati nimium, vel sub cautionibus relaxati, confessi, vel convicti, qui, ut praesenti gratia potiantur, ut dictum est, coram Inquisitoribus abiurationem fecerint, necnon alii etiam omnes, qui, ut praefertur, aliàs iudicialiter abiuraverint, et ob haereses, in quas de novo incurrerunt, presenti venia generali potiti fuerint, si postea iterum (quod absit) in haereses labantur, relapsi sint, et poenis relapsorum puniantur. Districtius inhibentes omnibus et singulis etiam iudicibus ecclesiasticis, et saecularibus, ac praelatis, Inquisitoribus, ordinariis, seu delegatis quacunque auctoritate, potestate, et dignitate, etiam pontificali, archiepiscopali, primitiali, et patriarchali, ac statu, gradu, conditione, ac praeeminentia etiam cardinalatus honore fulgentibus, et tali qualitate, de qua expressa mentio fieri deberet, pollentibus etiàm à Nobis, seu Sede praefata, etiam ad instantiam eiusdem Regis deputatis, et pro tempore deputandis sub excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententiis, ac beneficiorum, et officiorum per eos obtentorum privationis poenis, eo ipso, nisi p..... currendis, ne aliquos de haeresi, apostasia à fide, et aliis praemissis culpabiles, aut suspectos, qui gratiis praefatis iuxta presentium tenorem gaudere debent, si quos sub aliqua custodia, vel carcere teneant, ampliùs in carcere detineant, aut contra eos ad ulteriora procedant, imo captos relaxent, et exules ad patriam, et in eum statum, in quo fuerunt, et ante accusationes, condemnationes, carcerationes, et exilia huiusmodi existebant, reponant, et plenariè restituant. Accusatoribus verò, denunciatori-

Digitized by Google

bus, testibus, Inquisitoribus, judicibus, promotoribus, et aliis quibuscunque sub similibus censuris, et poenis, ne contra supradictos, occasione, seu pretextu delictorum, haeresim, à fide apostasiam redolentium hactenus commissorum, aut, quoad absentes deinceps, dictis respectivè annis, ut praefertur, durantibus committendorum, se intromittere, nec aliquos ad testificandum, vel accusandum, seu denunciandum inducere, vel illos super praemissis aliàs molestare quoquomodo audeant, seu praesumant. Ac decernentes omnes et singulos in praemissis inobedientes, vel contravenientes easdem sententias, censuras, et poenas eo ipso incurrere, ac beneficia per eos obtenta vacare, et à Nobis, et quibusvis illorum ordinariis collatoribus impetrari, et conferri posse ipsasque impetrationes, collationes, ac alias dispositiones alioquin legitime factas valere, plenamque roboris firmitatem obtinere, ac easdem presentes literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostrae defectu notari, vel impugnari non posse, nec sub quibusvis revocationibus, modificationibus, limitationibus, et suspensionibus quarumcunque similium, vel dissimilium literarum, ac etiam per Nos, et Sedem eandem factis et faciendis ullatenus comprehendi, sed ab illis semper exceptas esse, et quoties revocatae, vel limitatae fuerint, toties in pristinum, et eum, in quo in presenti existunt, statum restitutas, et reintegratas existere, necnon illarum transumptis manu notarii publici subscriptis, eandem prorsus tam in iudicio, quàm extra illud fidem adhiberi debere, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae, sicque in praemissis omnibus per praedictos, et alios quoscunque Inquisitores, et judices, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales in quacunque instantia, et iudicio coram eis, etiam nunc et in futurum pendente iudicari, sententiari, et definiri debere, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, sententiandi, et definiendi facultate, ac irritum et inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabili fratri archiepiscopo Ulixbonensi, ac dilectis filiis Inquisitori generali contra haereticam pravitatem in eisdem regnis, necnon spoliorum, ac iurium Camerae Apostolicae debitorum in dictis regnis Collectori generali per praesentes committimus, et mandamus quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios easdem praesentes pro maiori praefatorum notitia, et in eis contenta quaecunque ubi, et quando, ac quoties opus fuerit, publicantes, et in praemissis efficaciter assistentes, faciant praesentes, et in eis contenta quaecunque firmiter

Digitized by Google

observari, ac singulos, quos ipsae praesentes concernunt, illorum effectu pacificè gaudere. Non permittentes eos desuper per Inquisitores et judices praefatos, seu quoscunque alios quomodolibet impediri, molestari, vel perturbari, contradictores quoslibet, et rebelles per censuras, et poenas ecclesiasticas, et alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis. Non obstantibus praemissis, ac etiam felicis recordationis Bonifacii Papae viij, et aliorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, et aliis apostolicis necnon in generalibus, et provincialibus, ac synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, etiam ab eisdem Praedecessoribus, vel à Nobis etiam pluries emanatis, legibus quoque imperialibus, et regiis, necnon iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis officii Inquisitionis, et ecclesiarum, ac regnorum, et dominiorum praefatorum, illorumque civitatum, et locorum etiam municipalibus statutis, et consuetudinibus, sententiis quoque, ac privilegiis, in indultis, in corpore iuris clausis, ac etiam in forma Brevis, et aliis apostolicis literis etiam per Nos, et Praedecessores nostros, ac Sedem huiusmodi etiam Inquisitoribus praefatis, etiam ad instantiam ipsius Philippi, et aliorum quorumcunque Regum, vel Reginarum, aut etiam motu proprio, et de Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium consilio, etiam de apostolicae potestatis plenitudine, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis concessis, approbatis, et innovatis, etiam si in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis inibi expressis modis, et formis derogari possit; quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, et forma in illis tradita observata inserti forent, pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie, motu scientia, et potestatis plenitudine praefatis specialiter, et expresse derogamus, contrariis quibuscunque, seu si Inquisitoribus, et judicibus praefatis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto

Digitized by Google

huiusmodi mentionem. Ut autem praesentes literae ad omnium, quos concernunt, notitiam faciliùs deducantur, volumus, ac eisdem Archiepiscopo Ulixbonensi, ac Inquisitori, et Collectori generalibus in virtute sanctae obedientiae districtè praecipiendo mandamus, ut ipsi, vel quilibet eorum per se, vel alium, seu alios cum praesentium earundem transumpta, aut exempla acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento, aut limitatione in dicta civitate Ulixbonensi in ecclesia metropolitana intra missarum solemnia, dum populi multitudo ad divina officia convenerit, et per affixionem exempli, seu transumpti earundem praesentium ad valvas dictae ecclesiae metropolitanae publicent, et divulgent, ac publicari et divulgari faciant, ipsarum quoque praesentium transumptis, vel exemplis etiam impressis manu notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eandem fidem habendam esse decernimus, quae ipsismet originalibus literis haberetur, si forent exhibitae, et ostensae. Datum Romae apud Sanctum Marcum, sub annulo Piscatoris, die vigesima tertia Augusti. Millesimo sexcentesimo quarto. Pontificatus nostri anno decimo tertio [1].

Bulla do papa Clemente VIII a el-Rei

1604—Agosto 30

Clemens episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Philippo Portugallie et Algarbiorum Regi Catholico salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem ecclesie Malachanensi tunc per obitum bone memorie Joannis olim episcopi Malachanensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Christophori electi Malachanensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meri-

[1] Arch. Nac., Papeis varios do Santo Officio, (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 266.

Digitized by Google

torum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Christophorum electum et prefatam ecclesiam sue cure commissam habens pro nostra et sedis apostolice reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Christophorus electus tue Celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo quarto tertio kalendas septembris Pontificatus nostri anno tertio decimo [1].

Bulla do papa Clemente VIII

1604 — Dezembro 13

Clemens episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam Ecclesiarum ac Capellarum omnium persertim Regiarum decorem sinceris desiderantes affectibus ea illarum ministris pro augmento distributionum quotidianarum libenter concedimus que suis commoditatibus fore conspicimus opportuna volentes Itaque Capelle regie Ulixbonensi ut illi maiori cum decoro imposterum in divinis deserviatur prospicere ac illius capellanis de alicuius subventionis auxilio providere ipsosque capellanos necnon dicte Capelle administratores et alios officiales a quibusvis excomunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium dun-

[1] Arch. Nac., Maç. 19 de Bullas, num. 29.

Digitized by Google

taxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes consideratione charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugallie et Algarbiorum Regis Catholici nobis pro eis desuper humiliter supplicantis eidem Capelle pro augmento distributionum quotidianarum illius officialium et capellanorum prefatorum pensionem annuam et perpetuam ab omni decima quarta tertia media et quavis alia fructuum parte subsidio etiam charitativo et quocunque alio tam ordinario quam extraordinario onere quomodolibet nuncupato quavis etiam apostolica vel ordinaria auctoritate aut ex quacunque necessaria et necessario exprimenda causa etiam ad Imperatoris Regum Reginarum Ducum et aliorum Principum instantiam et intuitum seu etiam motu proprio et consistorialiter ac pro fabrica Basilice Principis Apostolorum de Urbe cruciata sancta et expeditione contra Turcas aut alios infideles ac sustentatione classis triremium et seminarii puerorum ecclesiastici manutentione ac alias quomodolibet canonice vel de facto ex nunc impositis et pro tempore imponendis etiam si in impositionibus huiusmodi caveatur expresse quod pensionarii quicunque pensiones suas quantumvis exemptas habentes pro illarum rata premissis contribuere teneantur quam rata infrascriptus Lupus tam suo quam infrascriptorum successorum nominibus de suo et eorum proprio solvere promittit absque spe aliquid unquam repetendi vel desuper etiam via iuris agendi onusque rate huiusmodi in se ex nunc pro se et dictis successoribus suscipit et quicquid propterea solverit vel solverint ex nunc Capelle et capellanis prefatis irrevocabiliter etiam donatione pura que dicitur fieri inter vivos perpetuo valitura generose donat et remittit ac perpetuo donatum et remissum esse vult ac fore promittit necnon belli pestis famis incendii naufragii aquarum inundationis agrorum depredationis ruinarum incursus inimicorum grandinis sterilitatis amissionis alicuius partis infrascripte ecclesie fructuum et quibusvis aliis similibus eventibus etiam quantumcunque insolitis et nunquam excogitatis pro tempore contingentibus liberam immunem et exemptam centum millium regalium monete Portugallie summam ducentorum ducatorum auri de Camera vel circa ut administratores et officiales ac capellani praefati asserunt constituentium super parrochialis ecclesie Sancte Marie loci de Pereira Colimbriensis diocesis que de jure patronatus dicti Philippi Regis ex fundatione vel dotatione aut ex privilegio apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum existit et quam dilectus filius Lupus de Siqueira Pereira rector dicte ecclesie obtinet fructibus redditibus proventibus et aliis iuribus et

Digitized by Google

emolumentis ad summam sexcentorum ducatorum similium secundum communem extimationem annuatim ut etiam asseritur ascendentibus thesaurario aut economo pro tempore existenti dicte Capelle seu eius procuratori ad id ab eo speciale mandantum habenti per dictum Lupum cuius ad hoc expressus accedit assensus et successores suos dictam ecclesiam pro tempore quomodolibet obtinentes annis singulis imperpetuum pro una videlicet in Domini nostri Jesu Christi et altera medietatibus pensionis huiusmodi in beati Joannis Baptiste nativitatum festivitatibus in civitate Ulixbonensi aut alio quocunque loco ad quem ipsam Capellam pro tempore transferri contigerit expensis Lupi et successorum praefatorum etiam presentibus Lupo et successoribus praefatis minime intimatis integre et absque ulla diminuitione aut defalcatione aut deductione vigore earundem presentium nec alias alioquin presens reservatio nulla sit eo ipso persolvendam apostolica auctoritate praefata earundem tenore presentium reservamus constituimus et assignamus Decernentes pensionem huiusmodi ullo unquam tempore ex quavis causa quantumvis iuridica urgenti ac legitima etiam ad successorum praefatorum instantiam seu motu simili ad minorem summam reduci annullari vel invalidari presentesque litteras huiusmodi de subreptionis vel obreptionis seu nullitatis vitio aut intentionis nostre seu quovis alio defectu notari impugnari et retractari non posse sed illas semper validas et efficaces fore necnon Capelle ac officialibus et capellanis praefatis perpetuo suffragari perinde ac si ipsa pensio in consistorio secreto nostro de sancte Romane ecclesie cardinalium consilio ac omnium interesse habentium expresso consensu et ex iusta ac rationabili causa reservata constituta et assignata fuisset Sicque per quoscunque judices et commissarios quavis auctoritate fungentes etiam Causarum Palatii apostolici auditores sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate ubique judicari et diffiniri debere necnon irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari Necnon Lupum et successores praefatos ad integram solutionem pensionis huiusmodi eidem thesaurario seu economo praefato faciendam iuxta reservationis constitutionis et assignationis praefatarum tenorem fore efficaciter obligatos Ac volentes et eadem auctoritate apostolica statuentes quod ille ex Lupo et successoribus praefatis qui in dictis festivitatibus vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes pensionem praefatam per eum Capelle ac officialibus et capellanis praefatis tunc debitam

Digitized by Google

non persolverit cum effectu lapsis diebus sententiam excomunicationis incurrat a qua donec thesaurario seu economo vel procuratori praetato de pensione huiusmodi tunc debita integre satisfactum aut alias cum eo vel procuratori praefato super hoc amicabiliter concordatum fuerit preterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium nequeat obtinere Si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes sententiam ipsam animo quod absit sustinuerit indurato ex tunc effluxis mensibus eisdem dicta ecclesia perpetuo privatus existat illa que vacare censeatur eo ipso Quocirca dilectis filiis Curie Causarum Camere apostolice generali auditori ac decano ecclesie Ulixbonensis et officiali Ulixbonensi per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra pensionem praefatam thesaurario seu economo vel procuratori praefato iuxta reservationis constitutionis et assignationis praefatarum continentiam et tenorem integre persolvi Et nihilominus quemlibet ex Lupo et successoribus praefatis quem huiusmodi excomunicationis sententiam incurrisse eis constiterit quoties super hoc pro parte Capelle ac officialium et capellanorum praefatorum fuerint requisiti tandiu dominicis et aliis festivis diebus in ecclesiis dum maior inibi populi multitudo ad divina convenerit excomunicatum publice nuncient et faciant ab aliis nunciari ac ab omnibus arctius evitari donec Capelle ac officialibus et capellanis praefatis de pensione huiusmodi eis debita fuerit integre satisfactum ipseque excomunicatus ab huiusmodi excomunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtinere contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque Aut si Lupo et successoribus praefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab apostolica sit sede indultum quod ad prestationem vel solutionem pensionis alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis reservationis constitutionis assignationis decreti voluntatis statuti et man-

Digitized by Google

dati infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo quarto Idus decembris Pontificatus nostri anno tertio decimo [1].

Bulla do papa Clemente VIII

1605 — Fevereiro 4

Clemens episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam Ex debito pastoralis officii ad ea per que in ecclesiis et Capellis Regiis quibuslibet divinus cultus cum divinorum officiorum celebratione ad Dei laudem augeatur libenter intendimus et ut id facilius subsequatur ea ecclesiis et Capellis ipsis pro augmento distributionum quotidianarum ac personarum illis in divinis huiusmodi deservientium libenter concedimus que eorum commoditatibus fore conspicimus opportuna Hinc est quod nos Collegio capellanorum cantorum et ministrorum Capelle Regie Ulixbonensis ut ipsi capellani cantores et ministri commodius sustentari valeant de alicuius subventionis auxilio providere volentes ipsosque capellanos cantores et ministros ac eorum singulos a quibusvis excomunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes eidem Collegio ac illius nunc et pro tempore existentibus capellanis cantoribus et ministris pro augmento distributionum quotidianarum dicte Capelle inter eosdem capellanos cantores et ministros dividi solitarum pensionem annuam et perpetuam ducentorum et quinquaginta scutorum ad rationem decem regalium pro quolibet scuto huiusmodi summam ducentorum ducatorum auri de Camera vel circa constituentium super parrochialis ecclesie abbatie nuncupate Sancti Michaelis de Pera Lamacensis diocesis que

[1] Arch. Nac., Maç. 10 de Bullas, num. 1.

Digitized by Google

de jure patronatus charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugallie et Algarbiorum Regis Catholici ex fundatione vel dotatione seu privilegio apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum esse dignoscitur et quam nos hodie tunc per obitum illius ultimi possessoris extra Romanam Curiam defuncti aut alias certo modo vacantem dilecto filio Simoni Botello presbytero dicte diocesis per alias nostras litteras sub certis modo et forma tunc expressis conferri et assignari mandavimus prout in dictis litteris plenius continetur fructibus redditibus et proventibus quorum tertiam partem pensio ipsa non excedit ut capellani cantores et ministri huiusmodi asserunt Collegio capellanis cantoribus et ministris praefatis vel eorum procuratori ad hoc ab eis speciale mandatum habenti per dictum Simonem cuius ad hoc expressus accedit assensus et successores suos dictam ecclesiam pro tempore quomodolibet obtinentes annis singulis in civitate Ulixbonensi pro una videlicet in beati Joannis Baptiste et altera medietatibus pensionis huiusmodi in Domini nostri Jesu Christi nativitatum festivitatibus integre ac sumptibus et expensis Simonis et successorum praefatorum vigore tamen presentium nec alias alioquin presens reservatio nulla sit eo ipso persolvendam ac in usus et augmentum distributionum quotidianarum huiusmodi convertendam praefato Philippo Rege nobis super hoc supplicante apostolica auctoritate earundem tenore presentium reservamus constituimus et assignamus Decernentes pensionem praefatam illiusque reservationem huiusmodi ex quocumque capite vel causa quantumvis legitima et juridica etiam ad instantiam Simonis et successorum praefatorum ad minorem summam reduci annullari vel invalidari seu nullam et invalidam ac reducibilem dici et censeri vel allegari aut adversus illam quicquam opponi vel obiici seu attentari non posse ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari Et nihilominus Simonem et successores praefatos ad integram solutionem pensionis huiusmodi Collegio capellanis cantoribus et ministris praefatis faciendam iuxta reservationis constitutionis et assignationis praefatarum tenorem perpetuis futuris temporibus fore efficaciter obligatos Ac volentes et eadem auctoritate statuentes quod ille ex Simone et successoribus praefatis qui in dictis festivitatibus vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes pensionem praefatam per eum tunc debitam non persolverit cum effectu lapsis diebus eisdem excomunicationis sententiam incurrat a qua donec Collegio capellanis cantoribus et ministris vel pro-

Digitized by Google

curatori praefatis de pensione huiusmodi per eum tunc debita integre satisfactum aut alias cum eis super hoc amicabiliter concordatum fuerit preterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium nequeat obtinere Si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes sententiam ipsam animo quod absit sustinuerit indurato ex tunc effluxis mensibus eisdem dicta ecclesia perpetuo privatus existat illaque vacare censeatur eo ipso Quocirca dilectis filiis Curie Causarum Camere apostolice generali auditori ac decano ecclesie Ulixbonensis et officiali Ulixbonensi per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra pensionem praefatam Collegio capellanis cantoribus et ministris seu procuratori praefatis iuxta reservationis constitutionis assignationis et decreti huiusmodi continentiam et tenorem integre persolvi Et nihilominus quemlibet ex Simone et successoribus praefatis quem huiusmodi excomunicationis sententiam incurrisse eis constiterit quoties super hoc pro parte capellanorum cantorum et ministrorum praefatorum fuerint requisiti tamdiu dominicis et aliis festivis diebus in ecclesiis dum maior inibi populi multitudo ad divina convenerit excomunicatum publice nuncient et faciant ab aliis nunciari ac ab omnibus arctius evitari donec Collegio capellanis cantoribus et ministris vel procuratori praefatis de dicta pensione tunc debita fuerit integre satisfactum ipseque excomunicatus ab huiusmodi excomunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtinere contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque Aut si Simoni et successoribus praefatis vel quibusvis aliis communiter aut divisim ab eadem sit sede indultum quod ad prestationem vel solutionem pensionis alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis reservationis constitutionis assignationis decreti voluntatis statuti et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attentare presumpserit indigna-

Digitized by Google

tionem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo quarto Pridie nonas februarii Pontificatus nostri anno tertio decimo *(sic)* [1].

Bulla do papa Clemente VIII

1605—Fevereiro 4

Clemens episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam Ex debito pastoralis officii ad ea per que in ecclesiis et Capellis Regiis quibuslibet divinus cultus cum divinorum officiorum celebratione ad Dei laudem augeatur libenter intendimus et ut id facilius subsequatur ea ecclesiis et Capellis ipsis pro augmento distributionum quotidianarum ac personarum illis presertim in divinis huiusmodi deservientium libenter concedimus que eorum commoditatibus fore conspicimus opportuna Hinc est quod nos Collegio capellanorum cantorum et ministrorum Capelle Regie Ulixbonensis de alicuius subventionis auxilio providere volentes ipsosque capellanos cantores et ministros ac eorum singulos a quibusvis excomunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes eidem Collegio ac illius nunc et pro tempore existentibus cantoribus capellanis et ministris pro augmento distributionum quotidianarum dicte Capelle inter eosdem capellanos cantores et ministros dividi solitarum pensionem annuam et perpetuam ducentorum et quinquaginta scutorum ad rationem decem regalium pro quolibet scuto huiusmodi summam ducentorum ducatorum auri de Camera vel circa constituentium super parrochialis ecclesie abbatie nuncupate sancti Michaelis ville de Zintra Ulixbonensis diocesis que de jurepatronatus charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugallie et Algarbiorum Regis Catholici ex funda-

[1] Arch. Nac., Maç. 11 de Bullas, num. 9.

Digitized by Google

tione vel dotatione seu privilegio apostolico cui non est hactenus in aliquo derogatum esse dignoscitur et quam nos hodie tunc per obitum illius ultimi possessoris extra Romanam Curiam defuncti aut alias certo modo vacante dilecto filio Ferdinando Novoes de Quiroga presbytero Mirandensis diocesis per alias nostras litteras conferri et assignari mandavimus prout in dictis litteris plenius continetur fructibus redditibus proventibus juribus obventionibus et emolumentis universis quorum tertiam partem pensio ipsa non excedit ut capellani cantores et ministri huiusmodi asserunt Collegio capellanis cantoribus et ministris praefatis vel eorum procuratori ad hoc ab eis speciale mandatum habenti per dictum Ferdinandum cuius ad hoc expressus accedit assensus et successores suos dictam ecclesiam pro tempore quomodolibet obtinentes annis singulis in civitate Ulixbonensi pro una videlicet in beati Joannis Baptiste et altera medietatibus pensionis huiusmodi in domini nostri Jesu Christi nativitatum festivitatibus integre ac sumptibus et expensis Ferdinandi et successorum praefatorum vigore tamen presentium nec alias alioquin presens reservatio nulla sit eo ipso persolvendam ac in usus et augmentum distributionum quotidianarum huiusmodi convertenda dicto Philippo Rege nobis super hoc supplicante apostolica auctoritate earundem tenore presentium reservamus constituimus et assignamus Decernentes pensionem prefatam illiusque reservationem huiusmodi ex quocunque capite vel ex quavis causa quantumvis legitima et juridica etiam ad instantiam Ferdinandi et successorum praefatorum ad minorem summam reduci annullari vel invalidari seu nullam et invalidam ac reducibilem dici et censeri vel allegari aut adversus illam quicquam opponi vel obiici seu attentari non posse ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari Et nihilominus Ferdinandum et successores praefatos ad integram solutionem pensionis huiusmodi Collegio capellanis cantoribus et ministris praefatis faciendam iuxta reservationis constitutionis et assignationis praefatarum tenorem perpetuis futuris temporibus fore efficaciter obligatos Ac volentes et eadem auctoritate statuentes quod ille ex Ferdinando et successoribus praefatis qui in dictis festivitatibus vel saltem infra triginta dies illarum singulas immediate sequentes pensionem praefatam per eum tunc debitam non persolverit cum effectu lapsis diebus eisdem excomunicationis sententiam incurrat a qua donec Collegio capellanis cantoribus et ministris vel procuratori praefatis de pensione huiusmodi per eum tunc debita integre satisfactum aut

Digitized by Google

alias cum eis super hoc amicabiliter concordatum fuerit preterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium nequeat obtinere Si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes sententiam ipsam animo quod absit sustinuerit indurato ex tunc effluxis mensibus eisdem dicta ecclesia perpetuo privatus existat illaque vacare censeatur eo ipso Quocirca dilectis filiis Curie Causarum Camere apostolice generali auditori ac decano ecclesie Ulixbonensis et officiali Ulixbonensi per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios faciant auctoritate nostra pensionem praefatam Collegio capellanis cantoribus et ministris aut procuratori praefatis iuxta reservationis constitutionis et assignationis ac decreti praedictorum continentiam et tenorem integre persolvi Et nihilominus quemlibet ex Ferdinando et successoribus praefatis quem huiusmodi excomunicationis sententiam incurrisse eis constiterit quoties super hoc pro parte capellanorum cantorum et ministrorum praefatorum fuerint requisiti tandiu dominicis et aliis festivis diebus in ecclesiis dum maior inibi populi multitudo ad divina convenerit excomunicatum publice nuncient et faciant ab aliis nunciari ac ab omnibus arctius evitari donec Collegio capellanis cantoribus et ministris vel procuratori praefatis de pensione huiusmodi tunc debita fuerit integre satisfactum ipseque excomunicatus ab huiusmodi excomunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtinere contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscunque Aut si Ferdinando et successoribus praefatis vel quibusvis aliis comuniter aut divisim ab eadem sit sede indultum quod ad prestationem vel solutionem pensionis alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excomunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem Et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis reservationis constitutionis assignationis decreti voluntatis statuti et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit

Digitized by Google

incursurum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo quarto Pridie nonas februarii Pontificatus nostri anno tertio decimo *(sic)* [1].

Bulla do papa Clemente VIII a Domingos, bispo eleito Fulsiculense

1605 — Fevereiro 7

Clemens episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Dominico electo Fulsiculensi Sincere devotionis affectus, quo nos et Romanam revereris ecclesiam promeretur ut votis tuis quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus Hodie siquidem ecclesie Fulsiculensi tunc certo modo quem haberi voluimus pro expresso pastoris solatio destitute de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate duximus providendum preficiendo te illi in episcopum et pastorem prout in nostris inde confectis litteris in quibus voluimus quod postquam illas haberes expeditas ad praefatam ecclesiam te conferres, et apud illam personaliter resideres quodque extra tuas civitatem et diocesem Fulsiculensem pontificalia officia exercere nequires plenius continetur. Cum autem sicut accepimus tu ad dictam ecclesiam que in partibus infidelium Aphrice existit commode nequeas te conferre et apud illam personaliter residere Nos volentes te praemissorum meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratioso tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi quoad dictam ecclesiam accedere et apud illam personaliter residere minime tenearis Quodque postquam munus consecrationis susceperis in civitate et diocesi Goanensi duntaxat que valde ampla et vasta est de expressa licentia venerabilis fratris nostri Alexii et pro tempore existentis archiepiscopi Goanensis qui suffraganeum habere consuevit cum assignatione solitorum quingentorum cruciatorum monete Portugallie quos dictus Philippus Rex quotannis in illis partibus exolvi mandat exercere libere et licite valeas priori volun-

[1] Arch. Nac., Maç. 11 de Bullas, num. 14.

Digitized by Google

tate nostra praefata ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus dicta auctoritate tenore presentium de speciali gratia indulgemus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri indulti infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo quarto, Septimo idus februarii Pontificatus nostri anno tertio decimo *(sic)* [1].

Bulla do papa Clemente VIII a Domingos Torrado, bispo eleito Fulsiculense

1605—Fevereiro 13

Clemens episcopus servus servorum Dei Dilecto filio Dominico Torrado electo Fulsiculensi salutem et apostolicam benedictionem Apostolatus officium meritis licet imparibus nobis ex alto commissum quo ecclesiarum omnium regimini divina dispositione presidemus utiliter exequi coadiuvante Domino cupientes solicito corde reddimur et solertes ut cum de ecclesiarum ipsarum regiminibus agitur committendis tales eis in pastores preficere studeamus qui populum sue cure creditum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant auctore Domino in spiritualibus et temporalibus salubriter regere et feliciter gubernare. Sane ecclesia Fulsiculensis que in partibus infidelium Aphrice existit ad presens certo modo pastoris solatio destituta Nos verum et ultimum dicte ecclesie vacationis modum quem etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet presentibus pro expresso habentes, et ad provisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, ne illa longe vacationis exponatur incommodis paternis et solicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam

[1] Arch Nac., Maç. 38 de Bullas, num. 7.

Digitized by Google

utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem Demum ad te ordinem fratrum Heremitarum Sancti Augustini professorem in presbiteratus ordine constitutum, et hodie in domo Goanensi dicti ordinis commorantem qui habes fidem a superioribus dicti ordinis de idoneitate ac commendaris de vita et moribus, et pro quo charissimus in Christo filius noster Philippus Portugallie et Algarbiorum Rex Catholicus de venerabilis frater noster Alexius archiepiscopus Goanensis nobis ad hoc per suas litteras humiliter supplicarunt cuique apud nos de religionis zelo, litterarum scientia, vite munditia, honestate morum spiritualium providentia et temporalium circumspectione aliisque multiplicum virtutum donis fide digna testimonia perhibentur direximus oculos nostre mentis Quibus omnibus debita meditatione pensatis de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta praefate ecclesie de ipsorum fratrum consilio apostolica auctoritate providemus teque illi in episcopum preficimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente Domino actus tuos praefata ecclesia regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens curam et administrationem praefatas sic exercere studeas solicite fideliter et prudenter quod ecclesia ipsa gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam Tuque preter eterne retributionis premium nostram et apostolice sedis beneficium et gratiam exinde uberius consequi merearis. Volumus autem quod postquam presentes litteras habueris expeditas ad praefatam ecclesiam te conferas et personaliter resideas apud eandem quodque extra tuas civitatem et diocesim Fulsiculensem pontificalia officia nequeas exercere et antequam pontificalia officia huiusmodi exerceas et munus consecrationis susceperis fidem catholicam iuxta formam quam sub Bullis nostris mittimus introclusam profitearis alioquin provisio et prefectio praefate nulle sint dictaque ecclesia vacare censeatur eo ipso Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo quarto Idus februarii Pontificatus nostri anno tertio decimo *(sic)* [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 38 de Bullas, num. 7.

Digitized by Google

Breve do papa Paulo V ao Arcebispo de Goa

1606—Fevereiro 6

Paulus Papa v—Venerabilis Frater salutem et apostolicam benedictionem. Alias postquam per nostras sub plumbo expeditas literas inter alia castrum de Cranganor, olim Cochinensis dioecesis, a dicta dioecesi Cochinensi dismembraveramus, ac in illud sic dismembratam ecclesiam, Sedem tunc Episcopalem, nunc Archiepiscopalem Angamalensem dilectis filiis Capitulo Ecclesiae Angamalensis, ac omnibus et singulis eorum juribus, bonis, et ornamentis transtuleramus, per nos acceptis, qui tunc existens Episcopus Cochinensis sub quibusvis praetextibus dismembrationem, et translationem hujusmodi impedire tentabat, et propterea, et forsan aliis de causis inter eum et Archiepiscopum Angamalensem variae dissentiones, et controversiae cum censurarum ecclesiasticarum hinc inde promulgatione non sine magno populi scandalo exortae erant.

Nos praemissis obviare, et pro tempore existenti Archiepiscopo Angamalensi certam dioecesim assignare volentes, venerabili fratri Alexio, tunc Goanensi, nunc Bracharensi Archiepiscopo, et in ejus defectio, personae ecclesiasticae regimini Ecclesiae Goanensis interim praepositae, ac illo legitime impedito, dilectis filiis Vicariis Provincialibus Ordinum Fratrum Praedicatorum, et Fratrum Eremitarum Sancti Augustini per nostras etiam in simili forma brevis expeditas literas comisimus, et mandavimus, quatenus ipse Archiepiscopus Goanensis, seu persona ecclesiastica, aut in eventum praedictum dicti Vicarii conjunctim procedentes de praemissis se diligenter informarent, et adscito, si discordes fuissent, haereticae pravitatis Inquisitore in officio hujusmodi antiquiore, vel si ille abesset, alio similiter Inquisitore antiquiore in tempore immediate sequenti certam dioecesim, districtum et territorium praedictae Ecclesiae Angamalensi auctoritate nostra assignaret, et si ita eis expedire videretur, quaecumque loca ad dioecesim Cochinensem et Meliaporensem spectantia, etiam intus regiones ipsas existentia ab eisdem dioecesibus perpetuo dismem-

Digitized by Google

brarent, separarent, illaque sic dismembrata et separata cum incolis, et habitatoribus eorumdem praedictae Ecclesiae Angamalensi pro ejus dioecesi etiam perpetuo assignarent, necessariasque scripturas, et declarationes desuper facerent.

Ac propterea Archiepiscopo Goanensi, seu personae ecclesiasticae, aut Vicariis, et Inquisitoribus praedictis praemissa et quaecumque alia circa ea necessaria et opportuna faciendi, dicendi, gerendi, et exercendi, ac quae fecissent, dixissent, gessissent, et exercuissent sub censuris ecclesiasticis, et aliis penis eorum arbitrio imponendis et applicandis, executioni demandari et observari faciendi licentiam et facultatem dicta auctoritate concessimus, et impartiti sumus, prout in aliis nostris literis in forma brevis sub die tertia Decembris 1609 *(sic)* desuper expeditis, quarum tenor praesentibus pro expresso haberi volumus, plenius continetur.

Cum autem, sicut charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici nomine nobis nuper expositum fuit, dictus Alexius Archiepiscopus ad executionem literarum in forma brevis deveniens, maturis, et gravibus, diversisque tractatibus, et deliberatione praehabitis, ac vocatis vocandis suam diffinitivam sententiam desuper latam sub die 22 Decembris, quae ob non interpositam, seu intra legitima tempora non prosecutam appellationem transivit in rem judicatam, certam dioecesim, et districtum, ac territorium praedictae Ecclesiae Angamalensis assignaverit, dismembraverit, et separaverit, prout in dicta sententia, cujus tenor praesentibus haberi pro sufficienter expresso plenius dicitur contineri.

Cumque parum sit sententias ferre, nisi sit qui illas debitae executioni demandet. Idcirco nos justis ipsius Philippi Regis supplicationibus, desuper nobis humiliter porrectis inclinati, Fraternitatae Tuae per praesentes committimus et mandamus, ut ad executionem dictae sententiae juxta illius continentiam et tenorem dicta auctoritate procedas: contradictores quislibet et rebelles per sententias, censuras et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis.

Non obstantibus quatenus opus sit felicis recordationis Bonifacii Papae VIII praedecessoris nostri de una, et in Concilio Generali edita de duabus, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad judicium non trahatur, ac omnibus illis, quae in nostris in forma brevis

Digitized by Google

expeditis literis praedictis volumus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 6 Februarii 1606. Pontificatus nostri anno II *(sic)* [1].

Breve do papa Paulo V a el-Rei

1606—Julho 21

Paulus Papa V—Charissimo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae et Algarbiorum Regi Catholico salutem et apostolicam benedictionem.

Majestatis Tuae in nos et Apostolicam Sedem meritis inducimur ut ejus votis quantum cum Deo possumus libenter annuamus.

Cum itaque, sicuti accepimus, statutis, seu stabilimentis Militiarum Jesu Christi, Sancti Jacobi de Spata, et Sancti Benedicti de Avis Regni Portugalliae, quarum tu perpetuus Administrator Apostolica auctoritate deputatus existis, caveatur expressè, quod Milites dictarum Militiarum praeceptorias, commendas, vel alia beneficia consequi non possint, nisi prius integrum triennium in partibus Africae cum duobus servientibus contra infideles militaverint.

Tu vero animadvertens innumera damna, quae a rebellibus Majestatis Tuae insularum Hollandiae, et in Zelandiae classe per eos nuper instructa, mercatoribus aliis quae ex Indiarum partibus ad tua Regna et dominia Europae navigant, inferrentur, eorumdem piratarum conatibus obsistere, et unam, vel plures ad hunc effectum ingentes classes instruere intendas, et ut classes tuae militibus strenuis instruantur, cupis Apostolicae benignitatis auctoritate per nos indulgeri, ut milites qui in quarumque tua classe per quinquennium una cum duobus servientibus pro tempore militaverint, praeceptorias quasvis dictarum Militiarum perinde consequi valeant, ac si in Africae partibus per triennium militassent.

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 47, pag. 633.— *Sobrescrito:* Venerabili Fratri Christophoro Archiepiscopo Goanensi.

Digitized by Google

Nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati, eidem Majestati Tuae concedimus et indulgemus ut quicumque Milites, qui in qualibet tua classe contra infideles tamen aut haereticos per quinquennium continuum tàm aestivo quàm hyemali temporibus cum duobus servientibus militaverint, quascumque dictarum Militiarum, et cujusvis earum respectivè commendas seu praeceptorias consequi et obtinere possint, et valeant perindè, ac si in Africa juxta praedicta statuta militassent.

Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictarum Militiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et approbatis. Quibus omnibus et singulis, eorumque tenores praesentibus pro expressis, et ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Marcum die 21 Julii 1606. Pontificatus nostri anno secundo [1].

Bulla do papa Paulo V ao Vigario Geral de Lisboa

1606—Julho 24

Paulus episcopus servus servorum Dei dilecto filio Officiali Ulixbonensi salutem et apostolicam benedictionem Ex iniuncto nobis desuper apostolice servitutis officio circa quarumlibet personarum regularium statum curis intendentes assiduis illa eis libenter provisionis auxilia impendi mandamus que ad religionis propagationem et infidelium conversionem ac animarum salutem profutura cognoscimus et per que ipse persone regulares in suis necessitatibus congrue et decenter adiuvantur Dudum siquidem per felicis recordationis Pium Papam v predecessorem nostrum accepto pro fide Catholica tam in partibus Indiarum Brasilii et Guinea

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 47, pag. 541.

Digitized by Google

quam aliis locis et Provinciis dominio pro tempore existentis Portugallie et Algarbiorum Regis subiectis propaganda ordinem Fratrum Predicatorum in ea Provincia plurimum indigere viris litteratis qui eorum eruditione et peritia Evangelicam doctrinam infideles earum partium possent et valerent docere verum ob dicte Provincie pauperpatem non posse in domo Colimbriensi dicti ordinis ubi Universitas studii generalis vigebat ultra sexdecim dicti ordinis Professores manutenere Idem predecessor ut maior religiosorum numerus in illa manuteneri posset maioresque exinde fructus spirituales in vinea Domini in illis partibus provenirent motu proprio parochiales ecclesias Sancti Bartholomei de Campello archidiaconatum nuncupatam et Sancti Michaelis Dolueira *(?)* ac Sancte Christine de Toutosa necnon Sancti Laurentii de Monteira et Sancti Cibronis seu Cipriani de Legariza ac Sancte Christine de Figueiro et Sancte Leocadie ac Sancti Joannis de Miomãis necnon Sancti Joannis olim Sancti Andree de Medin respective Portugalensis et Bracharensis ac Lamacensis diocesibus ad quas dum pro tempore vacant presentationes personarum idonearum per Ordinarios locorum ad presentationes huiusmodi in Rectores dictarum ecclesiarum instituendarum de antiqua et approbata eatenusque pacifice observata consuetudine ac pro tempore existentes Sancti Dominici Ulixbonensis ratione monasterii Sancti Andree Dansede Portugalensis diocesis huiusmodi illi necnon Sancti Gundisalvi Damarante ratione olim monasterii de Freixo illi ac de Villareal ratione olim monasterii Sancti Martini de Mancellos illi ac domui Sancti Gundisalvi huiusmodi necnon ad de Viana domorum dicti ordinis Priores et fratres ratione olim monasterii Sancti Salvatoris de Torre illi unitorum respective spectabant et pertinebant prout adhuc de presenti spectant et pertinent cum illis annexis ac omnibus iuribus et pertinentiis suis Collegio Colimbriensi dicti ordinis certis modo et forma tunc expressis ita ut cum animarum parrochianorum dictarum parrochialium ecclesiarum per idoneos Vicarios perpetuos ad dictorum Priorum et fratrum domorum huiusmodi presentationes in ipsis parrochialibus ecclesiis per locorum Ordinarios instituendos assignata eisdem Vicariis congrua portione pro eorum sustentatione arbitrio eorundem Ordinariorum dummodo portio huiusmodi centum ducatos annuatim non excederet nec minor quinquaginta ducatorum huiusmodi existeret exerceretur perpetuo uniri annecti et incorporari concessit prout in supplicatione desuper manu dicti predecessoris signata et registrata plenius dicitur contineri Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecto-

Digitized by Google

rum filiorum Provincialis Provincie ac Prioris et fratrum domus Sancti Dominici Ulixbonensis ordinis huiusmodi petitio continebat dum pecunie pro expeditione litterarum concessionis gratie predicte perquirerentur dictus predecessor rebus fuerit humanis exemptus ipsique fratres aliud Collegium magis insigne et eis commodum in civitate Ulixbonensi instituere pretenderent et alias ob eorum paupertatem litteras apostolicas super concessione gratie huiusmodi expediri facere non potuerint seu distulerint et propterea dicte uniones suum hactenus sortite non fuerint effectum dictum autem Collegium in prefata civitate Ulixbonensi de presenti institutum reperiatur ac in dicta civitate vigeat studium generale et una artium necnon alie quatuor theologie lectiones habeantur illiusque domus centum fratrum capax existat et nonnulli eorum temporibus debitis ad Indias pro infidelium conversione de superiorum suorum mandato se transferant ac exinde multos fructus referant ipsaque domus Ulixbonensis redditus ad sufficientem fratrum huiusmodi numerum qui onera predicta supportent congrue et decenter sustentandum non habeat pro parte Provincialis ac Prioris et fratrum domus huiusmodi asserentium fructus redditus et proventus Sancti Bartholomei super quibus una trecentorum Joanni Pinto da Cunha sexcentorum et quinquaginta et Sancti Joannis de Medin super quibus alia centum et sexaginta Emanueli de Beja trecentorum et viginti ac Sancti Michaelis super quibus reliqua pensiones annue octuaginta millium regalium monete Portugallie Sebastiano Madureira clericis dilectis filiis apostolica auctoritate reservate reperiuntur centum et octuaginta necnon Sancte Leocadie cuius ducentorum et octuaginta ac Sancti Cipriani trecentorum et quinquaginta ac Sancti Joannis de Miomãis ducentorum et viginti et Sancte Christine de Toutosa centum ac eiusdem Sancte Christine de Figueiro ducentorum et Sancti Laurentii parrochialium predictarum et illis forsan annexorum aliorum ducentorum ducatorum auri de Camera summam duorum millium et quingentorum ducatorum similium constituentes secundum communem extimationem valorem annuum non excedere nobis fuit humiliter supplicatum quatenus parrochiales ecclesias prefatas eidem domui Ulixbonensi perpetuo unire annectere et incorporare aliisque in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur Provincialem ac Priorem et fratres domus Ulixbonensis huiusmodi ac eorum singulos a quibusvis excomunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa

Digitized by Google

latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes necnon aliarum unionum dicte domui Ulixbonensi factarum tenores presentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati Discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus vocatis qui fuerint evocandi Sancti Bartholomei et Sancti Michaelis ac Sancte Christine de Toutosa necnon Sancti Laurentii et Sancti Cibronis seu Cipriani ac Sancte Christine de Figueiro et Sancte Leocadie ac Sancti Joannis de Miomãis et Sancti Andree de Medin ecclesias predictas eidem domui Ulixbonensi ex nunc prout ex tunc et e contra postquam et cum primum illas per cessum etiam ex causa permutationis vel decessum aut privationem seu quamvis aliam dimissionem vel amissionem illas ad presens obtinentium aut alias quibusvis modis etiam in mensibus quibuscunque etiam nobis et Romani Pontifici pro tempore existenti et sedi apostolice reservatis aut ordinariis Collatoribus etiam per constitutiones apostolicas pro tempore editas vel edendas seu litteras alternativarum aut alia privilegia et indulta concessis hactenus et imposterum concedendis simul vel successive vacare contigerit etiam si actu nunc quibusvis modis et ex illas ad presens obtinentium vel quorumvis aliorum personis seu per liberas eorumdem vel quorumvis aliorum resignationes de illis in Romana Curia vel extra eam etiam coram notario publico et testibus sponte factas aut constitutionem pie memorie Joannis Pape xxij etiam predecessoris nostri que incipit Execrabilis vel assecutionem alterius beneficii ecclesiastici quamvis auctoritate collati vacent seu earum aliqua vacet etiam si tanto tempore vacaverint quod earum collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii ad dictam sedem legitime devoluta ipseque parrochiales ecclesie dispositioni apostolice specialiter vel generaliter reservate existant et super eis inter aliquos lis cuius statum et merita cause nominaque et cognomina Judicum et Collitigantium eorumque ac dictas ecclesias obtinentium aut quorumvis aliorum concessiones provisiones presentationes institutiones aliaque iura et titulos necnon verum et ultimum singularum ecclesiarum predictarum si omnes aut earum aliqua ad presens vacent vacationis modum etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpore iuris clausa resultet presentibus haberi volumus pro expressis pendeat indecisa cum illis forsan annexis ac omnibus iuribus et pertinentiis suis universis auctoritate nostra perpetuo unias annectas et incorpores Ita quod si unionem annexionem et incorporationem huiusmodi per te

Digitized by Google

vigore presentium fieri contigerit ut prefertur liceat modernis et pro tempore existentibus domus Ulixbonensis huiusmodi fratribus parrochialium ecclesiarum et annexorum iuriumque et pertinentiarum suorum omnium et quorumcunque predictorum corporalem realem et actualem possessionem per se vel alium seu alios eorum et domus Ulixbonensis huiusmodi nomine propria auctoritate libere apprehendere et apprehensam perpetuo retinere fructus quoque redditus proventus iura obventiones et emolumenta quecumque illarum et cuiuslibet illarum percipere exigere levare recuperare locare dislocare arrendare ac in domus Ulixbonensis et fratrum predictorum usus et utilitatem convertere diocesani loci vel cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita Ac unam in Sancti Bartholomei et aliam in Sancti Michaelis ac aliam in Sancte Christine de Toutosa necnon aliam in Sancti Laurentii et aliam in Sancti Cibroni seu Cipriani ac aliam in eiusdem Sancte Christine de Figueiro et aliam in Sancte Leocadie ac aliam in Sancti Joannis de Miomãis et reliquam perpetuas vicarias de quibus occurrente earum vacatione previo examine per concursum iuxta formam Concilii Tridentini provideri debeat reservationibus et affectionibus apostolicis semper salvis in Sancti Andree parrochialibus ecclesiis predictis eadem auctoritate nostra etiam perpetuo sine alicuius preiudicio erigas et instituas necnon tot proprietates et bona stabilia ab eisdem parrochialibus ecclesiis et reliquis earum bonis quorum singulorum valor ad centum ducatos auri de Camera similes annuatim iudicio Ordinariorum ascendat similiter perpetuo dicta auctoritate nostra dismembres illaque sic dismembrata eisdem vicariis sic erectis et earum singulis pro tot presbyteris vicariis in dictis parrochialibus ecclesiis qui illarum parrochianorum animarum curam exerceant etiam perpetuo applices et appropries Decernendo presentes litteras semper et perpetuo validas et efficaces existere suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere illasque sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus suspensionibus derogationibus aut aliis contrariis dispositionibus etiam per quascunque constitutiones apostolicas vel Cancellarie apostolice regulas etiam per nos et successores nostros Romanos Pontifices etiam motu simili et consistorialiter ac sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis pro tempore etiam in crastinum assumptionis cuiuscunque Romani Pontificis ad summi Apostolatus apicem factas et concessas etiam unionum aliarumque similium gratiarum effectum non sortitarum revocatoriis non comprehendi nec comprehensas esse vel

Digitized by Google

censeri sed semper ab illis exceptas et quoties illas revocari limitari suspendi vel eis in aliquo derogari contigerit toties in pristinum statum restitutas et plenarie reintegratas ac de novo etiam sub quacunque posteriori data per modernos et pro tempore existentes Priorem et fratres domus Ulixbonensis huiusmodi pro tempore eligenda concessas esse et censeri ac ita per quoscunque Judices et Commissarios quavis auctoritate fungentes etiam causarum Palatii apostolici Auditores ac sancte Romane Ecclesie Cardinales etiam de latere Legatos ac dicte sedis Nuncios iudicari et diffiniri debere ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari Non obstantibus premissis ac recolende memorie Bonifacii Pape viij similiter predecessoris nostri et Lateranensis Concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a iure permissis fieri prohibentis aliisque apostolicis ac in universalibus et provincialibus ac synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus necnon domorum et ordinis predictorum juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis illis illorumque superioribus et personis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis clausulis et decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis approbatis et innovatis quibus omnibus etiam si de illis illorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda foret illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel Legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum Quas quidem litteras et processus habitos per easdem et inde sequuta quecunque ad dictas parrochiales ecclesias volumus non extendi sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari Et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in eisdem nostris mentio specialis Volumus autem quod propter unionem annexionem et incorporationem huiusmodi si illas

Digitized by Google

per te earundem presentium vigore fieri contigerit ut prefertur dicte parrochiales ecclesie debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura huiusmodi nullatenus negligatur sed earum congrue supportentur onera consueta Datum Rome apud Sanctum marcum anno Incarnationis Dominice Millesimo sexcentesimo sexto nono kalendas augusti Pontificatus nostri anno secundo [1].

Breve do papa Paulo V

1608 — Junho 11

Paulus Papa v — Universis et singulis praesentes litteras inspecturis salutem etc. *(sic)* Sedis Apostolicae providentia circumspecta, quae ratione suadente aliquando decrevit, experientia deinde comperto mutatione indigere nonnumquam immutat, prout re maturè discussa in Domino iudicat expedire. Alias siquidem felicis recordationis Gregorius Papa xiii Praedecessor noster certis tunc expressis causis adductus per suas in simili forma brevis litteras sub datum die 28 Januarii 1585 Pontificatus sui anno decimo tertio omnibus Patriarchis et Episcopis etiam Provinciae Chinae et Japonis sub interdicti ecclesiastici, et suspensionis ab ingressu ecclesiae et Pontificalium exercitio, aliis vero sacerdotibus, clericis et ministris ecclesiasticis tam saecularibus quam cuiusvis ordinis regularibus cuiuscumque status gradus ordinis et conditionis existerent sub excommunicationis maioris poenis ipso facto incurrendis interdixit et inhibuit ne ad easdem Regiones et Provincias Japonicas Evangelii praedicandi, vel doctrinam christianam docendi, aut sacramenta ministrandi, aliave munia ecclesiastica obeundi causa sine sua et Sedis Apostolicae expressa licentia proficisci auderent. Postmodum autem recolendae memoriae Clemens Papa viii similiter Praedecessor noster accepto quod tam Chinae et Japonum quam aliae illius vicinae et adiacentes insulae Regiones et Provinciae ac finitima Regna Indiae Occidentalis amplissima et populis refertissima erant, et pro tanta animarum multitudine ad fidem catholicam

[1] Arch. Nac., Collecção Especial, Caixa 14.

Digitized by Google

traducenda, et spiritualibus alimentis fovenda plures operarii, ac Ministri necessarii erant, quam ex sola Religiosorum Societate Jesu haberi poterant, omnibus et singulis Mendicantium ordinum Magistris seu Prioribus generalibus tunc et pro tempore existentibus indulsit ut cum necessitas postulasset quoslibet ordinis sui spectatae vitae et eruditionis religiosos, quos nimium ad praefata officia et ministeria idoneos et utiles fore in Domino iudicarent per Lusitaniam duntaxat et suscepta inde navigatione in Indias et civitatem Goanam atque ad Superiores ordinum in illis partibus existentes transmittere, et tam ipsi sic transmittendi quam alii supradictorum ordinum religiosi in eisdem Indiarum partibus existentes, et ad hoc munus obeundum à suis Magistris Ministris vel Prioribus generalibus seu aliis superioribus electi et approbati, tam ad Japonicas praefatas, quam ad alias proximas et adiacentes et Chinae et finitimorum Regnorum et terrae firmae Indiae Orientalis insulas, Regiones et Provincias accedere possent. Caeterum omnibus et singulis religiosis cuiuscumque status gradus ordinis conditionis essent sub excommunicationis maioris, a qua non nisi à Romano Pontifice, praeterquam in mortis articulo absolvi possent, nec non privationis vocis tam activae quam passivae, ac dignitatum, administrationum, et officiorum quorumcumque nec non inhabilitatis ad illa, et alia imposterum obtinenda ac exercenda poenis ipso facto absque ulla declaratione incurrendis interdixit, et prohibuit, ne ex insulis Philippinis nuncupatis sive qualibet alia Indiarum Occidentalium vel quae pro partibus Indiarum Occidentalium tunc habebantur parte ad illas pertinente, in Japonicas, et alias illis proximas adiacentes et finitimas insulas Provincias et Regiones praefatas etiam quorumcumque privilegiorum eis vel suis ordinibus à dicto Clemente et Romanis Pontificibus praedecessoribus suis sub quibuscumque tenoribus et formis in genere vel in specie etiam super facultate praedicandi verbum Dei per universum mundum eatenus concessorum seu in posterum etiam concedendorum, approbandorum et innovandorum nisi in illis de prohibitione huiusmodi et interdicto specialis specifica et expressa mentio cum sufficienti derogatione fièret, aut quovis alio praetextu, et quaesito colore proficisci, et transire auderent, vel praesumerent, et si qui eatenus vel in posterum secus facerent postquam moniti essent, statim sub eisdem poenis omni mora et excusatione cessante, ad dictas insulas Philippinas, vel alias partes Indiarum Occidentalium reverti et redire omnino tenerentur et ad id per quoscunque Judices Ecclesiasticos sub eisdem et aliis eorum arbitrio infligendis poenis

Digitized by Google

cogi, et compelli possent, prout in dictis Gregorii, ac praefati Clementis Praedecessorum desuper etiam in forma brevis sub datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 12 Decembris 1600 Pontificatus sui anno nono confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut ex insinuatione carissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici accepimus experientia compertum sit, quod prohibitio accedendi ad Indias et civitatem Goanam aliàs quam per Lusitaniam nec qui sperabatur ex eo fructum protulit, neque Catholicae fidei propagationis negotio utilis fuit Nos pro pastoralis officii nostri debito ut tantum opus Dei, omni sublato impedimento liberè peragi possit, quantum humilitati nostrae ex alto conceditur providere volentes, dictarumque litterarum Gregorii et Clementis Praedecessorum tenores praesentibus pro expressis habentes, omnibus et singulis Mendicantium ordinum Magistris, Ministris, seu Prioribus generalibus, aut alio quocumque nomine nuncupatis ordinum capitibus nunc et pro tempore existentibus, ut cum necessitas postulaverit quoslibet ordinis sui spectatae vitae et eruditionis religiosos quos nimirum ad praefata officia et munia idoneos et utiles fore in Domino iudicaverint ad Superiores ordinum in illis partibus existentes etiam per aliam viam quam per Lusitaniam in Japonicas et alias illis proximas adiacentes et finitimas insulas Provincias et Regiones praedictas servata in reliquis dictarum litterarum Clementis Praedecessoris forma in omnibus et per omnia et non aliàs transmittere liberè et licitè valeant auctoritate apostolica tenore praesentium indulgemus, non obstantibus interdicto, et prohibitionibus ac litteris dictorum Praedecessorum aliisque praemissis, nec non Apostolicis ac synodalibus provincialibus et universalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus nec non praefatae Societatis Jesu, aliarumque Religionum, Provinciarum et Religionum praefatarum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et litteris Apostolicis illis eorumque Praelatis superioribus et personis etiam particularibus sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis ac irritantibus et aliis decretis etiam motu proprio et ex certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine in genere vel in specie, ac alias quomodolibet concessis approbatis, et innovatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione, alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua ac de verbo

Digitized by Google

ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent praesentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, hac vice specialiter et expresse in quantum nostris prohibitioni et interdicto aliisque praemissis adversentur harum serie derogamus, ac derogatum esse et censeri neque illa eis ullatenus suffragari volumus et declaramus, caeterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile foret praesentes litteras ubicumque usus venerit ostendi et publicari volumus ut earum exemplis etiam impressis manu notarii publici vel alicuius dictarum Religionum secretarii subscriptis, et personae in dignitate ecclesiastica constitutae vel cuiusvis ex generalibus praedictis sigillo munitis eadem prorsus fides in judicio et extra adhibeatur quo praesentibus adhiberetur si essent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die undecima Junii MDCVIII. Pontificatus nostri anno quarto [1].

Breve do papa Paulo V a Francisco, bispo eleito de Angamale

1609—Março 21

Paulus Papa V—Dilecte fili salutem etc. *(sic)* Alias nos Ecclesiae Angamalensis ad oppidum de Granganor apostolica auctoritate translatae certo tunc expresso modo Pastoris solatio destitutae de persona tua nobis, et venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus ob tuorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorumdem consilio apostolica auctoritate providimus praeficiendo te illi in Archiepiscopum et Pastorem, cumque postmodum pallium insigne plenitudinis pontificalis officii fuisset a nobis nomine tuo cum ea, qua decuit instantia postulatum supplicationibus tuis annuentes pallium ipsum de corpore Beati Petri sumptum per venerabiles fratres Goanensem et Coquinensem Episcopos

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Sym. Lus., tomo 39, fol. 195 v.

Digitized by Google

tibi assignandum per dictum Nuntium duximus destinandum, ut ipsi Episcopi vel eorum alter illud tibi assignarent seu assignaret juxta formam, quam illis sub bulla nostra misimus introclusam, et a te nostro et Romanae Ecclesiae nomine fidelitatis debitae juxta formam, quam eis sub alia bulla nostra direximus, solitum reciperent, vel reciperet juramentum, prout in singulis nostris desuper sub plumbo expeditis literis plenius continetur. Cum autem sicut nobis nuper exponi fecisti, tibi valde laboriosum, et incommodum esset ob locorum distantiam ad dictos Episcopos pro recipiendo hujusmodi pallio accedere nobis idcirco humiliter supplicari fecisti, ut tibi in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur commoditati tuae, quantum cum Domino possumus consulere, teque specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis etc. *(sic)* censentes nec non singularum literarum praedictarum tenores praesentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de dilectorum filiorum nostrorum Roberti Sanctae Mariae in via Belarminii, ac Hieronimi Sancti Blasii de Annulo Pamphilii, nec non Joannis Garziae Sanctorum Quatuor Coronatorum titulorum Millinii Presbyterorum Cardinalium nuncupatorum, quibus hoc negotium examinandum commisimus, sententia, tibi ut a dilecto filio Archidiacono dictae Ecclesiae Angamalensis pallium praedictum, servata in reliquis omnibus praedictarum literarum forma tibi assignandum, recipere, nec non ipsi Archidiacono, ut illud tibi, ut petitur tradere libère et licite possitis, et valeatis, tenore praesentium licentiam et facultatem impartimur. Non obstantibus praemissis ac omnibus illis, quae in singulis literis praedictis voluimus non obstare. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 21 Martii MDCIX. Pontificatus nostri anno quarto [1].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Sym. Lus., tomo 51, fol. 197.—*Sobrescrito*: Dilecto filio Francisco electo Angamalensi.

Digitized by Google

Breve do papa Paulo V

1609 — Julho 8

Paulus Papa V — Ad futuram rei memoriam. Accepimus non sine animi nostri molestia, religiosos qui Religionis Catholicae propagandae, et aliàs in vinea Domini laborandi causa ad Indiarum partes, et certas illius Provincias à suis superioribus delegantur, destinatas sibi Provincias, et loca non petere, verum vel in ipso itinere immorari, vel aliò deflectere, non sine religionis eiusdem dispendio, et salutis animarum detrimento; quare nos pro nostra pastoralis officii sollicitudine, omnium saluti intendentes apostolica auctoritate, tenore praesentium omnibus et singulis cuiuscumque ordinis et congregationis ac societatis regularibus personis, qui ad partes Indiarum ad fidem Catholicam praedicandam sive alia ecclesiastica ministeria exercenda, et in messem Domini operarii mittentur, sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda praecipimus et mandamus, ut memores voti obedientiae per eos emissi ad eas Provincias et loca rectè se transferant, ad quae ab eorum superioribus missi fuerint, nec quovis praetextu absque eorumdem superiorum licentia legitimo tamen impedimento cessante in itinere immorentur, vel ad loca eis non destinata declinent, non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinum, quorum illi professi fuerint, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis, et litteris Apostolicis, illis, eorumque superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus et formis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et approbatis; quibus omnibus, et singulis eorum tenores praesentibus pro expressis, et ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praesentium transumptis etiam impressis manu alicuius notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio et extra adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si fo-

Digitized by Google

rent exhibitae, vel ostensae. Praesentibus ad nostrum et Sedis Apostolicae beneplacitum duraturis. Datum Romae apud Sanctum Marcum die 8 Julii 1609. Anno 5.° [1].

Breve do papa Paulo V

1609 — Dezembro 3

Paulus Episcopus servus servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. Cum nobis notum esset non sine magno dolore venerabilem Fratrem Episcopum Cochinensem una cum Angamalensis sedis nonnullis iconomis obsistere intentasse literis nostris Apostolicis sub plumbo, quibus inter alia Cranganorensem arcem, et parochialem illius ecclesiam cum omnibus et quibuscunque redditibus à Cochinensi dioecesi ad Angamalensem olim episcopatum nunc verò archiepiscopatum transferebamus quam avulsionem et transmutationem ad aliam dioecesim venerabilis Frater Cochinensis Episcopus impedire tentavit sub aliquo praetextu undè quamplurimae inter utrumque Episcopum discordiae et controversiae exortae sunt ex utraque parte excommunicationibus et ecclesiasticis censuris non sine magno subjecti populi scandalo promulgatis.

Nos qui hac eadem die alio hujus Apostolicae Sedis diplomate eamdem translationem et avulsionem confirmamus intentantes huic scandalo opportune occurrere, et in posterum providere, ne similia aliquando jurgia exoriantur cupientesque Archiepiscopo Angamalensi et successoribus certam dioecesim designare ac diffinire praedicti diplomati nostri tenorem pro expresso habentes praesentis virtute committimus, injungimus et jubemus venerabili Fratri Goensi Archiepiscopo, et (illius defectu) dilecto filio *(sic)* vel cuicumque qui Goanensem ecclesiam gubernaverit, et si hic legitime impediatur dilectis filiis Vicariis Provincialibus Ordinum Fratrum Divi Dominici, et Eremitarum Divi Augustini, ut venerabilis frater Archiepiscopus Goensis vel ecclesiastica persona substituta vel in dicto casu junctis Vicariis Provincialibus diligenter inquirant de hisce rebus,

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 194.

Digitized by Google

et si fortè dissenserint ad consilium adhibeant maximum natu ex haereticae pravitatis Inquisitoribus, qui auctoritate Apostolica in posterum assignant certam dioecesim et territorium distinctum Angamalensi Archiepiscopo, quibus si visum fuerit dividant, avellant, adjungant, et transferant quaecunque loca ad Meliaporensem dioecesim vel Cochinensem pertinentia quamvis inter earum fines contineantur. Quae loca ita divisa et avulsa cum incolis et parochialibus addicant, et subjiciant in perpetuum Angamalensi dioecesi, et quidquid statuerint et decreverint publicis tabulis confirment ne super hoc aliquando iterum jurgium exoriatur.

Quamobrem nos praesentis diplomatis tenore eadem Apostolica auctoritate Goensi Archiepiscopo vel personae id munus obtinenti vel praedictis Vicariis Provincialibus, vel Inquisitori facimus potestatem ut supradicta et reliqua que ad id opportuna judicaverint exequantur, et decernant, et ut cogant ecclesiasticis impositis censuris et aliis poenis a se decreta servare.

Ne tamen illarum incolae christifideles controversiarum causa rebus ad salutem necessariis fraudentur praecipimus et statuimus, ut Angamalensis, Cochinensis, et Meliaporensis Episcopus illos, quos vel olim vel nuper Christi gregi associati fuerint ex quibuscunque nationibus curent, ac regant nihil aliud respicientes quam territoria, quae vel antea incolebant, et quae sibi hactenus erant assignata vel praesentis diplomatis vigore fuerint assignanda, ac proindè praecipimus ut eisdem christifidelibus idoneos sacerdotes, et parochos attribuant et praecipimus etiam ut praesentes nostrae literae in omnibus semper vim obtineant, nec possint aliquando impugnari, redargui, revocari in judicio, vel extrà judicium aut controversiam ad juris formam reduci subreptionis vitio nullitatis, vel nostrae intentionis defectu, vel cujuscunque alterius etiam personarum, quae in praedictis rebus commodum suum intentassent, vel quocunque alio modo et ratione intendant habere quae licet ad id neque vocatae, neque auditae sint praecipimus tamen, ut hoc nostrum diploma immotum semper stabile, ac validum permaneat plenariosque et integros effectus obtineat. Et ita apud quoscunque Judices Commissarios etiam Sacri Palatii Auditores Santae Romanae Ecclesiae Cardinales Legatos à Latere, vel apud quoscunque alios, qui Apostolica auctoritate utantur ita diffiniatur, et judicetur quibus omnem potestatem alitèr diffiniendi et judicandi adhibimus et quidquid super hac re aliter judicaverint, et statuerint irritum, invalidum ac nullum pronuntiamus, vel id fecerint scienter vel ignoranter.

Digitized by Google

Non obstantibus supradictis nec nostra lege jure quaesito non tollendo, et aliis constitutionibus et Apostolicis statutis nec aliis moribus aut statutis Angamalensis, Cochinensis, et Meliaporensis Ecclesiae juramento, vel quacunque auctoritate etiam Sedis Apostolicae firmatis et sancitis. Nec obstantibus moribus, privilegiis, indultis, exceptionibus, immunitatibus, literis Apostolicis cujuscunque tenoris et formae quibuslibet clausulis, et exceptionibus confirmatis et concessis quae quomodocunque supradictis obstent (quarum tenorem pro sufficienter expressum haberi volumus, et earum vim quoad alia omnia stabilem ac ratam esse jubemus) ad hoc tamen derogamus, et irritam facimus si forte praesenti diplomati contradicat.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris 3 Decembris anno 1609. Pontificatus nostri anno 5 [1].

Breve do papa Paulo V

1611 — Agosto 12

Paulus Papa v — Ad perpetuam rei memoriam. In supereminenti militantis Ecclesiae specula, meritis licet imparibus, divina dispositione, praesidentes, ad universa orbis loca potissimum omnipotentis Dei misericordia per Catholicos Reges et Principes fidei Catholicae praedicationi, et introductioni patefacta aciem nostrae meditationis reflectimus, et ut in locis hujusmodi in dies magis plantetur, et plantata confirmetur Christi religio, eorumque incolae et habitatores propriorum Pastorum assistentia et regimine suffulti proficiant semper in fide, et operibus christianis, opem et operam libenter impendimus efficaces, prout eorumdem Regum exposcit devotio, nosque locorum et rerum circumstantiis maturè pensatis, ad fidei orthodoxae conservationem, et propagationem, animarumque salutem et profectum conspicimus in Domino salubriter expedire. Alias siquidem in partibus Indiarum Occidentalium cathedralis ecclesia Sancti Salvatoris Apostolica auctoritate erecta, et illi pro parte dioecesis, et cleri,

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 47, pag. 651.

Digitized by Google

ac populi Provincia de Pernambuco vulgo nuncupata concessa, et assignata fuit. Cum autem, sicut charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae et Algarbiorum Rex Catholicus nobis nuper exponi fecit, pro tempore existens Episcopus Sancti Salvatoris ob dictae Provinciae de Pernambuco distantiam, marisque incommodam, ac difficilem, et dispendiosam navigationem, piratarumque illic discurrentium periculum, curae, regimini, et administrationi sui gregis in dicta provincia consistentis, prout ejus pastorali officio incumbit, non sine illius salutis dispendio intendere nequeat; hincque incolae et habitatores dictae provinciae nec fidei doctrina, nec pie vivendi praeceptis instrui, nec si quid deliquerint corrigi ab Episcopo suo possint: et propterea si dicta Provincia de Pernambuco à praedicta ecclesia Sancti Salvatoris separaretur, et dismembraretur, illaque sic dismembrata et separata in vicariam, seu administrationem spiritualem Provinciae de Pernambuco nuncupandam pro uno vicario, seu administratore in spiritualibus Provinciae de Pernambuco nuncupando, qui inibi omnimodam spiritualem et ecclesiasticam, ac ordinariam, et quasi episcopalem jurisdictionem tam in foro interiori, quam exteriori haberet, et exerceret, erigeretur, et institueretur, ex hoc Provincia de Pernambuco hujusmodi profecto foelicioribus proficeret incrementis, illiusque cleri, et populi praedictorum saluti, et dictae fidei profectui, et exaltationi, divinique cultus incremento, et tot incommodis, et animarum periculis opportune consuleretur: quare idem Philippus Rex nobis humiliter supplicari fecit, quatenus eamdem provinciam ab ecclesia et dioecesi Sancti Salvatoris hujusmodi perpetuò separare, et dismembrare, ac inibi vicariam seu administrationem praedictam erigere et instituere, aliasque in praemissis opportunè providere dignaremur. Nos igitur, qui fidei cultum, et incrementum ac locorum quorumlibet salutarem directionem cum animarum christifidelium salute et spirituali consolatione intentis desideramus affectibus quascumque alias dismembrationes aliarum provinciarum et locorum ab ecclesia et dioecesibus praedictis hactenus Apostolica auctoritate factas praesentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, ac gloriosissimae ejus Genitricis Mariae, totiusque Curiae Coelestis honorem, et ipsius fidei Catholicae exaltationem, dictam Provinciam de Pernambuco cum illius territorio, oppidis, villis, locis, necnon clero, populo, et personis, ac monasteriis, ecclesiis, collegiis, et piis locis, ac beneficiis ecclesiasticis saecularibus, et quorumvis ordinum regularibus ab ecclesia Sancti Sal-

Digitized by Google

vatoris et dioecesi praedictis perpetuò separamus et dismembramus ab omni jurisdictione, subjectione, superioritate, correctione, visitatione, et potestate pro tempore existentis Episcopi Sancti Salvatoris, ejusque vicariorum, et officialium, ac a solutione quorumcumque jurium eidem Episcopo, et dilectis filiis capitulo dictae ecclesiae Sancti Salvatoris per clerum, populum, et personas Provinciae de Pernambuco hujusmodi ratione subjectionis, jurisdictionis, superioritatis, aut visitationis, etiam dioecesis, ita quod de caetero praedictus Episcopus Sancti Salvatoris aliquam jurisdictionem spiritualem, praeterquam in his, quae sunt ordinis, ac demptis inferius expressis in oppida terminos, territoria, villas, et loca, ac clerum, populum, personas, monasteria, ecclesias, et loca pia, necnon beneficia sub separatione, et dismembratione hujusmodi comprehensa exercere, nec eadem beneficia, quae antea ipsius collationem, provisionem, institutionem, vel quamlibet aliam dispositionem pertinebant conferre, seu de illis etiam providere, aut alias disponere, vel fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta per eum in Provincia de Pernambuco, illiusque terminis, territoriis, oppidis, villis, et locis praedictis ratione visitationis aut legis dioecesi percipere nullatenus possit dicta auctoritate etiam perpetuo eximimus, et totaliter liberamus, ipsamque Provinciam de Pernambuco sic dismembratam et separatam in vicariam, seu administrationem spiritualem Provinciae de Pernambuco nuncupandam pro uno praesbytero saeculari, vel cujusvis ordinis regulari vicario seu administratore in spiritualibus Provinciae de Pernambuco nuncupando in theologia, seu decretis graduato, vel aliàs praevio examine, seu judicio deputatorum Senatus Mensae Regiae Conscientiae et Ordinum Militarum, in quo quamplures viri tam saeculares, quam regulares literarum scientia, et virtute insignes reperiuntur, habili et idonei ad alios docendum approbato, ac per ipsum Philippum, et pro tempore existentem Portugalliae et Algarbiorum Regem perpetuis futuris temporibus, etiam hac prima vice liberè, nullius ad hoc requisito consensu, etiam ad tempus sibi bene visum deputando, et constituendo, qui deputationis, et constitutionis huiusmodi vigore, absque alia Romani Pontificis, vel Episcopi Sancti Salvatoris pro tempore existentium, aut cujusvis alterius confirmatione, approbatione, licentia, vel consensu, curam, regimen, et administrationem Provinciae de Pernambuco, et cleri et populi, tam christiani, quam gentilis, necnon oppidorum, terrarum et locorum in illius districtu, limitibus, terminis et locis praedictis consistentium habere, et inibi prae-

Digitized by Google

dicare et praedicari facere, gentilesque praedictos ad orthodoxae fidei cultum convertere, procurare, et conversos in eadem fide instruere, et confirmare, eisque baptismi gratiam, et confirmationis sacramentum impendere, et tam illis sic conversis, quam aliis omnibus fidelibus in Provincia de Pernambuco, ac illius oppidis, terris, villis, locis, territoriis, limitibus, et tam praedictis pro tempore degentibus, et ad ea declinantibus sacramenta ecclesiastica, et alia spiritualia munera, non tamen ea, quae sunt ordinis, ut praefertur, ministrare, et administrari etiam facere, et procurare, ac quaecumque beneficia ecclesiastica sub separatione et dismembratione huiusmodi comprehensa, et quae antea ad ipsius Episcopi Sancti Salvatoris collationem, provisionem, institutionem, seu quamvis aliam dispositionem pertinebant, conferre, et de illis disponere, ac in eis instituere calices, campanas, vestimenta, corporalia, et alia paramenta, et ornamenta consecrare, et benedicere, ecclesias, coemeteria, et loca ecclesiastica sanguinis, et seminis effusione, sive alias quomodolibet polluta, vel prophanata aqua per se ipsum benedicta reconciliare, ipsasque ecclesias, et loca sub Provincia de Pernambuco praedicta comprehensa, et illorum personas visitare, ac in illorum statum, regimen, statuta, consuetudines, vitam, ritus, mores, delicta, et disciplinam tam in capite, quam in membris inquirere, necnon Evangelicae et Apostolicae doctrinae, sacrorumque canonum, et generalium conciliorum decretis, et institutis inhaerendo, quaecumque mutatione, correctione, emendatione, punitione, revocatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoverit, reformare, mutare, corrigere, punire, et etiam de novo condere, necnon beneficiales, matrimonialesque, et quascumque alias causas ecclesiasticas et civiles, ac ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes motas, et inchoatas, ac interim movendas, cum earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis audire, decidere, et fine debito, prout juris fuerit, terminare, seu causas ipsas alii vel aliis idoneis modo et forma praedictis cum simili, vel limitata potestate pariter audiendas, decidendas, et terminandas delegare, ac denique plenam, meram, et omnimodam spiritualem et ecclesiasticam, ac ordinariam jurisdictionem, tam in foro interiori, quam exteriori habere, et eam, ac omnia alia, et singula quae pro tempore existens Episcopus Sancti Salvatoris in illis partibus hactenus habere, gerere, et exercere debuit, potuit, et convenit similiter, et pariformiter, nullaque prorsus differentia, exceptis tamen iis, quae, ut dictum est, sunt ordinis, prout divini cultus augmento, ac ipsorum cleri, et populi animarum saluti expe-

Digitized by Google

dire cognoverit, gerere, exercere, facere, et exequi, cum omnibus, et singulis aliis privilegiis, facultatibus, exemptionibus, libertatibus, jurisdictionibus, praeeminentiis, favoribus, gratiis et indultis, qui inde Ormuz et Mocambique, ac Cofala, necnon Maluco, aliisque provinciis et locis erectae administrationes, et illarum pro tempore deputati administratores similiter ordinariam, ut praefertur, jurisdictionem inibi habentes utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri et gaudere possunt, et poterunt, quomodolibet in futurum, auctoritate et tenore praedictis similiter perpetuo erigimus et instituimus. Decernentes praesentes literas nullo unquam tempore, ex quavis causa, etiam quod praedictus Episcopus Sancti Salvatoris, aut quomodolibet interesse habentes ad hoc vocati minimè fuerint, de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut in jus, et controversiam vocari, nec contra illas restitutionem in integrum, reductionem ad terminos juris, aut quodvis aliud gratiae, vel juris remedium impetrari posse, nec causas, propter quas praemissa concessa fuerunt minimè verificare, nec ob id viribus carere, minusque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revogationibus, limitationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus, et eis in toto, vel in parte derogantibus, vel obviantibus, etiam à nobis et dicta Sede quomodolibet pro tempore emanatis nullatenus compraehendi, sed semper validas, et ab illis prorsus exceptas, et quoties illae emanabunt, aut sub eis quovismodo comprehendi viderentur, toties in pristinum, et eum, in quo antequam illae emanassent, statum restitutas, repositas, et plenariè reintegratas, ac de novo concessas esse, et censeri, et ad hoc, ut sub illis non compraehendantur, vim validi et efficacis contractus inter nos et dictam Sedem, ac Philippum, et pro tempore existentem Regem praedictum initi, et stipulati, et omni tempore suos plenarios et integros effectus sortiri: sicque per quoscumque judices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata etc. *(sic)* attentare. Non obstantibus praemissis, et quibusvis Apostolicis, ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, necnon dictae ecclesiae Sancti Salvatoris, etiam juramento etc. *(sic)* roboratis statutis, et consuetudinibus, ac fundatione, erectione, institutione, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis eidem ecclesiae Sancti Salvatoris, et illius Praesuli pro tempore existenti, ac praedictis capitulo, et aliis personis sub quibuscumque te-

Digitized by Google

noribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine, ac etiam consistorialiter, vel alias quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, et ad verbum insertis habentes, illis etc. *(sic)* permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ac statuimus, et ordinamus, quod clerus, et populus, aliique incolae et habitatores tam sub per presentes erecta Provinciae *(sic)* de Pernambuco, quam de caetero, earumdem praesentium vigore erigendis vicariis, seu administrationibus praedictis compraehensi, et compraehendendi, in his, quae sunt ordinis, ut praefertur, ad praedictum Episcopum Sancti Salvatoris pro tempore existentem, habitis tamen à suis vicariis, seu administratoribus, ad id literis dimissoribus, recurrere teneantur, quodque Provincia de Pernambuco, et alii praesentium vigore pro tempore deputati vicarii, seu administratores ratione personarum suarum dumtaxat visitationi, correctioni, superioritati, et jurisdictioni praedicti Episcopi Sancti Salvatoris pro tempore existenti subsint, et à sententiis diffinitivis tantum, seu vim diffinitivam habentibus, et quarum gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat per ipsos vicarios, seu administratores, seu eorum officiales pro tempore latis appellationes ad eumdem Episcopum Sancti Salvatoris pro tempore existentem interponere, ipsarumque appellationum causa per eum cognosci, decidi, et fine debito, prout juris fuerit, terminari possint. Datum Romae apud Sanctum Marcum etc. *(sic)* die 12 Augusti 1611. Anno septimo [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 52, fol. 73 v.

Digitized by Google

Carta d'el-Rei ao papa

1611 (?)

Muito santo em Christo Padre etc. Por estar vago o arcebispado de Evora por falecimento do Arcebispo Dom Diogo de Sousa (que Deus perdoe) que delle foi ultimo possuidor e cumprir muito ao serviço de Deus e ao bom governo espiritual daquela igreia provella logo de prellado que acuda as obrigacoes della e cumpra nisso inteiramente com a sua, e vendo como em Dom Jose de Mello Bispo de Miranda concorrem virtude letras e outras boas partes e calidades de quẽ se pode ter por serto que dara de sy no governo do dito arcebispado a mesma satisfação com que procedeo no de Miranda de que se tem experiencia como tudo mais largamente constara dos papeis de sua abelitação o nomeo a Vossa Santidade pera o dito arcebispado e peco a Vossa Santidade por merce lhe aceite a renunciacão que faz do bispado de Miranda em mãos de Vossa Santidade e o proveja delle na forma que lhe propora mais particularmente de minha parte o meu agente o que receberei de Vossa Santidade em especial graca e merce Muito santo etc. [1].

Breve do papa Paulo V

1612—Janeiro 18

Paulus Papa v—Ad futuram rei memoriam. In beati Petri Principis Apostolorum solio nullis nostris meritis a Domino constituti, Ecclesiarum omnium tranquillitati ex qua divinus cultus suscipit incrementum, et animarum augetur salus ita invigilare tenemur, ut scandalis, et anima-

[1] *Minuta sem data, no* Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 14, fol. 184.

Digitized by Google

rum periculis quantum cum Domino possumus sollicite occurramus, ut sublatis omnibus offendiculis facilius Domino serviatur in sanctitate, et iustitia coram ipso, piisque idem spectantibus catholicorum Regum votis libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Alias siquidem felicis recordationis Clemens Papa viij praedecessor noster supplicationibus charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae, et Algarbiorum Regis Catholici inclinatus, sua constitutione perpetuo duratura statuit, et ordinavit, ut ex tunc canonicatus, et praebendae, ac dignitates in cathedralibus, et dignitates principales in collegiatis ecclesiis, necnon parrochiales ecclesiae, et earum perpetuae vicariae, ceteraque curam animarum habentia beneficia ecclesiastica dictorum regnorum quoties illa per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, vel privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem ea pro tempore obtinentium, seu ius in illis, vel ad illa habentium, aut alias quovis modo, etiam apud Sedem Apostolicam, ac etiam in aliquo ex mensibus in quibus vacantium beneficiorum ecclesiasticorum dispositio sibi, et eidem Sedi etiam per constitutiones apostolicas, seu Cancellariae apostolicae regulas esset, vel pro tempore fuisset reservata, vel affecta, seu etiam ordinariis collatoribus per easdem constitutiones, seu regulas, vel literas alternativarum, aut alia privilegia, et indulta concessa eatenus, vel im posterum concedenda, seu etiam de iure communi, vel alias quomodolibet competentia, et competitura vacare contingeret, etiam si actu tunc ut praefertur, vel alias quibusvis modis, et ex quorumcunque personis vacarent, ac ex eo quòd canonicatus, praebendas, dignitates, parochiales ecclesias, vicarias, et alia curata beneficia huiusmodi obtinentes, seu in illis, vel ad illa ius habentes sui, aut quorumcunque aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum, seu successorum suorum, aut Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium etiam viventium, et in dicta curia presentium familiares continui commensales, seu dictae Sedis notarii, subdiaconi, accoliti, capellani, iurium Camerae apostolicae debitorum collectores, vel unici subcollectores aut eiusdem Sedis, vel Romanae Curiae officiales quocunque nomine nuncupati, seu ex quavis alia causa dispositioni apostolicae specialiter vel generaliter reservata, aut generali reservatione apostolica affecta, seu ad Sedem eandem devoluta, aut etiam in dicta Curia, vel extra eam litigiosa, seu de jurepatronatus laicorum, etiam Regum, Ducum, Principum, vel aliorum nobilium, et illustrium, seu laicorum, et clericorum mixtim etiam ex fundatione, vel dotatione, aut indulto aposto-

Digitized by Google

lico, seu aliàs quomodolibet qualificata existerent, vel forent, alicui, seu aliquibus personis de genere, seu stirpe haebreorum descendentibus, ex paterna et materna linea vel earum altera usque ad septimum gradum inclusivè a tempore conversionis illorum computando originem trahentibus conferri, talesque personae ad illa eligi, praesentari, vel alias assumi, aut in eis institui nullatenus nullove modo possent, et aliàs, prout in ipsius Clementis praedecessoris in simili forma Brevis sub die xviij Octobris M. D. C. expeditis literis plenius continetur. Cum autem sicut dicti Philippi Regis nomine nobis nuper expositum fuit, ad publicam dictorum regnorum ecclesiarum quietem, et salutem non parum intersit ut etiam personis tàm secularibus, quàm regularibus ex haebreorum genere, seu stirpe descendentibus exercitium curae animarum tàm in secularibus, quam cuiusvis ordinis regularibus ecclesiis interdicatur. Idcirco nos eiusdem Philippi Regis supplicationibus nobis humiliter porrectis inclinati dictarum literarum tenores veriores presentibus pro expressis habentes, de consilio venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium haereticae pravitatis generalium Inquisitorum hac nostra similiter perpetuo valitura constitutione statuimus, et ordinamus quod nullus ex haebreorum praefatorum genere, seu stirpe praefatis descendens in literis Clementis praefatis comprehensus usque ad septimum gradum inclusivè secularis, sive cuiusvis ordinis, vel militiae regularis in ecclesiis dictorum regnorum saecularibus, vel cuiusvis ordinis, aut militiae regularibus munus vicarii exercentis curam animarum etiam amovibilis sub quovis praetextu exercere, nec ad eam exercendam admitti possit, nec debeat districtè praecipiendo locorum ordinariis, ac monasteriorum, et regularium locorum regnorum huiusmodi praelatis, superioribus, et aliis ad quos spectat, nè contra presentis nostrae constitutionis tenorem personas ex haebreorum praefatorum genere seu stirpe descendentes usque ad septimum gradum inclusive ad exercendam curam animarum deputare audeant, seu praesumant. Decernentes presentibus literis per quascunque alias literas apostolicas etiam quasvis generales vel speciales etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque efficaciores, et insolitas clausulas, ac irritantia, et alia decreta sub quibuscunque verborum formis concepta in se continentes nullatenus derogari, nec derogatum censeri, nisi in illis de impuritate generis, stirpis, et sanguinis personarum huiusmodi specialis mentio fiat: sicque in praemissis omnibus, et singulis per quoscunque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici Auditores, et San-

Digitized by Google

ctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretàndi facultate, et auctoritate iudicari et diffiniri debere, ac irritum et inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus praemissis, ac apostolicis, necnon in provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, necnon ecclesiarum in quibus cura animarum huiusmodi exerceri solet, ac regnorum huiusmodi etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, gratiis, et declarationibus eisdem personis hactenus sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis eorum omnium, et singulorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, et ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, et expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut presentium transumptis, et impressis manu notarii publici subscriptis, et sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem ubique fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quae eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xviij Januarii M. D. C. xij. Pontificatus nostri anno septimo [1].

[1] ARCH. NAC., Papeis varios do Santo Officio, (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 273.

Digitized by Google

Breve do papa Paulo V

1612—..... 21[1]

Paulus papa quintus ad perpetuam rei memoriam. Insuper eminenti militantis ecclesiae specula meritis licet imparibus divina dispositioni praesidentis ad universa orbis loca potissimum omnipotentis Dei misericordia per catholicos Reges et Principes fidei catholicae praedicationi et introductioni patefacta aciem nostrae meditationis reflectimus et ut in locis huiusmodi indies magis plantetur et plantata confirmetur Christi religio eorumque incolae et habitatores propriorum pastorum assistentia et regimine suffulti proficiant semper in fide et operibus christianis opem et operam libenter impendimus efficaces, prout eorundem Regum exposcit devotio Nosque locorum et rerum circunstantiis mature pensatis ad fidei orthodoxae conservationem et propagationem animarumque salutem et profertum conspicimus salubriter in Domino expedire. Alias siquidem in partibus Indiarum Orientalium metropolitana ecclesia Goanensis apostolica auctoritate erecta, et illi pro parte diocesis et cleri ac populi provincia sive districtus insulae de Mocambique vulgo nuncupatus concessus et assignatus fuit. Cum autem sicut charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae et Algarbiorum Rex Catholicus nobis nuper exponi fecit pro tempore existens archiepiscopus Goanensis ob dictae provinciae sive districtus insulae de Mocambique locorum infrascriptorum distantiam marisque incommodum ac difficilem et dispendiosam navigationem curae regimini et administrationi sui gregis in dicta provincia sive districtu locisque huiusmodi consistentis prout eius pastorali officio incumbit non sine illius salutis dispendio intendere nequeat hincque incolae et habitatores dictae provinciae sive districtus et locorum huiusmodi nec fidei doctrina, nec pie vivendi preceptis ita commode instrui nec si quid delinquerint corrigi ab archiepiscopo suo possint et propterea si dicta provincia seu districtus de Mo-

[1] *A 15 de Maio de 1612 acaba o anno 7.° do Pontificado de Paulo V, não pode ir pois a data alem de 21 de Abril.*

Digitized by Google

cambique cum eisdem locis a praefata ecclesia Goanensi separaretur et dismembraretur illaque sic separata et dismembrata in vicariam seu administrationem spiritualem provinciae sive districtus insulae de Mocambique nuncupatam pro uno vicario seu administratore in spiritualibus provinciae sive districtus insulae de Mocambique nuncupando qui inibi omnimodam spiritualem et ecclesiasticam ac ordinariam iurisdictionem non tamen in his quae sunt ordinis, tam in foro interiori quam exteriori haberet et exerceret, erigeretur et institueretur, et hoc profecto provinciae sive districtus insulae de Mocambique huiusmodi felicioribus proficeret incrementis illiusque cleri et populi praefatorum saluti ac dictae fidei profectui et exaltationi divinique cultus incremento et tot incommodis et animarum periculis opportune consuleretur. Quare idem Philippus Rex nobis humiliter supplicari fecit, quatenus eandem provinciam sive districtum ab ecclesia et diocesi Goanensi huiusmodi perpetuo separare et dismembrare ac inibi vicariam seu administrationem praefatam erigere et instituere aliasque in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui fidei cultum et incrementum ac locorum quorumlibet salutarem directionem cum animarum christi fidelium salute et spirituali consolatione intentis desideramus affectibus quoscunque alias dismembrationes aliarum provinciarum et locorum ab ecclesia et diocesi praefatis hactenus apostolica auctoritate factas presentibus pro expressis habentes huiusmodi supplicationibus inclinati, ad omnipotentis Dei laudem et gloriam ac gloriosissimae eius genitricis Mariae totiusque curiae coelestis honorem et ipsius fidei catholicae exaltationem dictam provinciam sive districtum insulae de Mocambique et loca quae a promontorio de Guadufui usque ad promontorium Bonaespei continentur necnon quae Mombaca Zamzibar Ampaza nuncupantur et omnia alia illius orae, ac etiam quae Cabaceira, Sofala Sena Tete vocantur, aliaque omnia fluminis de Cuama et reliqua in illis partibus iurisdictioni vicariorum archiepiscopi Goanensis in locis de Mocambique et Mombaca subsunt cum illorum territoriis oppidis villis locis necnon clero populo et personis ac monasteriis ecclesiis collegiis et piis locis ac beneficiis ecclesiasticis secularibus et quorumvis ordinum regularibus ab ecclesia et diocesi Goanensi praefatis perpetuo separamus et dismembramus ab omni iurisdictione subiectione superioritate correctione visitatione et potestate pro tempore existentis archiepiscopi Goanensis eiusque vicariorum et officialium a solutione quorumcunque iurium eidem archiepiscopo et dilectis filiis capitulo ecclesiae Goanensis per clerum po-

Digitized by Google

pulum ac personas provinciae sive districtus insulae de Mocambique huiusmodi ratione subiectionis superioritatis iurisdictionis aut visitationis etiam diocesis, ita quod de caetero praefatus archiepiscopus Goanensis aliquam iurisdictionem spiritualem praeterquam in his quae sunt ordinis ac demptis inferius expressis in oppida terminos territoria villas et loca ac clerum populum personas monasteria ecclesias et loca pia necnon beneficia sub separatione et dismembratione huiusmodi comprehensa exercere nec eadem beneficia, quae antea ad ipsius collationem provisionem institutionem vel quamlibet aliam dispositionem pertinebant conferre seu de illis etiam providere, aut alias disponere vel fructus redditus proventus iura obventiones et emolumenta per eum in provincia seu districtu insulae de Mocambique illiusque terminis territoriis oppidis villis et locis praefatis ratione visitationis aut legis diocesis percipere nullatenus possit dicta auctoritate etiam perpetuo eximemus et totaliter liberamus ipsamque provinciam seu districtum insulae Mocambique sic dismembratum et separatum in vicariam seu administrationem spiritualem provinciae seu districtus insulae de Mocambique nuncupandus pro uno presbitero saeculari vel cuiusvis ordinis regularis vicario seu administratore in spiritualibus provinciae seu districtus insulae de Mocambique nuncupando in theologia seu decretis graduato vel alias praevio examine seu judicio deputatorum senatus mensae regiae conscientiae et ordinum militiarum in quo quamplures viri tam seculares quam regulares literarum scientia et virtute insignes reperiuntur, habili et idoneo ad alios docendum approbato, ac per ipsum Philippum et pro tempore existentem Portugalliae et Algarbiorum Regem perpetuis futuris temporibus, et hac prima vice libere nullius ad hoc requisito consensu etiam ad tempus sibi benevisum deputando et constituendo qui deputationis et constitutionis huiusmodi vigore absque alia Romani Pontificis vel archiepiscopi Goanensis pro tempore existentium aut cuiusvis alterius approbatione confirmatione licentia vel consensu curam regimen et administrationem provinciae seu districtus insulae de Mocambique ac cleri et populi tam christiani quam gentilis, necnon oppidorum terrarum et locorum in illius districtu limitibus terminis et locis praefatis consistentium habere et inibi predicare et praedicari facere, gentilesque praefatos ad orthodoxae fidei cultum convertere provocare et conversos in eadem fide ministrare et confirmare eisque baptismi gratiam et confirmationis sacramentum impendere, et tam illis sic conversis quam omnibus aliis fidelibus in provincia seu districtu insulae de Mocambique ac illius oppidis terris

Digitized by Google

villis locis territoriis limitibus et tam praefatis pro tempore degentibus et ad ea declinantibus sacramenta ecclesiastica et alia spiritualia munera, non tamen ea quae sunt ordinis ut praefertur ministrare et administrari etiam facere et procurare ac quaecunque beneficia ecclesiastica sub separatione et dismembratione huiusmodi comprehensa, et quae antea ad ipsius archiepiscopi Goanensis collationem provisionem institutionem seu quamvis aliam dispositionem pertinebant conferre et de illis disponere, ac in eis instituere calices campanas vestimenta corporalia et alia paramenta et ornamenta consecrare et benedicere ecclesias coemiteria et loca ecclesiastica sanguinis et seminis effusione seu alias quomodolibet polluta seu prophanata aqua per se ipsum benedicta reconciliare ipsasque ecclesias et loca sub provincia seu districtu insulae de Mocambique huiusmodi comprehensa et illorum personas visitare ac in illorum statum regimen statuta consuetudines vitam mores ritus delicta et disciplinam tam in capite quam in membris inquirire, necnon evangeliorum et apostolicae doctrinae sacrorumque canonum et generalium conciliorum decretis et institutis in haerendo quaecunque mutatione correctione emendatione punitione revocatione ac etiam ex integro editione indigere cognoverit reformare mutare corrigere punire et etiam de novo condere, necnon beneficiales matrimonialesque et quoscunque alias causas ecclesiasticas et civiles ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes motas et inchoatas, ac interim movendas cum earum incidentibus emergentibus annexis et connexis audire decidere et prout iuris fuerit terminare seu causas ipsas alii vel aliis idoneis modo et forma praefatis cum simili vel limitata potestate pariter audiendas decidendas et terminandas delegare, ac denique plenam meram et omnimodam spiritualem et ecclesiasticam ac ordinariam iurisdictionem tam in foro interiori quam exteriori non tamen in his quae sunt ordinis ut praefertur habere et eam ac omnia et singula alia quae pro tempore existens archiepiscopus Goanensis in illis partibus hactenus habere gerere et exercere debuit potuit et convenit similiter et pariformiter, nullaque prorsus differentia exceptis tamen iis quae ut dictum est sunt ordinis prout divini cultus augmento ac ipsorum cleri et populi animarum saluti expedire cognoverit gerere exercere facere et exequi cum omnibus et singulis aliis privilegiis facultatibus exemptionibus libertatibus iurisdictionibus praeeminentiis favoribus gratiis et indultis qui inde Ormuzo et Mocambique ac Sofala necnon Maluco aliisque provinciis et locis erectae administrationes similiter ordinariam ut praefertur iurisdictionem inibi

Digitized by Google

habentes utuntur potiuntur et gaudent, ac uti potiri et gaudere possunt et poterunt quomodolibet in futurum auctoritate et tenore praefatis similiter perpetuo erigimus et instituimus. Decernentes praesentes literas nullo unquam tempore ex quavis causa, etiam quod praefatus archiepiscopus Goanensis aut quomodolibet interesse habentes ad hoc vocati non fuerint de subreptionis vel obreptionis seu nullitatis vitio aut intentionis nostrae vel quopiam alio defectu notari vel impugnari, aut in ius vel controversiam vocari nec contra illas restitutionem in integram reductionem ad terminos iuris aut quodvis aliud gratiae vel iuris remedium impetrari posse nec causas propter quas praemissa concessa fuerunt minime verificari, nec ob id iuribus carere minusque sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus limitationibus suspensionibus aut aliis contrariis dispositionibus etiam eis in toto vel parte derogantibus vel obviantibus etiam a nobis et dicta sede quomodolibet pro tempore emanatis nullatenus comprehendi, sed semper validas et ab illis prorsus exceptas et quoties illae emanabunt aut sub eis quovis modo comprehendi viderentur toties in pristinum et eum in quo antequam illae emanassent erant statum restitutas repositas et plenarie reintegratas ac de novo concessas esse et censeri, et ad hoc sub illis non comprehendantur vim validi et efficacis contractus inter nos et dictam sedem ac Philippum et pro tempore existentem regem praefatum initi et stipulati, et omni tempore suos plenarios et integros effectus sortiri sicque per quoscunque judices ordinarios et delegatos etiam causarum palatii Apostolici Auditores etiam sanctae Romanae ecclesiae cardinales sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et diffiniri debere ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis ac quibusvis apostolicis ac in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, necnon dictae ecclesiae Goanensis etiam iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus ac fundatione ac fundatione *(sic)* erectione et institutione, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis eidem ecclesiae Goanensi et illius praesuli pro tempore existenti, et praefatis capitulo ac quibusvis aliis personis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis ac irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie etiam motu proprio et ex certa scientia, ac de apostolicae potestatis ple-

Digitized by Google

nitudine ac etiam consistorialiter, vel alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis confirmatis et innovatis quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et individua, ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent praesentibus pro sufficienter expressis et ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem ac statuimus et ordinamus, quod clerus et populus aliique incolae et habitatores tam sub per presentes erecta provinciae seu districtus incolae de Mocambique quam de caetero earundem praesentium vigore erigendis vicariis seu administrationibus praefatis comprehensi et comprehendendi in his quae sunt ordinis ut praefertur ad praefatum archiepiscopum Goanensem pro tempore existentem habitis tamen a suis vicariis seu administratoribus ad id literis demissorialibus recurere teneantur quodque provinciae seu districtus insulae de Mocambique et alii praesentium vigore pro tempore deputati vicarii seu administratores ratione personarum suarum duntaxat visitationi correctioni superioritate ac iurisdictioni praefati archiepiscopi Goanensis pro tempore existentis subsint, et a sententiis deffinitivis tantum seu vim diffinitivarum habentibus, et quarum gravamen per appellationem a diffinitiva reparare nequeat per ipsos vicarios seu administratores aut eorum officiales pro tempore latis, appellationes ad eundem archiepiscopum Goanensem pro tempore existentem interponi ipsarumque appellationum causa per eum cognosci decidi et fine debito, prout iuris fuerit terminari possent. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxj *(sic)* M. D. cxij. Pontificatus nostri anno septimo [1].

[1] *Copia incorrecta num transumpto publico authentico, no* Arch. Nac., Maç. 13 de Bullas, num. 6.

Digitized by Google

Carta d'el-Rei a Francisco Pereira Pinto

1613 — Fevereiro 16

Lecenceado Francisco Pereira Pinto Eu ElRei vos envio muito saudar, por estar vago o bispado da cidade de Angra das ilhas Terceiras, por renumciação que delle tem feito nas mãos de Sua Sanctidade o Bispo Dom Jeronimo Teixeira, que foi promovido ao de Miranda, nomeo para elle a Sua Sanctidade a Dom Agostinho Ribeiro Bispo de Ceita e Tangere por nelle concorrerem as letras e mais partes necessarias para poder governar aquela igreja, com toda satisfação, como o tem feito na que ategora teve ha sua conta, como o escrevo a Sua Sanctidade. E asi vos encomendo e mando, que como esta receberdes, lhe deis a minha carta que sera com ella, de que se vos envia a copia, e lhe peçaes de minha parte, aia por bem de lhe aceitar a renumciação que faz do dito bispado de Ceita e provelo no das Ilhas na forma que se lhe propoem e com esta se vos envião com as provanças do dito Dom Agostinho, seus consentimentos, e os mais papeis necessarios para esta expedição, em forma bastante, e credito para o despacho das Bullas, no qual procedereis com todo cuidado e diligencia. E as enviareis com ella por duas vias dirigidas aos meus secretarios conforme a ordem que tendes, fasemdo para isso todos os officios convenientes. Escrita em Lisboa a 16 de Fevereiro de 1613.— Rey. . . — Ho duque de Villahermosa — Conde de Ficalho.

Para o Agente de Roma [1].

[1] Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 14, fol. 183.— *Sobrescrito*: Por ElRey: Ao lecenceado Francisco Pereira Pinto seu Agente em Corte de Roma.

Digitized by Google

Carta (summario de) do Rei do Congo ao Papa

1613—Fevereiro 27

Non potendo mandar presto Ambasciatore, elege a far questo officio Monsignore Vives, per render publicamente l'obbedienza, e perche riseda per li negozii.

Nomina per Protettore de suoi regni il Cardinale di Santa Cecilia, e prega Vostra Santità ad accettare l'uno, e l'altro, e succedendo altro di loro a fare elettioni di altri, poiche i portoghesi hanno imposto molte calunie a lui, et a suoi popoli, e cercano porlo in rottura col Rè di Portogallo.

Che egli tratta bene le chiese, e spende in fabrica della catedrale.

Fa pagare le decime, e riscuotere dai Ministri per ordine dei Prelati, e fa pagarle in denari per maggior commodità.

Non ha ricevuto la lettera in forma di breve, che Vostra Santità scrive mandargli.

Cerca un breve sotto pena di scomunica, o d'altre, che niuno possa intromettersi nelle sue terre, o miniere.

Che li ecclesiastici lo trattino come gli altri Rè e Principi christiani nella forma prescritta nel ceremoniale Romano, et avrà caro che la Santità Vostra prescrivesse la forma.

Un breve per la sua cappella e cappellani con la dignità et essenzioni, che si concedono ad altri Rè, e che al Capellano Maggiore si concedano l'esenzioni che gode quello di Portogallo, e questo perche il Vescovo non gli ha voluto menar buone l'esenzioni de suoi cappellani, perche dice non essere eletta la cappella, e confermata da Vostra Santità.

Che egli paga a cappellani e curati de suoi regni dell'entrate reali oltre le decime da vinte milla scudi, senza li straordinarii, che sono più di tre volte tanto.

Che i suoi antecessori et esso hanno sempre presentati i vescovi, et i provisori, i quali sono stati accettati dai medesimi Vescovi con sue provisioni. Ma il moderno Vescovo non ostante il suo possesso, gli ha fatto

Digitized by Google

dire, che queste provisioni appartenevano a lui in solidum per una provisione che aveva della mensa degli Officiali di Portogallo.

Per difendersi dalle violenze, che vorriano fare li Vescovi con censure, desidera un breve di esenzione, che in evento che non gli faccino giustizia in qualsivoglia causa, egli possa farlo notificar loro per qualsivoglia persona.

Che i suoi antecessori avevano brevi amplissimi da Sommi Pontefici predecessori, per li quali erano rispettati da Vescovi, ma si sono perduti nelle guerre de Giacchi.

Supplica che possa concertarsi col Vescovo e Capitolo sopra le decime, che averà da pagare ogni anno, e che possa presentare i canonici e dignità della sua catedrale, come fa nelle sue il Rè di Portogallo, del che fa istanza, perche sin'ora ha presentato, e presenta l'istesso Rè di Portogallo per un assegnamento che dà a detti canonici e dignità, la dove egli dà loro molto maggior somma, et avendo fatta istanza all'istesso Rè per la medesima presentazione, gli ha conceduto che la faccia, ma in suo nome, et avendolo rechiesto che restasse di dar la paga a suoi canonici il sudetto Rè se n'è contentato, ma vuole che tuttavia la presentazione si faccia a suo nome.

Che egli soffre molti mali trattamenti fattigli da portoghesi ecclesiastici e secolari, per non dar gusto ai Rè gentili, che lo tengono assediato, sperando, che sostentando la Santità Vostra la sua autorità, possano facilmente convertirsi i medesimi Rè gentili.

Che la religione cattolica patisce per mancamento di ministri, poiche i forastieri procurano di arrichirsi per ritornarsene subito alle case loro, onde rappresenta a Vostra Santità, che i religiosi da mandarsi in quelle parti siano i Mariani Carmelitani Scalzi, che vi andarono in tempo del Rè suo padre, e fecero molto frutto. E per ovviare che non s'ingerischino in quel che non devono, come fecero due Domenicani, desidera aver ordine da poterli contenere in officio, perche non eschino dagl'oblighi loro.

Supplica di una facoltà al Vescovo per breve di poter dispenzare sopra tutti i casi e difetti di persone eminenti, che vorrano promuoversi ad ordini sacri.

Di dispensare anco ne i gradi proibiti di consanguinità et affinità, e che la facoltà sia in modo, che il Vescovo non abbia a repugnare, ne meno se gli apre la porta al suo volere, ma che abbia a fare quello che Vostra Santità commandarà e dal Rè sarà richiesto.

Digitized by Google

Nella prima sedia vacante di quella cattedrale si discomposero talmente i capitolari, che venendo ad ingiurie, et altri atti in presenza sua senza rispetto, e senza aver riguardo al popolo, con poner censure fuor di tempo, fu costretto miracciarli di mandarli fuori del regno per quietarli. Per ovviare a questo desidera la provisione di un breve di potere eleggere un altro vicario, che facci l'officio suo, con notificargli che non facendolo sarà ancor esso rimosso [1].

Carta (summario de) do Rei do Congo ao Papa

1613 — Março 20

Si duole grandemente del Vescovo che tiene poco conto di lui tenendo in publico più alto tuono, onde egli n'è in disprezzo e ristretto, et assediato da i Rè gentili.

Che l'istesso Vescovo dice in publico cose degne di riprensione e castigo; è collerico, et altiero, mercante, e negoziante publico, et in questo si estende rappresentando molti particolari di traffico, valendosi in ciò anche delle scommuniche, et ordinando a chierici per servirsene in questo. Tratta male i sudditi, fa fare le cerimonie al Rè doppo di lui, contro il solito, e pretende che il Rè in vederlo debba alzarsi, scoprirsi, e fargli riverenza. Tiene biscazza in casa, et egli medesimo gioca sopra le decime, et il tutto perche si fida in un suo fratello, che è segretario del Consylio di Portogallo.

Avendo il Rè fatto un concerto con un altro Vescovo suo predecessore di un defalco di decime per alcuni ribellati, il Vescovo moderno le ha rinovate, et ha voluto con minaccie d'interdetto quaranta milla scudi fra quattro mesi, il che ha fatto lasciando di sovvenire alle guerre, et a molte opere pie, ne gli vuole menar buoni i defalchi di quattro anni di sedia vacante.

Avendo il Rè presentato subito alle vacanze di capelle e cure, il

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 29, fol. 279.

Digitized by Google

Vescovo è stato un anno senza provederle, dicendo, che non son sue, e che egli non è suo Vescovo. Il che egli soffre per non alterar le cose.

Non finisce d'intendere di chi sia la messa di terza, poiche egli et il Rè di Portogallo pagano.

Che il Vescovo nella visita fù cosi rigoroso, che obligò giovanetti di quatordici anni, et altri idioti con pena di scomunica a rispondere à cose fuor d'interrogazione.

È rigoroso nelle condanne, e non porta rispetto ai capitolari, facendone condur sei in un giorno nelle carceri publiche. Non vi è capitolo, ne osserva loro i privilegii del concilio Tridentino. Gli ammonisce in publico, ancor stiano vestiti all'altare.

Tiene per nemici tutti i portoghesi e chierici che servono il Rè, e li minaccia di volerli trattare a suo modo, dicendo di aspettar parenti del Rè di Portogallo per mandargli fuori del regno.

Per non dare uno schiavo non volse comprare una misura di vino, del quale ci era necessità per la messa [1].

Bulla do papa Paulo V a el-Rei

1613—Julho 29

Paulus episcopus servus servorum Dei Carissimo in Christo filio Philippo Portugaliae et Algarbiorum Regi Catholico salutem et apostolicam benedictionem Gratiae divinae praemium et humane laudis praeconium acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum Praelatis presertim Pontificali dignitate praeditis oportuni favoris praesidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem venerabilem nostrum Augustinum episcopum Angrensem nuper Septensem et Tingensem a vinculo quo Septensi et Tingensi ecclesiis invicem unitis quibus tunc praeerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et Apostolicae potestatis plenitudine absolvimus et ad ecclesiam Angrensem certo tunc expresso modo pastoris solatio destitutam de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus ipsumque

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 29, fol. 283.

Digitized by Google

illi in episcopum praefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesiae Angrensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Cum itaque fili carissime sit virtutis opus Dei ministros congruo favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis aeterni gloria venerari Maiestatem tuam. Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Augustinum episcopum et praedictam ecclesiam Angrensem suae curae commissam habens pro nostra et Sedis Apostolicae reverentia propensius comendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod ipse Augustinus episcopus tuae celsitudinis fultus presidio in commisso sibi dictae ecclesiae Angrensis regimine possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vitae praemium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo tertiodecimo Quarto kalendas Augusti Pontificatus nostri anno nono [1].

Bulla do papa Paulo V a Agostinho, bispo de Angra

1613 — Julho 29

Paulus episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Augustino episcopo Angrensi salutem et apostolicam benedictionem Romani Pontificis quem Pastor ille coelestis et episcopus animarum potestatis plenitudine sibi tradita ecclesiis praetulit universis sollicitudo requiri ut circa cuiuslibet ecclesiae statum sic vigilanter excogitet sicque prospiciat dilegenter quod per eius providentiam circumspectam nunc per simplicis provisionis officium quandoque vero per ministerium translationis ac commendae prout personarum locorum et temporum qualitas exigit ac ecclesiarum utilitati persuadet ecclesiis singulis pastor accedat idoneus et rector providus deputetur qui populum suae curae creditum salubriter di-

[1] *Inserta num transumpto publico, muito incorrecto, no* Arch Nac., Maç. 15 de Bullas, num. 7.

Digitized by Google

rigat, et bona ecclesiae sibi commissae non solum gubernet utiliter sed etiam multimodis efferat incrementis Sane ecclesia Angrensis quae de jure patronatus carissimi in Christo filii nostri Philippi Portugaliae et Algarbiorum Regis Catholici ex privilegio apostolico, cui non est hactenus derogatum fore dignoscitur tunc ex eo quod nos pridem venerabilem fratrem nostrum Hieronimum episcopum Mirandensem olim Angrensem à vinculo quo dictae ecclesiae cui tunc praeerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolicae potestatis plenitudine absolvimus et ad ecclesiam Mirandensem tunc certo modo pastoris solatio destitutam de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus praeficiendo ipsum eidem ecclesiae Mirandensi in episcopum et pastorem per translationem huiusmodi pastoris solatio destitutae nos ad provisionem eiusdem Angrensis celerem et foelicem ne illa longe vacationis exponatur incommodis paternis et sollicitis studiis intendentes post deliberationem quam de praeficiendo eidem ecclesiae Angrensi personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem demum ad te episcopum nuper Septensem et Tingensem invicem unitis hactenus laudabiliter praefuisti eamdem ecclesiam Angrensem scies voles et poteris auctore Domino salubriter regere et feliciter gubernari duximus oculos nostrae mentis intendentes igitur tam praedictae ecclesiae Angrensi quam eius gregi dominico salubriter providere, te licet absentem a vinculo quo dictarum ecclesiarum Septensis et Tingensis quibus tunc praeeras tenebaris de consilio et potestatis plenitudine similibus absolventes, te quem praedictus Philippus Rex nobis ad hoc per suas literas praesentavit ad dictam ecclesiam Angrensem de pari consilio auctoritate praedicta transferimus, teque illi in episcopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesiae Angrensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo liberamque tibi ad dictam ecclesiam Angrensem transferendi licentiam tribuendo, firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente Domino actus tuos praedicta ecclesia Angrensis per tuae circumspectionis industriam et studium fructuosum regetur utiliter et prospere dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Volumus autem quod antequam regimini et administrationi dictae ecclesiae Angrensis te in aliquo immisceas in manibus dilectorum filiorum jurium Camerae Apostolicae debitorum collectori in regno Portugaliae commoranti ac Ulixbonensis et Angrensis ecclesiarum decanis professionem fidei catholicae juxta unam expresse facias ac fidelitatis debite solitum praestes juramentum juxta alteram for-

Digitized by Google

mas quas sub diversis Bullis nostris mittimus introclusas quibus et eorum cuilibet per alias nostras litteras mandavimus ut ipsi aut unus eorum a te professionem fidei ac nostro et Romanae ecclesiae nomine juramentum recipiant seu recipiat, tuae vero fraternitati per apostolica scripta etiam mandamus quatenus ad praedictam ecclesiam Angrensem cum gratia nostra benedictionis accedens curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter quod exinde sperati fructus proveniant, ac tuae bonae famae odor extuit laudabilibus actibus latius diffundatur ipsaque ecclesia Angrensis gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam tuque praeter aeternae retributionis praemium nostram et Apostolicae Sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo tertio decimo quarto kalendas Augusti Pontificatus nostri anno nono [1].

Instrucção ao Collector Octavio Accorambono, bispo de Fossumbrune [2]

1614 — Junho 1

Restando per morte di Monsignor Vescovo di Sant'Angelo (che viva in cielo) il Regno di Portogallo al presente senza in solito suo Collettore, hà la Santità di Nostro Signore destinato Vostra Signoria a quel carico, che è dell'importanza e confidenza ben nota, e che richiede persona di condizione sincera, e zelante del servizio di Dio, e di questa Santa Sede, come ella è reputata degna.

Sono i popoli di Portogallo religiosi, divoti, et obedienti alle jussioni di questa Santa Sede, di Nostro Signore, e de suoi Ministri, onde non

[1] *Inserta num transumpto publico, muito incorrecto, no* Arch. Nac., Maç. 15 de Bullas, num. 7.

[2] *Ha tambem na* Biblioth. d'Ajuda *instrucções aos seguintes Collectores em Portugal: Bispos de Sant'Angelo, de Albenga, e de Bisegli, de* 1608 (?) *a* 1622, *que se omittem pela sua pouca importancia, e sobretudo por serem mais ou menos a repetição das que neste volume são publicadas.*

consiliarios, procuratores, tabelliones, et alios ministros, et officiales opportunos quoties tibi placuerit per te, vel alium, seu alios instituendi, et deputandi, ac tàm hactenus institutos et deputatos per dictum Petrum episcopum, et alios quoscunque quam etiam per te instituendos, et deputandos quandocunque tibi videbitur revocandi, et amovendi, aliosque in eorum locum subrogandi, et substituendi, illos visitandi, ac de gestis, et administratis ab eis rationem petendi, et exigendi, ac quos culpabiles in officiis eis commissis repereris iuxta excessuum, et delictorum qualitatem tuo arbitrio corrigendi, et puniendi, ipsasque per te perpetuo vel ad tempus impositas poenas in toto, vel in parte moderandi, et remittendi, ac quibuscunque judicibus, et personis quavis etiam episcopali, vel archiepiscopali dignitate fulgentibus quibus tibi inhibendum videbitur, etiam sub censuris ecclesiasticis, ac poenis etiam pecuniariis inhibendi, ac ipsos inobedientes in eas incidisse declarandi, aggravandi, et reaggravandi usque ad invocationem auxilii brachii saecularis inclusive, et ab eis postquam mandatis tuis paruerint, et obediverint, vel parere, et obedire promiserint absolvendi in forma ecclesiae consueta, ac omnia alia, et singula in praemissis et circa ea necessaria, et quomodolibet opportuna, necnon quae ad officium generalis Inquisitionis huiusmodi de iure, vel consuetudine pertinent, aut pertinere noscuntur faciendi, gerendi, exercendi, et exequendi auctoritate apostolica tenore presentium ad nostrum, et sedis apostolice beneplacitum creamus, facimus, constituimus, et deputamus, ita ut tu omnibus, et singulis honoribus, et oneribus, emolumentis, gratiis, facultatibus, privilegiis, indultis, praerogativis, superioritate, et praeeminentia, quibus alii Generales Inquisitores, qui pro tempore fuerunt, uti, et gavisi sunt, aut uti, frui, et gaudere poterunt, et consueverunt, uti, frui, et gaudere possis, et valeas, statuentes insuper appellationes seu provocationes, et recursus à quibusvis sententiis, et decretis per quoscunque Inquisitores dictorum regnorum, principatuum, et dominiorum, tàm à praefato Petro, seu ab aliis Inquisitoribus generalibus praedecessoribus tuis hactenus deputatos, quàm à te in posterum deputandos occasione praemissorum promulgatis, et promulgandis ac gravaminibus illatis, et inferendis ad te interponi, teque causas appellationum, seu provocationum, et recursuum huiusmodi unà cum omnibus, et singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, et connexis per te, vel alios audire, cognoscere, et fine debito terminare posse, et debere, ac decernentes irritum, et inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-

Digitized by Google

ranter contigerit attentari. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae viij, praedecessoris nostri de una, et in concilio generali edita de duabus dietis, et aliis apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, ac etiam in provincialibus, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus, ac statutis, et consuetudinibus etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis per praedecessores nostros quibusvis personis cuiuscunque qualitatis, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, ac capitulis, collegiis, congregationibus, universitatibus, et confraternitatibus sub quibuscunque tenoribus, et formis concessis quibus omnibus illorum tenores presentibus, ac si ad verbum insererentur pro sufficienter expressis, et insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod infra sex menses à die quo tu officium huiusmodi exercere inceperis computandos regimini, et administrationi ecclesiae Pharaonensis in manibus nostris cedere omnino tenearis, alioquin dicta ecclesia vacet, et vacare conseatur eo ipso, quodque presentium literarum transumptis manu notarii publici subscriptis, et tuo, vel alicuius alterius personae in dignitate ecclesiastica constitutae sigillo munitis plena fides, ubique gentium, et locorum in iudicio, et extra aequè ac si ipsismet praesentibus adhibeatur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die iiij Julii M. D. C. xvj. Pontificatus nostri anno duodecimo [1].

Bulla do papa Paulo V a el Rei

1617—Setembro 18

Paulus episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Philippo Portugallie et Algarbiorum Regi Catholico salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum prelatis presertim pon-

[1] Arch. Nac., Papeis varios do Santo Officio, (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 274.— *Sobrescrito:* Venerabili fratri Ferdinando Episcopo Faraonensi.

Digitized by Google

tificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem ecclesie Egitaniensis ex eo quod nos nuper venerabilem fratrem nostrum Alphonsum Episcopum Colimbriensem nuper Egitaniensem a vinculo quo dicte ecclesie cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Colimbriensem certo tunc expresso modo vacantem de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus preficiendo ipsum illi in Episcopum et Pastorem Pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Francisci Electi Egitaniensis de fratrum eorundem consilio dicta auctoritate providimus ipsumque illi in Episcopum prefecimus et Pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Egitaniensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Franciscum Electum et prefatam ecclesiam sue cure commissam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod ipse Franciscus Electus tue Celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure Pastoralis officio possit Deo propritio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctam mariam maiorem Anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo decimo septimo Quarto decimo kalendas Octobris Pontificatus nostri anno tertio decimo [1].

Bulla do papa Paulo V a el-Rei

1617 — Setembro 18

Paulus episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Philippo Portugallie et Algarbiorum Regi Catholico salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium

[1] Arch. Nac., Maç. 17 de Bullas, num. 29.

Digitized by Google

acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum Prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem venerabilem fratrem nostrum Laurentium Episcopum Elvensem nuper Funchalensem a vinculo quo ecclesie Funchalensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Elvensem tunc per obitum bone memorie Roderici Episcopi Elvensis extra Romanam Curiam defuncti Pastoris solatio destitutam de simili consilio apostolica auctoritate transtulimus ipsumque illi in Episcopum prefecimus et Pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Elvensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Laurentium Episcopum et prefatam ecclesiam Elvensem sue cure commissam habens pro nostra et sedis apostolice reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod idem Laurentius Episcopus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure Pastoralis officio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctam mariam maiorem Anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo decimo septimo Quarto decimo kalendas Octobris Pontificatus nostri anno tertio decimo [1].

Breve do papa Paulo V a el-Rei

1617 — Outubro 4

Paulus Papa v—Charissime in Christo fili noster salutem etc. *(sic)* Cogimur pastoralis officii nostri debito iterum alloqui Maiestatem tuam molesto illo genere litterarum quo te nondum annus est inviti allocuti

[1] Arch. Nac., Maç. 24 de Bullas, num. 21.

Digitized by Google

sumus, sed si tunc cum animi nostri angore id officium fecimus, nunc facere idem compellimur, testis est Dominus, etiam cum horrore, tantum enim excreverunt mala, ut nisi opportunum adhibeatur remedium, quod te facturum confidimus, horribilia Ecclesiae Christi in tuis Portugalliae et Algarbiorum Regnis non metuere non possimus, quod et ipsa Maiestas Tua, pro iis, quae divina bonitas tibi abundanter elargita est, christianae pietatis, honoris sui zeli, ac verae sapientiae donis, facile cognoscet, si rei gravitati excelsae mentis tuae intenderis considerationem, de causa libertatis et immunitatis ecclesiasticae in Regnis Portugalliae et Algarbiorum praefatis pessimè habitae, nos agere te intelligere non dubitamus, in iis enim Maiestatis Tuae judicum inaudita licentia non solum non cessat, sed eorum in dies magis grassantur excessus. Parum siquidem iis visum fuerat potestatem sibi sumere contra Episcopos, quos Deus constituit regere Ecclesiam suam, et legationem pro Christo fungi in terris, tanto saecularibus potestatibus sublimiores, quanto Apostoli Dei, quorum locum tenent, caeteros homines antecellunt: siquidem venerabilem fratrem Octavium Episcopum Forosemproniensem iurium et spoliorum Camerae Apostolicae debitorum Collectorem generalem, ne per delegatum, et Auditorem suum ecclesiasticum iudicium exerceret impedire non sunt veriti, et ut abissus abissum invocat, ne idem Octavius Episcopus et Collector defenderet iurisdictionem suam adversus illatum impedimentum, contra sacros canones, sacrorum conciliorum, et apostolicarum cónstitutionum decreta prohibere praesumpserunt extremae necessitatis adhibita verum famulis etiam clericis et beneficiatis in habitu et tonsura capiendis, aquam etiam et panem, vitaeque necessariorum omnium usum illi interdicendo, neque hic constitit praesumptio, commissum est etiam ut Ulixbonensis civitas plena omnium nationum videret domum Episcopi Apostolicae Sedis officialis tamquam hostis aut criminosi à satellitibus publicis indignissimè obsideri; nihili factus est excommunicationis gladius, nihili ecclesiasticum interdictum, sed cum magna afflictione fidelium, praesertim servorum Dei illud diù substinuerunt quae quantum religioni, quantum catholicorum nomini officiant, et quanto cum Maiestatis Tuae existimationis committantur detrimento, cuius insignis pietas, et eximia religio praedicatur in universo mundo, satis ipsa per se despicere potest quemadmodum etiam quantum scandalum fidelibus, ac Maiestati Divinae laesionem inferant, non ignoramus eos qui haec faciunt, iure à se fieri profiteri, communis enim haec est omnium transgressorum excusatio, sed vivit et

Digitized by Google

videt Deus, cuius indignationis formido maxime nos conturbat. Quamobrem ne ullo modo tantorum malorum reus inveniaris ante districtum Judicem, licet Maiestatem Tuam optime erga ecclesiasticam libertatem, et immunitatem animatam esse non dubitemus, ita ut bis stimulis non indigeat, tamen quoniam rei gravitas et officii nobis à Deo crediti ratio, ac paterna nostra erga te charitas id exigit, enixè te in Domino hortamur ut non solum conscientiae tuae prospiciendo, divini honoris diligenter tueri dignitatem non omittas, cum scias scriptum, qui vos spernit me spernit, et qui vos tangit tangit pupillam oculi mei, sed etiam periculis graviorum malorum celeri remedio occurras, haeresum enim pestes à contemptu ecclesiasticae potestatis oriri Sanctorum Patrum et experientiae nimis testatur auctoritas, nullum tibi gravius negocium hoc tempore esse ducas, quando in hoc agitur animae salus, quae universo mundo longe praestat, quod si ut plane speramus, efficàci tuae regiae potestatis remedio his malis occurres, quod nostra magna cum spirituali laetitia te iam agitare accepimus, confirmabis in omnium mentibus opinionem illam, quam coelesti favore tibi peperisti, rarae vero pietatis, et Ecclesiae Catholicae defendendi studii, atque huius Sanctae Sedis observantiae, Ecclesiae vero iura conservando, ac defendendo, a Christo eius sponso, iusto non minus quàm largo retributore, tuorum Regnorum firmam, diuturnamque tutelam, et incrementum in hoc saeculo promereberis, aeternaeque mercedis cumulum in coelesti Regno accipies, quae tibi, ut omnia desiderabilia a Domino precamur. Reliqua quae ad huiusmodi negotium pertinent, aget cum Maiestate Tua venerabilis frater Antonius Archiepiscopus Capuanus Nuntius apud Maiestatem Tuam noster. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem die 4ª Octobris 1617. Anno 13 [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 208.— *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

Digitized by Google

Breve do papa Paulo V ao Collector de Portugal

1617—Outubro 6

Paulus Papa v—Ad perpetuam rei memoriam. Ad audientiam Apostolatus nostri nono sine iusto et gravi cordis nostri dolore, pervenit, quod procedente nuper in causa ecclesiastica in civitate Ulixbonensi pro sui muneris auctoritate venerabilis fratris Octavii Episcopi Forosemproniensis jurium et spoliorum Camerae Apostolicae debitorum in Portugalliae et Algarbiorum Regnis Collectoris generalis Auditore, et Judice delegato cum pars altera ad judices saeculares temerè recursum habuisset, judices huiusmodi et postmodum alii pariter saeculares, non solum contra Auditorem praefatum, sed etiam contra eumdem Octavium Episcopum et Collectorem occasione dictae causae suis iniustis et invalidis decretis et mandatis contra immunitatem, ac libertatem ecclesiasticam attentatis, iurisdictionem pariter ecclesiasticam, et Sanctae Sedis apostolicae officialium perturbando et impediendo procedere praesumpserunt, et ad quoddam eidem ecclesiasticae libertati, et immunitati maximè adversans decretum devenerunt, per quod decreverunt ut Octavii Episcopi, et Collectoris huiusmodi, iumenta et illis servientes caperentur, nisi à servitio eius desisterent, et ne pecuniae suorum stipendiorum à Thesaurario Camerae Apostolicae ei solverentur, neque panis illi venderetur, et alia similia, unde in eius executionem factum fuit, ut non solum iumentum aquarii captum, et familiaris dicti Octavii Episcopi et Collectoris clericus beneficiatus in habitu et tonsura publicè à satellitibus, tamquam vilis malefactor violenter similiter captus, sed etiam domus eiusdem Octavii Episcopi et Collectoris ab iisdem satellitibus obsessa fuerint, spretis eiusdem Octavii Episcopi et Collectoris in sententiam excommunicationis, et alias ecclesiasticas censuras et poenas incursus declarationibus, et interdicti ecclesiastici appositione gravi cum scandalo totius civitatis, ac divinae Maiestatis offensa graviori. Quamobrem nos qui in sede Beati Petri, quamquam immeriti à Domino positi sumus, ne excessus huiusmodi, ac ecclesiasticae libertatis et immunitatis tam enormis violatio dissimuletur, et transeat in exemplum

Digitized by Google

pro nostro pastoralis officii debito providere, et malorum graviorum segetem et radicem quantum à Domino permittitur nostra auctoritate apostolica evellere volentes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, omnia et singula praemissa, et alia similia à praedictis dictorum Regnorum judicibus saecularibus, etiam supremis quocumque nomine, titulo, praerogativa, et gradu insignibus, in causa huiusmodi, et eius occasione contra Octavium Episcopum et Collectorem praefatum, eiusque Auditorem, seu delegatum, officiales, ministros, familiares, res, et bona quocumque praetextu, vel quaesito colore quomodolibet decreta, mandata, acta, ordinata, facta, et sive scriptis, sive verbis quomodolibet attentata, quae omnia et singula praesentibus haberi volumus pro expressis, nulla, invalida, irrita, et inania, ac nulliter et inaniter invalida, et de facto contra sacros canones, conciliorum decreta, et apostolicas constitutiones attentata et praesumpta, praesentesque litteras, et in eis contenta quaecumque de intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, rescindi, infringi, in jus, vel controversiam vocari nullatenus posse, sed semper valida, firma, et efficacia fore, et esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari debere, sicque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, et causarum Palatii Apostolici Auditores ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos sublata eis etc. *(sic)* attentari tenore praesentium decernimus, et declaramus, et nihilominus ne imposterum similia praesumantur omnibus et singulis judicibus secularibus et supremis dictorum Regnorum quocumque nomine nuncupentur, cuiuscumque gradus, conditionis et praerogativae existant, ne talia huiusmodi aut similia contra immunitatem et libertatem ecclesiasticam etiam quocumque praetextu contra ecclesiasticos, prelatos, judices, et personas, res et bona, ac eorum iurisdictionem, et auctoritatem eiusque liberum exercitium quomodolibet committere, aut attentare praesumant, sub excommunicationis maioris latae sententiae poena, à qua, nonnisi à nobis, aut Romano Pontifice, pro tempore existente, praeterquam in mortis articulo absolvi possint interdicimus, et prohibemus in contrarium facientes non obstantibus quibuscumque. Quorum omnium, et singulorum tenores, etiam si de illis specialis, specifica, expressa, et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, seu quaevis alia ex-

Digitized by Google

quisita forma ad hoc servanda foret praesentibus pro plenè, et sufficienter expressis, et ad verbum insertis haberi volumus. Aut si praefatis, vel quibusvis aliis personis ab eadem sit sede indultum quod interdici etc. *(sic)* mentionem. Volumus autem quod praesentes litterae seu illarum exempla manu notarii publici subscripta, et sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae munita, et ad valvas ecclesiae Ulixbonensis affixa ita omnes arctent, et afficiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem, die 6ª Octobris 1617. Anno 13° [1].

Carta d'el-Rei ao papa Paulo V

1617 *(?)*

Molto santo in Cristo Padre e molto beato Signore etc. *(sic)* Ho ricevuto il breve della Santità Vostra intorno alle materie delli procedimenti di quelli miei Ministri del Tribunale della città Portugallense usorno con il Vescovo di essa per detto Vescovo non voler conferire la parochiale chiamata di Fandignannes a Don Giovanni de Sylva, essendo in essa presentato per il mio Vice patrono, al quale apparteneva, e me ne rincrebbe assai che detti Ministri porgessero occasione della quale la Santità Vostra pigliasse fastidio per il modo con che si portorno, e desiderando io assai che la Santità Vostra abbia molta sodisfazione di tutto quello che si fà in materie di giurisdizioni in tutti i miei regni ho fatto che in particolare questa si vedesse, e con la considerazione che la Santità Vostra racommandò, e per rispetto di ciò ho fatto fare la dimostrazione che conveniva con il Giudice principale che processe, e con i suoi corresponsali, avertendoli insieme che con tutta la integrità servassero il jus canonico e libertà ecclesiastica, perche l'intentione mia è che li Ministri secolari sodisfacendo con il debito suo nella osservanza della mia giurisdizione rispettino la osservanza ecclesiastica, talmente che avendo inteso li conviene non perdere la propria, abbiano anche saputo che ne per ciò hanno da

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 39, fol. 212.

Digitized by Google

traslaciare per qualsivoglia via di osservare a pieno quella della Santità Vostra. E perche nel excesso de Ministri del predetto Tribunale ho fatto fare quello che la ragione et obbligo mio richiedeva, ricordo alla Santità Vostra che in corrispondenza di ciò deve fare rimproverare al Vescovo d'introdurre nuovità rispetto alla mia giurisdizione Reale, e della osservanza di essa, poi l'intenzione che ebbe nelli suoi procedimenti fù il non ubbidire al decreto del Supremo Tribunale della Giustizia di Lisbona, contro il jus, concordati, stile, consuetudine, e privilegii di questi Regni.

Di più ricordo alla Santità Vostra che mi arrivorno molti lamenti delli Collettori, quali abusandosi della cortesia, con la quale sono trattati per essere Ministri della Santità Vostra contro il debito temperamento e santa intenzione della Santità Vostra, quale è il dovere che rappresentino in tutte le sue azzioni, si intromettono nella giurisdizione secolare senza alcun fondamento; e così supplico la Santità Vostra quanto so e posso per quello che conviene alla pace e concordia, nella quale i suoi Ministri conviene che mostrino quella che la Santità Vostra desidera, e tanto raccomanda fra fedeli cristiani, comandi li sia riprovato che intentino e pretendano usurpare la mia giurisdizione impedendo la buona amministrazione di essa, perche oltre li rispetti predetti la sperienza ha mostrato essere questo quello che più conviene al governo della giustizia, quiete de sudditi, et autorità della Santa Sede Apostolica, e facendo la Santità Vostra questo officio per parte sua dando ad intendere esattamente il dispiacere che ha, di che per li ecclesiastici si dia occasione a simili disordini, con quelli che io ho fatto, e ne seguitarò a fare per la mia in quello che mi apparterrà, sia la Santità Vostra certo che ci sarà fra le due giurisdizioni buona corrispondenza e cessaranno molti altri inconvenienti, quali solamente per questo mezzo si possono prevenire e rimediare. Molto santo in Cristo padre etc. *(sic)* [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 33, fol. 134.

Este documento é precedido pelo seguinte titulo: Interpretazione della lettera della Maestà Cattolica per la Santità di Nostro Signore Papa Paolo v intorno alle giurisdizioni di Portogallo.

A data deve ser 1617 *provavelmente, pois a carta do Nuncio em Madrid que participa ao seu Governo o modo por que el-Rei resolveu o negocio, e que vem a fol.* 137 *do mesmo volume, é de* 17 *de julho do dito anno.*

Digitized by Google

Carta d'el-Rei ao Papa

1620—Abril 10

Muito Santo em Christo Padre e muito bem aventurado Senhor, o vosso devoto, e obediente filho, Dom Phelipe por graça de Deus Rey de Portugal e dos Algarves d'aquem e d'alem mar em Africa, senhor de Guine, e da conquista, navegação e comercio de Ethiopia, Arabia, Persia e da India etc. com toda a humildade envio beijar vossos santos pes. Muito Santo em Christo Padre e muito bem aventurado Senhor. Dom Alvaro d Atayde filho de Dom Antonio d Atayde, do meu Conselho, meu gentilhome da boca e capitão geral da armada da Coroa de Portugal tem cem mil reis de pensão sobre os frutos da igreja da Erra, que he dapresentação do Conde da Atalaya; e quarenta mil reis nos rendimentos do arcebispado de Braga; e porque hora entrou em religião tomando o habito dos Carmelitas Descalços, e Dom Antonio seu pay por sua qualidade e serviços he muy benemerito de todo o favor, e tem outros filhos em cujo beneficio sera justo que se conservem as pensões que Dom Alvaro havera de deixar; me pareceo pedir a Vossa Santidade (como o faço com toda a instancia) haja por bem de lhe conceder, que antes de fazer profissão, possa renunciar as mesmas pensões em favor de Dom Bernardo de Atayde, seu irmão, que he bacharel na faculdade de Canones, e collegial do collegio de S. Pedro da universidade de Coimbra, e sogeito em que esta graça será bem empregada. Muito Santo em Christo Padre e muito bem aventurado Senhor Nosso Senhor por largos tempos conserve a Vossa Santidade em seu santo serviço. Escrita em Madrid a 10 de Abril de 620.—ElRey [1].

[1] *Copia, no* Arch. Nac., *Liv. mss.*, num. 1155, fol. 373.— *Sobrescrito:* Ao muito Santo em Christo Padre e muito bem aventurado Senhor Paulo Quinto por Divina Providencia hora Prezidente na universal Igreja de Deos.

Digitized by Google

Breve do papa Gregorio XV a el-Rei

1622 — Março 5

Gregorius XV — Charissime etc. *(sic)* Lusitaniae Regnum cui novos terrarum orbes Christiana Respublica debet Religionis arcem ac virtutum omnium portum haberi par est: Inde enim oriens ex alto Evangelii lux, utriusque Indiae populis affulsit, quos gemmarum, atque auri ditissimos, coelestisque veritatis egenos in perpetuis vinculis tamdiu habuerat princeps tenebrarum, sed tanti facinoris decus, quod veterum Romanorum, Graecorumque laudes fermè observavit, cum ei Regno generis humani studium, ac totius coeli benevolentiam comparaverit, inestinguibiles conflavit inferiorum hostium inimicitias. Saeviunt impacata rabie furentes ghennae lupi, e quorum faucibus opimae illae, atque securae dapes ereptae sunt, quas ad sempiternos lanianus ignotum olim Americae ovile saginabat, nihilque impensius student, quam ut in eo Regno Catholicam Religionem proterant, e cujus portu illa ad exteras provincias navigavit. Sed enim populorum pietate, ac Catholicorum Regum virtute freti speramus impios conatus frustra illis semper fore: tamen cum urgeamur obsidione perpetua, excubiae diligenter agendae sunt, ne prius obsessi cives vincantur, quam arma rapere possint. Quare ex altissima hac Apostolicae dignitatis statione Majestatem tuam in presentia alloquendum esse duximus o Reipublicae Christianae decus et laborantis Religionis praesidium! Nobis enim praecipuè dictum esse intelligimus, clama, et quasi tuba exalta vocem tuam. Ergo de Lusitaneae salute et Majestatis tuae gloria solliciti, tibi hisce Apostolicis litteris detegendas esse arbitramur insidias, quibus Regnum illud Religioni, tibique subripere conatur impacatus humani generis hostis. Videt ille ex Hispaniae provinciis haeresim exultantem, et Maurorum impietatem eliminatam, incredibile dictu est, quàm aegrè patiatur se vinci in Regnis Majestatis tuae, qui de tot christiani orbis nationibus triumphavit, proindè eas artes diligenter expedit quibus Orientale Imperium Christo eripuit e Britania Pontificum auctoritatem expulit, propugnacula haeresibus in Germania extruxit, Galliamque assiduis im-

Digitized by Google

piorum factionibus perturbat. Ne putet Majestas tua palam et temerè contra Catholica Regna diabolum belligerare coepisse, non tàm viribus quàm insidiis victorias peperit. Proceres qui ab Apostolica Sede desciverunt primum delinire coepit potentiae dulcedine inde humanae leges tamquam morosi censores odio fuere. In templis atque aris cum apertè dominari nefas esset, eo tamen patrocinii nomine, aut falsa religionis specie auctoritatem intrudere suasit, paulatimque eo perventum est, ut palam fieret fortitudo eorum, lex injustitiae, et de sacerdotum contemptu felicitatis argumento gloriarentur. His machinis quot principatus evertit, quot provincias populatus est? Nec sane notissimas septentrionis atque orientis clades, aut vetera divinae ultionis flagella commemorare necesse est. Clamor enim Lusitanarum ecclesiarum nos admonet, ut desperata relinquentes vulnera medelam oportunam adhibeamus, quae ad salutem converti haud difficulter posse videntur. Accipimus quotidie tantam Majestati tuae injuriam inferri a quibusdam Lusitaniae ministris, ut Regia auctoritate tua, quam religionis propugnaculum esse vis abutantur ad sacrosanctam Beati Petri potestatem opprimendam. Quod quidem periniquum est, et nullo pacto ferendum: sacerdotes ad laicorum tribunalia violenter abripi, canonum decreta antiquari, spiritualia Apostolicae veritatis et auctoritatis arma contemni in eo Regno audivimus, atque ingemiscimus. Ita ne quos Deus edificavit, illi destruent, quos plantavit, violent? Quid autem efficere tandem putantur, cum ecclesiasticam ditionem imminutam eunt? an eam tamquam parietem inclinatum, maleque coherentem maceriam facilè à se labefactatum iri arbitrantur? o stulti et tardi corde ad credendum, quos suae miseriae tandem aliquando docebunt Principem Apostolorum Angelicis legionibus circumvallatum pro ecclesiae suae auctoritate excubare, neque enim solummodo arcus impiorum confringitur, sed plerumque gladius eorum intrat in corda ipsorum, et sepelliuntur in fovea quam fecerunt. Jam vero quid aliud tandem impensius curat Apostolica auctoritas quàm ut Caesari, quae Caesaris sunt, et quae Dei Deo reddantur? Hanc qui evertere student, falsa potestatis specie decepti Regnorum fundamenta evellunt, atque Principibus ipsis ruinae periculum struunt. Satis est charissime fili de tanta re admonuisse Majestatem tuam, neque enim credimus id frustra tibi significari. Te regnante atque incolumi tantum Catholicae Religioni vulnus infligi in Regnis tuis non patietur christiana illa pietas quam a majoribus tuis ecclesiasticae libertatis vindicibus tamquam haereditate acceptam, propriis quoque meritis amplificare velle cre-

Digitized by Google

deris. Cum autem ad tremendum Christi tribunal Reges omnes aliquando sistendi sint, causam aequo cum caeteris jure dicturi, noles, credimus, ministrorum tuorum audacia accumulari tibi furorem in die irae. Quare te in visceribus Jesu Christi oramus, ut animae tuae saluti et Regii nominis dignitati consulens late serpentem hanc pestem ea auctoritate coerceas, quam tibi ad Regnum Dei propagandum dominantium Dominus dedit, in orbe terrarum amplissimam. Ut autem pateat ad paternas, praecipuasque nostras causas Regnorum tuorum felicitatem pertinere isthuc in presentia allegamus venerabilem fratrem Antonium Episcopum Vigiliensem Praelatum nostrum domesticum, et assistentem generis nobilitate ac pietatis studio insignem, ut tibi Apostolicam benedictionem deferens cum Majestate tua nostro nomine de tanta re disserat. Ei ergo ut eadem quam nobis fidem habeas postulamus, Deumque in cujus manu cor Regis est, obsecramus cam Majestati tuae mentem det per quam ecclesiasticae libertatis assertor, et Pontificiae auctoritatis custos in Ecclesia Dei vociteris. Datum Romae die v Martii 1622 *(sic)* [1].

Breve do papa Gregorio XV a el-Rei

1623—Janeiro 4

Gregorius XV. Charissime in Christo fili noster salutem etc. *(sic)* Christianae religioni aditum per ignotos oceani fluctus patefacere, ejusque ditionem in novos terrarum orbes propagare Austriacae potentiae decus est, quae ut magnitudinis suae fundamenta in coelo jacta esse ostendat, sacerdotum, sacrorumque cultui se prima felicitatis suae incrementa debere gloriatur. Cum autem imperia iisdem artibus retineantur, quibus initio parta sunt, diligentissimè semper Austriaci Principes curarunt, ut divini nominis defensores, et orthodoxae fidei propagatores nuncuparentur. Quare eos timore Domini, qui invictae clypeus fortitudinis est, communitos tamquam hostibus inexpugnabiles coeloque gratissimos cunctae terrarum partes venerantur. Hanc tantae pietatis, et gloriae haereditatem

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Collecç. Geral, tomo 143, num. 18.

Digitized by Google

Majestati tuae Hispani Reges reliquerunt meritorum tuorum accessione amplificandam. Quare cum ea potentia sis, ut facile multisque modis possis Regem Regum in ecclesiastico ordine regnantem demereri ad id te assidue inflammare debent, qui veris Regis nominis laudibus favent. Nos certe quorum votum est Majestatis tuae gloria, et Regnorum istorum foelicitas nihil unquam praetermittemus, de quo pro paterna nostra in te charitate te admonendum censeamus. Sane cum superiore anno in Lusitaniam legaremus venerabilem fratrem Antonium Episcopum Vigiliensem ei litteras dedimus ad Majestatem tuam, quibus declarabamus quanta tuae pietati inferveretur injuria a Regiis illarum provinciarum magistratibus Apostolicae Sedis jura contemnentibus, et Christos *(?)* Domini ecclesiastica libertate divinitus constituta spoliantibus. Nunc autem malum id in dies ingravescere dolenter sane accipimus, eique ob id ab authoritate tua opportunum remedium sollicite exposcimus. Charissime fili noster, christiani orbis decus, ac firmissimum fidei praesidium, patieris ne sacri ordinis immunitatem in iis regionibus naufragari, e quorum portubus religio ad novi orbis accolas navigavit? Cum Pontificiae aucthoritatis hostes salutaribus armis in Hollandia profliges, quare eam ministri tui pestilentibus consiliis in Portugallia oppugnabunt? Sacerdotii jura, Dei beneficia, et Regnorum stabilimenta sunt atque ea qui Principes tuentur, veras regnandi artes edocti in eorum arcibus militiae coelestis exercitus excubat. Cogitet Majestas tua qui tandem animo potentiae suae conservationem petere posset ab exercituum Deo terribili apud Reges terrae, si sacram ejus hereditatem in Regnis tuis diripi, ac in sanctuario dominari patieris laicos magistratus, qui illuc non nisi sacerdotibus aperientibus ingredi debent? praesertim cum a te Princeps Apostolorum Pontificia voce loquens tantum ecclesiae suae beneficium petat. Ea te pietate, ac prudentia esse scimus, ut intelligas Reges tunc feliciter triumphare, cum demisse serviunt Domino, ac firmissimis aggeribus communiri propugnacula Principatuum, cum illi petre innituntur, contra quam *(?)* neque hominum vires, neque portae inferi unquam prevalebunt. Quare speramus maxima Majestati tuae propediem beneficia debitum iri in Lusitania ab ecclesiastico ordine qui te suae libertatis vindicem, dignitatisque restitutorem nuncupare cupit. Quae quidem cognomenta adeo illustria sunt, ut ea non debeas Rex potentissimus aspernari. Cum autem hanc Majestati tuae gloriam comparari summopere cupiat Episcopus Vigiliensis Generalis Spoliorum Collector virum agendarum rerum peritum, et pietatis studio praestantem allegabit quampri-

Digitized by Google

mum ad Majestatem tuam, qui una cum venerabili fratre Innocentio Episcopo Briconoriensi Nuntio Apostolico te adibit, et negotium hoc gravissimum diligenter disseret: iis ergo eandem quam nobis fidem haberi poterit Majestas tua, cui Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. *(sic)* die 4ª Januarii 1623. Pontificatus nostri anno 2.º [1].

Bulla do papa Urbano VIII a el-Rei

1623 — Outubro 23

Urbanus episcopus servus servorum Dei Charissimo in Christo filio Philippo Portugallie et Algarbiorum Regi Catholico salutem et apostolicam benedictionem Gratie divine premium et humane laudis preconium acquiritur si per seculares Principes ecclesiarum Prelatis presertim pontificali dignitate preditis opportuni favoris presidium et honor debitus impendatur Hodie siquidem ecclesie Sancti Thome tunc per obitum bone memorie Petri Episcopi Sancti Thome extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Francisci Electi Sancti Thome nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in Episcopum prefecimus et Pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur Cum itaque fili charissime sit virtutis opus Dei ministros benigno favore prosequi ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari Maiestatem tuam regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Franciscum Electum et prefatam ecclesiam sue cure commissam habens pro nostra et sedis apostolice reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis juribus suis sic eos benigni favoris auxilio prosequaris quod idem Franciscus Electus tue celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Collecç. Geral, tomo 143, num. 35.— *Sobrescrito:* Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

Digitized by Google

pastoralis officio possit Deo propitio prosperari ac tibi exinde a Deo perennis vite premium et a nobis condigna proveniat actio gratiarum Datum Rome apud Sanctam mariam maiorem Anno Incarnationis Dominice millesimo sexcentesimo vigesimo tertio Decimo kalendas Novembris Pontificatus nostri anno primo [1].

Breve do papa Urbano VIII

1624 — Fevereiro 10

Urbanus Papa VIII — Ad futuram rei memoriam. Decet Romanum Pontificem aequi bonique supremum assertorem iuxta creditum sibi desuper apostolicae servitutis officium opportunè providere ut gratiae per praedecessores suos ad fidei catholicae propagationem Sanctaeque Romanae Ecclesiae exaltationem necnon Dominici gregis custodiam salubriter concessae sublatis quibuslibet impedimentis debitum sortiantur effectum. Aliàs siquidem à felicis recordationis Gregorio Papa XV praedecessore nostro emanarunt litterae tenoris subsequentis videlicet: Gregorius Papa XV Ad futuram rei memoriam. In suprema militantis ecclesiae specula nullo licet meritorum suffragio immensa Dei et Domini nostri benignitate constituti intra mentis nostrae arcana attentius considerantes principes et potentes tenebrarum adversus quos ecclesia sancta assidue colluctatur ad eiusdem ecclesiae ruinam et catholicae religionis excidium incessanter vigilare non possumus totis visceribus non commoveri et licet certam spem et fiduciam habeamus in Domino Deo exercituum qui sponsam suam ecclesiam sanctam sub umbra manus suae protegit cogimur tamen iuxta creditum nobis desuper apostolicae servitutis officium in id omni cogitatione omnique cura incumbere ut provisionis nostrae ministerio non solum oves Christi adversus rapacium luporum insidias communita secura in tranquillitate reddant Domino abundanter fructus suos sed etiam in omnem terram verbi Dei sonus exeat et nomen illius cum felici eiusdem religionis propagatione ubique gentium collaudetur et glorificetur unde nos

[1] Arch. Nac., Maç. 26 de Bullas, num. 4.

Digitized by Google

super his iugiter soliciti catholicorum Regum vota vias et modos exquirentium quibus nefarii hostium ipsius fidei ausus reprimi et dissipari et hac ratione infideles ipsos ex infidelitatis tenebris ad veri Dei agnitionem adducere fideles verò ab infidelium invasionibus rapinis et securitate liberare valeant libenter et merito ampletimur et officii nostri partes ad tam sanctum et Deo acceptum opus congruis quantum fieri potest ad id suppeditatis auxiliis favorabiliter interponimus aliaque facimus statuimus et ordinamus prout rerum temporum ac locorum qualitatibus debite pensatis conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Philippus Portugaliae et Algarbiorum Rex Catholicus quod suscepta per nationes septentrionales diabolica haeresum fraude seductas à multis annis citra in Indias Orientales navigatione ex lucro inde facto ditiores et potentiores redditae non solum ingentem navium multitudinem compararunt et nonnulla propugnacula in illarum partium maioris momenti portubus occuparunt sive construxerunt sed etiam ad loca et propugnacula per eundem Philippum Regem in eisdem partibus acquisita occupanda animum adiecerunt neque eas tot classes et armatam in eisdem Indiarum quam regni Portugaliae partibus cum immensa patrimonii ipsius Philippi Regis expensa ad hunc finem instructa debellare potuerunt immo illae praevaluerunt praesertim post occupatum à Persis earumdem nationum auxilio suffultis propugnaculum de Ormus ita ut nisi de opportuno remedio provideatur evidentissimum periculum adsit ne caetera eiusdem Philippi Regis loca et propugnacula ibidem existentia amittantur. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat idem Philippus Rex proprium ipsius regni Portugaliae patrimonium praemissorum occasione vendiderit gravissimum aes alienum pro recuperandis et conservandis locis et propugnaculis praefatis per quae tam cleri quam populi eiusdem regni Portugaliae utilitatibus et commoditatibus necnon catholicorum in dictis Indiarum partibus existentium saluti atque securitati consulitur contraxerit; contributiones vero generales dicti regni et ultra summam ducentorum millium cruciatorum per dilectos filios communitatem et homines civitatis Ulixbonensis eidem Philippo Regi ad hunc effectum donatam non suppetant ad ecclesiasticarum personarum subsidium confugiendum compellitur nobis propterea dictus Philippus Rex humiliter supplicari fecit ut super promissis *(sic)* opportunè providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur licet ab ipso pontificatus nostri initio nihil antiquius habuerimus quam ecclesias omnes illarumque

Digitized by Google

praesules et personas non solum ab omni exactionis molestia immunes preservare verum etiam quantum in nobis foret commodis et honoribus afficere animo tamen revolventes etiam ad clerum et ecclesiasticos dicti regni Portugaliae huiusmodi necessitates pertinere eiusdem autem regni opes ad tantam molem bellorum quae in pluribus et diversis locis contra christiani nominis validissimosque hostes geruntur vix ut praefertur sufficere posse et ad nostrum pastorale officium spectare pro ea quae tuendi et propagandi religionem nobis incumbit cura et solicitudine non solum pias et devotas supplices catholicorum Regum preces benignis accipere auribus verum etiam assiduis eorum laboribus periculis incommodis et dispendiis quae ad honorem Dei et catholicae ecclesiae exaltationem indefessè perferunt prospicere peculiarium ecclesiarum opes atque redditus pro necessaria illarum suorumque filiorum et christianae ac tam clericorum quam laicorum causae atque salutis defensione et ipsius catholicae religionis augmento larga manu suppeditari debere dignum et iustum reputamus. Itaque supplicationibus dicti Philippi Regis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati unum subsidium ducentorum millium scutorum monetae dicti regni cruciatorum nuncupatorum pro una vice tantum solvendam ab infra scriptis personibus ecclesiasticis et exigendum per collectores desuper deputandos infra tempus venerabili fratri Antonio Episcopo Vigiliensi jurium et spoliorum Camerae Apostolicae in eisdem Portugaliae et Algarbiorum regnis Collectori generali ac duabus personis ecclesiasticis per eundem Philippum Regem et clerum dicti regni ut infra nominandis benevisum iuxta vires etiam infra tactarum personarum et temporis congruitatem dummodo tamen tempus quadrienii non excedat tam pro recuperatione et custodia oppidorum et locorum quae in dictis Indiarum Orientalium partibus clarae memoriae Portugaliae Reges dicti Philippi praedecessores Christianae Reipublicae sua virtute et industria adiecerunt et in futurum ipse Philippus Rex non minore spei ardore divina favente clemencia adiicere intendit quam contra infideles haereticos vel scismaticos in dictis partibus existentes sive ad offentionem sive ad deffentionem et non pro aliis usibus (super quo ipsius Philippi Regis ac Antonii Episcopi et personarum huiusmodi conscientiam oneramus) super omnium et singularum cathedralium et metropolitarum collegiatarum et aliarum ecclesiarum monasteriorum prioratuum hospitalium in quibus actu hospitalitas non servatur et aliorum quorumvis benefitiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura secularium et Sancti Benedicti Sancti Augustini

Digitized by Google

Cisterciensis Sancti Hieronimi et aliorum quorumvis etiam ex privilegio vel alias certos fructus habentium necnon Cassinensis et Sanctae Justinae Sancti Salvatoris Sancti Georgii in Alga seu Sancti Joannis Evangelistae ac aliorum congregationum et canonicorum regularium et collegiorum regularium etiam Societatis Jesu (mendicantibus tamen certos et perpetuos fructus non habentibus exceptis) etiam si secularia canonicatus et praebendae portiones dignitates etiam in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales maiores et collegiatis ecclesiis personales personatus administrationes et officia in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesiis aut parochiales ecclesiae vel earum perpetuae vicariae cappellae cappellaniae perpetuae praestimonia praestimoniales portiones et simplicia etiam servitoria beneficia ecclesiastica regularia verò beneficia huiusmodi prioratus praepositurae praeceptoriae praepositatus dignitates etiam conventuales prioratus administrationes vel officia etiam claustralia fuerint et ad illa consueverint qui per electionem assumi eisque cura immineat animarum in quibuscunque civitatibus et diocaesibus aliisque locis Portugaliae et Algarbiorum regnorum consistentibus ac capitularium conventualium et aliarum mensarum necnon universitatum redditus ecclesiasticos percipiendis fructibus redditibus proventibus iuribus obventionibus et emolumentis ad eiusdem Antonii Episcopi moderni et pro tempore existentis collectoris huiusmodi ac duorum aliorum unius videlicet per ipsum Rèqem et alterius per universum clerum eiusdem regni nominandorum Episcoporum seu ecclesiarum praelatorum post iustam et proportionabilem compartitionem et distributionem per ipsos faciendas mandatum et ordinationem collectoribus qui tamen personae ecclesiasticae esse debeant per eos deputandae per venerabiles fratres nostros Archiepiscopos et Episcopos ac dilectos filios abbates priores abbatissas priorissas capitula congregationes et collegia conventus praeceptores commendatarios caeterasque personas ecclesiasticas seculares et quorumvis ordinum regulares ecclesias monasteria prioratus praeceptorias praepositatus canonicatus et prebendas dignitates personatus administrationes et officia caeteraque beneficia secularia et regularia huiusmodi in titulum commendam administrationem et alias quomodolibet etiam ut unita obtinentium ita quod quicunque fructus redditus proventus jura obventiones et emolumenta sibi et loco pensionis annuae acẽt *(sic)* pensiones annuas sibi super similibus emolumentis et sub quovis exemptionis et immunitatis à similibus vel dissimilibus oneribus genere reservata et assignata

Digitized by Google

habentes et percipientes pro rata veri valoris ecclesiarum monasteriorum et aliorum beneficiorum super quibus pensiones huiusmodi reservatae constitutae fuerint contribuere teneantur cuiuscunque status gradus ordinis vel conditionis fuerint venerabilibus tamen fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus qui pro universali ecclesia iugiter nobiscum laborant necnon militibus Hierosolimitanis ac clericis qui unum seu forsan plura beneficia ecclesiastica insimul valorem annuum quadraginta ducatorum auri de camera non excedentia obtinent et apud illa seu aliquod eorum personaliter resident dumtaxat exceptis annis singulis in certis locis et terminis ad id per ipsum Antonium Episcopum modernum et pro tempore existentem Collectorem praefatum aliasque ut praefertur nominandas personas statuendis integre persolvendis et penes aliquem fide et facultatibus idoneum seu alium ipsius Antonii Episcopi et personarum arbitrio eligendum locum tutum et securum realiter deponendos et ad ipsius Regis requisitionem ac Antonii Episcopi et personarum praetactarum mandatum in usum praefatum dumtaxat erogandos apostolica auctoritate et tenore presentium imponimus constituimus et ordinamus Archiepiscopos Episcopos Abbates Priores et alias utriusque sexus ecclesiasticas tam seculares quam regulares personas praefatas hortantes illisque districte praecipientes mandantes ut tota christianae charitatis propensione incumbentes hanc necessariam opem alacriter amplectantur et libenti animo exequantur, Nos enim subsidium praemissum sic impositum ut praefertur exigi deponi insumi et converti ac Archiepiscopos Episcopos Abbates Priores omnesque et singulas alias personas necnon capitula congregationes collegia et universitates fructus ecclesiasticos in universa Portugalia percipientes ad illius contributionem pro rata teneri et obligatos esse censurisque et poenis tam ecclesiasticis pecuniariis ipsius Antonii Episcopi arbitrio imponendas quacunque appellatione aliove subterfugio cessante cogi et compelli et sic per quoscunque iudices et commissarios quavis authoritate fungentes sublata eis quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et definiri debere ac irritum et inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopo Bracharensi et Episcopo Colimbriensi necnon dilecto filio Inquisitori generali contra haereticam pravitatem in eodem regno apostolica auctoritate deputato mandamus quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes literas et in eis contenta quaecunque

Digitized by Google

Urbanus Papa VIII—Charissime in Christo fili noster salutem etc. *(sic)* Mirari non debet Europa tam illustribus omnipotentis clementiae beneficiis decorari Hispaniarum imperium, quae tot Sanctos educarunt regnantes in templis, et triumphantes in caelo. Qui Regnis istis invident Peruanos thesauros, et Indicas gazas discant ibi non rarò letissimum esse felicitatis proventum, ubi uberrima floret sanctimoniae seges. Quatuor Beatis Hispanis non ita pridem triumphalia sanctitatis ornamenta praedecessor noster una die decrevit. Consimilis honor non paucis isthic genitis quotidie postulatur. Et cum catholicas aras castellanus nuper arator obtinuerit, in tantae nunc gloriae societatem vocatur lusitana Regina, ut pateat utrique terrarum orbi, nullum in provinciis Maiestati tuae subiectis esse hominum genus, aut tam vili inopia deformatum, aut tam superbificis opibus praepollens, quod sanctorum ferax non sit. Gratulamur Maiestati Tuae caelestem hunc hispanorum cum Christo regnantium chorum, quorum patrocinio non minus, quam legionum excubiis tranquillitas provinciarum custo-

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 14, fol. 39.

Digitized by Google

ditur. Quod vero ad Beatam Isabellam Reginam pertinet, laudamus cum primis pietatem Maiestatis Tuae radiatum diadema Regali capiti postulantis, cupimusque et tantae Reginae honoribus consulere, et provinciarum istarum, et Regiae domus vota consolari. Jussimus ergo acta confici, et testimonia explorari diligentissime. Porrò autem accuratissimis precibus rogabimus Patrem luminum, ut Regium hoc sydus fulgens splendoribus sanctorum Pontificiae menti ita detegat, ut illud toti Ecclesiae adorandum proponere quamprimum possimus. Caeterum quanto studio negotium tam grave conficiendum curemus, nobilis vir Dux Pathanae, qui Regias literas reddidit, et caelestem hanc causam elegantissimè disseruit luculenter testabitur Maiestati Tuae, cui Apostolicam benedictionem amantissimè impertimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem die 2 Augusti MDC XXIIII. Pontificatus primo *(sic)* [1].

Breve do papa Urbano VIII a el-Rei

1624—Agosto 3

Urbanus Papa VIII—Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Turcicae impietatis tyrannis tot Provincias oppressit, *(sic)* ut sacrilegis armis maria exterreat, christiani orbis non modo fines circumsonet sed viscera etiam aliquando crudeliter laniet. Nos autem etsi speramus Majestatis Tuae potentiam barbaricae temeritatis excidium fore, tamen eorum etiam omnium conatibus suffragamur, qui ad liberandas tam saeva pestilentia terras animum adjiciunt. Dignum ob id singulari laude judicavimus Nivernensis Ducis consilium qui non minus magnanimos, quam pios spiritus gerens, et vitam, opesque Beatae Virgini devovit, et aliarum Nationum Principes in praeclaram quandam Religionis propagandae, et extinguendae impietatis societatem vocat. Proinde Ordinem Militiae Christianae institutum in Virgineae Conceptionis honorem auctoritate Apostolica confirmavimus, et patrocinio nostro tuebimur. Hunc autem magna meditantem armari cupimus auctoritate Majestatis

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Sym. Lus., tomo 14, fol. 85.

Digitized by Google

Tuae, cujus favor tanti est in orbe terrarum, ut aliquando pro magno exercitu habeatur. Proinde testamur nobis fore gratissimum si aliquem dignitate et virtute praecipuum magnatem isthic nominabis, qui ordinem hunc in tuis Hispaniae et Lusitaniae Regnis instituat. Id beneficium si equitibus tuis detuleris videberis signum aliquid in Europa extollere ad bene de hac militari conspiratione sperandum. Quod si eorum armis propitius aderit exercituum Dominus in gloriae societatem illi semper vocabunt Majestatem Tuam. Negotium hoc disserenti Nuntio nostro eandem quam nobis fidem habere poterit Majestas Tua cui Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. *(sic)* die 3 Augusti 1624. Pontificatus primo *(sic)* [1].

Breve do papa Urbano VIII ao Inquisidor Geral

1625 — Abril 22

Urbanus Papa VIII—Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Sedes Apostolica pia mater Sanctorum Apostolorum qui pastoralis officii formam tradentes nascentis ecclesiae infantiam lacte provectam vero eius aetatem solido cibo nutrierunt verbo et exemplo edocta neophitorum omnium à suscepta Christi fide deviantium statui et imbecillitati libenter compatitur ac illos tamquam parvulos *(sic)* et teneras dictae ecclesiae plantas pietatis et benignitatis suae uberibus confovendo nonulla eis etiam post relapsum condonat et remittit quae in provectioribus merito essent acerbius corrigenda et punienda. Cum itaque sicut accepimus charissimus in Christo filius noster Philippus Portugalliae et Algarbiorum Rex Catholicus nobis nuper exponi fecit quamplures provinciarum insularum transmarinarum pro tempore existentis Portugaliae et Algarbiorum Regis temporali dictioni subiectarum incolae et habitantes de gentilitatis et infidelitatis errorum tenebris ad veri luminis qui est Christus cognitionem noviter conversi ac sacri baptismatis lavacro abluti ex mutua inter se ac etiam indiscreta eorum cum aliis gentilibus et infidelibus conversatione

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 14, fol. 86.

Digitized by Google

vel alias humani generis antiqui hostis fraude à fide catholica deficiant et quandoque ad eam reducti in pristinos gentilitatis seu infidelitatis errores ac etiam in alias a Sancta Ecclesia damnatas et reprobatas haereses atque suprestitiones *(sic)* relabantur sed postmodum cognitis suis erroribus maxima contritionis signa nunquam amplius ab eiusdem fidei sinceritate discedendi proposita prae se ferentes eidem Sanctae Matri Ecclesiae reconciliari summopere desiderent et pro illorum salute plurimum expediat ut sic poenitentes benigne recipiantur nec curiae saeculari propter illorum relapsum iuxta iuris rigorem debita animadversione puniendi relinquantur ne desperatio vaeniae *(sic)* eos ad prestinam *(sic)* perditionem faciat recidivos ipsique ac alii gentiles et infideles metu corporalis suplicii ab eorum futura ad christifidelium conversione retrahantur Non *(sic)* illius qui misericors et miserator existens non vult mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat vices gerentes in terris pro ea potestate quam ab eo per filium suum habemus iuris rigorem mansuetudine temperando noviter conversos praedictos nec *(sic)* acta in eis fidei praefatae semina arescant aut diaboli malitia eradicentur sed benignitatis dictae Sedis rore aspersa coalescant ac firmis radicibus stabilita incrementum suscipiant et usque ad perfectionem perdurent omni qua possumus misericordia et clementia prosequi et confovere volentes piis ipsius Philippi Regis in hac parte supplicationibus inclinati fraternitati tuae cum Tu *(?)* haereticae pravitatis in regnis praedictis generalis Inquisitor existas ac pro tempore existenti in regnis huiusmodi generali Inquisitori ut durante quinquenio a die quo praesentes literae tibi fuerint praesentatae computando per Te vel alium seu alios haereticae pravitatis in eisdem regnis et provinciis et insulis pro tempore deputatos Inquisitores adiunctis etiam locorum Ordinariis vel illorum officialibus seu vicariis in spiritualibus generalibus aut illis recusantibus seu negligentibus etiam absque illis omnes et quoscunque utriusque sexus regnorum provinciarum et insularum huiusmodi neophitos ex gentilibus et infidelibus originem ducentes qui post Christi fidem per eos susceptam in crimen apostasiae ab ipsa fide vel in damnatas et reprobatas haereses et errores semel et iterum vel etiam tertio non tamen ulterius relapsi fuerint cognita in eis vera et non ficta ac simulata poenitentia necnon apostasia a fide ac haeresibus et erroribus huiusmodi prius per eos publice vel privatim prout tibi et pro tempore existentibus generali seu aliis Inquisitoribus praefatis videbitur detestatis abiuratis et anathematisatis à sententia excommunicationis aliisque ecclesiasticis censuris et poenis quas propterea

Digitized by Google

quomodolibet incurrerunt vel quae contra ipsos per sacras constitutiones tam generales particulares *(sic)* quomodocunque statutae ac alias promulgatae fuerint iniuncta eisdem pro modo culpae poena arbitraria vel alia poenitentia salutari quam iis qui secunda et tertia vice relapsi fuerint aggravari volumus auctoritate nostra in utroque foro in forma ecclesiae consueta absolvere et liberare atque ad eiusdem ecclesiae graemium recipere et admittere ac tam eos tradendi curiae saeculari propter primum secundum tertiumque relapsum huiusmodi a iure statutis quam etiam alias corporales et capitales ac confiscationis omnium bonorum et caeteras quascunque talibus delinquentibus inflictas et irrogatas poenas ipsis misericorditer remittere et condonare libere et licite positis *(sic)* et valeatis auctoritate apostolica tenore praesentium de speciali gratia indulgemus Tibique ac generali et aliis Inquisitoribus praefatis plenam et liberam desuper facultatem auctoritatem et potestatem ad dictum quinquenium duntaxat duraturam tribuimus et impartimur. Non obstantibus praemissis et apostolicis ac in synodalibus provincialibus et generalibus conciliis editis constitutionibus et ordinationibus necnon legibus etiam municipalibus et imperialibus ac officii Inquisitionis regnorum provinciarum et insularum huiusmodi etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis et literis apostolicis sub quibuscunque tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis ac irritantibus et aliis decretis in genere vel in specie etiam motu proprio et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine etiam consistorialiter ac alias quomodolibet concessis approbatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent presentibus pro expressis et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 22 Aprilis 1625. Pontificatus nostri anno secundo [1].

[1] *Copia*, no Arch. Nac., Livro 94 do Santo Officio.

Digitized by Google

Breve do papa Urbano VIII a el-Rei

1625—Maio 31

Urbanus Papa Octavus—Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem Orthodoxae fidei conservandae et propagandae zelus ac singularis erga Nos et hanc Sanctam Sedem devotio aliaque catholici cognomine optimo jure insigniti Regis praeclara merita quae in Maiestate tua caelesti gratia refulgent plane exigunt ut illi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque tu clarae memoriae Philippi II Philippi III Hispaniarum Regum Catholicorum auri *(sic)* et genitoris aliorumque maiorum tuorum exemplo christianae reipublicae utilitati inservire et non solum catholicae fidei defensioni sed illius etiam propagationi totis viribus incumbere desiderans adeo ingentia expensarum onera subieris ut non solum regnorum tuorum ordinarios et extraordinarios redditus verum etiam omnia illorum aeraria fere exhauseris Nos ad egregia utriusque Philippi Regis avi et genitoris aliorumque majorum tuorum tuaque propria merita huiusmodi paternae dirigentes considerationis intuitum laudabiles et Deo maxime gratos conatus tuos quantum nobis ex alto conceditur adiuvandos duximus motu itaque proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostris deque apostolicae potestatis plenitudine tibi omnes et singulos fructus redditus et proventus jura obventiones et emolumenta in quibus etiam pensiones annuas quantumvis liberas immunes et exemptas quas de caetero super illis apostolica auctoritate reservari contigerit comprehendi volumus unius integri mensis à die possessionis per infrascriptos portionarios necnon provisos praefectos seu institutos de ecclesiis seu aliis beneficiis infra expressis habitae seu qua per eos steterit quominus possessionem huiusmodi adipiscatur computandi proportionabiliter ad ratam anni et veri annui valoris deductis oneribus quarumcumque primatialium metropolitanarum cathedralium collegiatarum parochialium et aliarum ecclesiarum necnon monasteriorum mensarumque abbatialium prioratuum quoque praeposiurarum praepositatuum praeceptoriarum dignitatum etiam majorum et principalium canonicatuum et praebendarum

Digitized by Google

personatuum administrationum officiorum caeterorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura saecularium non tamen quoad curata eorum quorum centum quo vero ad simplicia quorum fructus redditus et proventus valorem annuum viginti quatuor ducatorum auri de Camera non excedunt necnon Sancti Benedicti Sancti Augustini Cluniacensis Cisterciensis Praemostratensis ac quorumcumque aliorum ordinum regularium necnon militiarum praeterquam Sancti Joannis Hierosolymitani caeterorumque locorum etiam exemptorum in regnis Portugalliae et Algarbiorum ac de tuo iure patronatus sive ad nominationem tibi legitime competentium disponi solitorum tantum existentium de quibus quovis modo etiam per translationem vacaturis quascunque personas quavis etiam cardinalatus dignitate fulgentes ad presentationem seu nominationem tuam praefici vel provideri sive illas in eis quomodolibet institui seu quibus pensiones ipsas reservari contigerit ut praefertur per personas in dignitate ecclesiastica constitutarum à dilecto filio magistro Joanne Baptista Pallota in utraque signatura nostra referendario moderno et pro tempore existente jurium et spoliorum Camerae Apostolicae debitorum in eisdem regnis Collectore generali ad hoc specialiter deputandas à quibuscunque Primatibus Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Prioribus Praepositis Praeceptoribus Canonicis Praebendatis Rectoribus et personis saecularibus et regularibus etiam militiarum huiusmodi necnon pensionariis praefatis cuiuscunque dignitatis etiam cardinalatus et conditionis fuerint percipienda exigenda et levanda tibique integre persolvenda tenore presentium concedimus et assignamus. decernentes Primates Archiepiscopos Episcopos Abbates et denique universum clerum saecularem et regularem praefatum ac quoscunque quibus super fructibus redditibus proventibus iuribus obventionibus et emolumentis huiusmodi pensiones annuas apostolica auctoritate reservari contigerit in praefata solutione pro rata pensionum ac mensis huiusmodi parte concurrere debere et obligatos esse eosque solutionem seu praestationem huiusmodi etiam occasione praeteritarum contributionum impositionum sive onerum vel damnorum possessorum aut etiam enormis vel enormissime laesionis vel quocunque alio praetextu in toto vel in parte minime effugere seu differre dictosque Primates Archiepiscopos Episcopos Abbates universorumque clerum saecularem et regularem huiusmodi portionem et ratam partem pensionariis pro tempore tangentem ad effectum solutionis praefatae detrahere et retinere respective posse sicque et non aliter per

Digitized by Google

quoscunque judices ordinarios et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores et Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos et Nuncios quavis auctoritate fungentes sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate ubique judicari et definiri debere ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari Quocirca moderno et pro tempore existenti Collectori generali praefato per presentes committimus et mandamus quatenus ipse per se vel alium seu alios ut praefertur deputandos ubi et quando opus fuerit ac quoties pro parte tua fuerit requisitus solemniter publicantes faciat auctoritate nostra tibi fructus redditus proventus iura obventiones et emolumenta praefata a Primatibus Archiepiscopis Episcopis Abbatibus ac denique universo clero saeculari et regulari eorumque singulis iuxta praesentium tenorem ac etiam per illorum aut aliorum bonorum non tamen sacrorum subtractionem sive sequestrationem integre persolvi seu quibus volueris consignari contradictores quoslibet et rebelles per sententias censuras et penas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris et facti remedia appellatione postposita compescendo invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis. Non obstantibus quatenus opus sit felicis recordationis Bonifacii Papae octavi praedecessoris nostri de una et in concilio generali aedita de duabus dietis dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur necnon chancellariae apostolicae regulis et praesertim *(?)* illa de iure quaesito non tollendo aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon ecclesiarum monasteriorum militiarum et aliorum locorum ecclesiasticorum praefatorum etiam juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus privilegiis quoque indultis et litteris apostolicis sub quibuscunque tenore et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusque et aliis decretis in genere vel in specie ac alias in contrarium quomodolibet concessis confirmatis et innovatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica et expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda esset illorum omnium tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse harum serie derogamus caeterisque contrariis quibuscunque. Vo-

Digitized by Google

lumus autem quod pecuniae quas ex presenti concessione percipies in alios usus quam catholicae religionis defensionis et propagationis necnon obedientiae erga Romanam Ecclesiam conservationis pro quibus duntaxat concessio ipsa fit nullatenus convertantur super quo Maiestatis tuae et ministrorum tuorum conscientiam oneramus. Quibus dico quodque presentium transumptis etiam impressis manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides ubique in juditio et extra illud adhibeatur quae ipsis presentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae Presentibus ad quindecim annos proximos tantum valituris per easdem autem presentes iuribus Camerae apostolicae quoad fructus vacantes nullatenus praeiudicare sed ea illaesa et illibita *(sic)* praeservare intendimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xxxi Maii M.DC.XXV. Pontificatus nostri anno secundo [1].

Breve do papa Urbano VIII a el-Rei

1625 — Junho

Urbanus Papa VIII — Charissime in Christo fili noster salutem etc. *(sic)* Parum novisse videtur ingenium Majestatis Tuae Lusitanus Magistratus Ulixipponensibus imperitans. Cum enim Austriacae pietatis lacte nutritus diadema perfecti decoris existimes regalem auctoritatem humiliare sub potenti manu Dei, et sacerdotis jus, id est ditionem divinitatis propugnare, ille non ita pridem temere conatus est tibi tantam gloriam eripere contemptu Apostolicae dignitatis et ecclesiasticorum ministrorum oppressione. Misera certe haec Principum conditio est, quibus testis meritorum fama audet alienas etiam culpas exprobare. At non deest tanto Regi facultas sacrilegi criminis suspicionem ab se segregandi. In manu enim Majestatis Tuae est efficere, ut qui hoc tempore in eo regno violata ecclesiae jura conquerentur, discere etiam possint, iisdem facinoribus, quibus divinae ultionis fulmina accenduntur regiae pietatis indignationem exardescere.

[1] *Copia, no* Arch. Nac., Livro 90 do Santo Officio.

Digitized by Google

Horret animus ea referre, quae contra Collectoris nostri ditionem lusitani judices Ulixipone patrarunt. Neque enim satis fuit eorum audaciae pontificios magistratus vocare ad tribunalem saecularis fori et laicam manum in caeli messem extendere; sed moerens ea civitas spectavit aedes Apostolici Ministri armatis satellium vilissimorum cohortibus obsessas, ibique fores intimorum conclavium sacrilegis effractas securibus in dictum exilium, rerumque pene omnium usum iniquissima interdictione ademptum legationis Auditori quem jus gentium in hostili etiam solo satis contra furentium populorum injurias armasset, ipsum auctoritate nostra munitum Collectorem temerè despectum ludibrio habitas excommunicationes, quae sunt fulmina Omnipotentis. Tam atrox spectaculum lacrymantibus oculis in eo variarum nationum portu prospexit moerens ecclesia, quae regnorum fundamenta iisdem machinis quati scit, quibus sacerdotis dignitas oppugnatur. Neque enim adeo desipiunt filii tenebrarum, quos aliquando filiis lucis prudentiores evangelica vox appellat, ut in ulla fidelium provincia palam jactitent se querere sedem, et principatum haeresi. Una enim nominis adeo invisi mentio piorum populorum iras facilè contra ipsorum conatus armaret. Instruitur dolis infernus, ejusque venena non rarò sub cibi specie delitescunt. Prudentiam illam mundi, quae stultitia est apud Deum, sociam sibi plerumque adjungit, atque ea dum Principum ditionem amplificaturam se pollicetur, paulatim suadet contemptum ecclesiasticae auctoritatis, qua dejecta confestim effrenis licentia vitiorum impunè debaccatur; atque ea demum haereticae impietati fores patefacit, et civitates prodit. Quis vero nescit huiusmodi ariete usum esse Satanam ad Longobardorum Regum in Italia, et Graecorum imperium in oriente evertendum? Id certè non ignorarunt parentes Majestatis Tuae scientiam salutis edocti. Ii enim, ut omnes aditus haeresibus seditiones progignentibus intercluderent in Hispania, religioso magnanimae liberalitatis consilio non timuerunt ex ista navi egerere venenatos illos thesauros, id est mauritanas nationes, quarum multitudo, et opulentia poterat multarum provinciarum votis invocari. Hanc Catholicorum Regum gloriam nisi penitus obliti essent Lusitani Magistratus adduci ne potuissent in spem fore, ut tam audaci facinore regale patrocinium promererentur? Ubi ejusmodi nuncius Apostolicae Senatus aures vulneravit vix dici potest quantam omnium ordinum consensus injuriam pietati tuae illatam esse doluerit. Nunc autem conversae sunt omnium mentes in Majestatem Tuam atque a te illa exempla expectantur, quae doceant regios omnes ministros, iis-

Digitized by Google

dem artibus, quaeri favorem Regis et benevolentiam Dei. Exurge Rex impiorum odiis clarissimè, age causam caeli, et Pontificis sempiternè majestatem in ecclesiasticis ministris laesam placa iis remediis, quae documenta sint pietatis Austriacae, et solatia afflictae religionis. Quantam in te spem Romana Ecclesia, et Pontificia sollicitudo constituerit uberiùs declarabit venerabilis frater Episcopus Gravinensis Nuncius noster. Ei ergo fidem habere poterit Majestas Tua, cui apostolicam benedictionem impartimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die *(sic)* mensis Junii 1625. Pontificatus nostri anno secundo [1].

Breve do papa Urbano VIII a el-Rei

1626 — Março 4

Urbanus Papa VIII — Charissime in Christo fili noster salutem etc. *(sic)* Laudes a nobis exigere, et praemia a Majestate Tua expectare non temere potest fides, ac prudentia dilecti filii Michaelis Suarez Pereirae, qui Lusitani Regni negotia in hac nationum patria curat. Ei enim non solum plaudunt omnes urbis ordines, quos ille dicitur morum elegantia demeruisse, sed etiam favere videntur beati caelitum chori, cum Sancta Lusitaniae Regina eo procurante caelestes sanctitatis triumphos nuper in Christiana Republica sit consecuta. Nos certe pronis auribus ejus orationem excipimus, in qua degustare licet suavissimum illam mixturam pietatis cum prudentia. Quare Lusitanae nationis laudibus consulentes, cupimus hujus viri virtutem fieri illic patrio Regno fructuosam. Id autem continget, si ad Episcopale Lusitanae alicujus ecclesiae sacerdotium quamprimum vocetur. Regia suffragatione si illum Majestas Tua decoraverit, fatebimur, praemium virtuti, et Pontificiae charitati tributum esse solatium. Hoc autem dum propediem expectamus, Majestati Tuae, cujus potentiam Lusitania credit esse tutelam virtutum, Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romae apud Sanctum Petrum etc. *(sic)* Die 4 Martii 1626. Pontificatus etc. *(sic)* tertio [2].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 14, fol. 90 v.
[2] *Idem,* idem, fol. 110.

Digitized by Google

Breve do papa Urbano VIII a el-Rei

1626 — Junho 6

Urbanus Papa VIII — Charissime in Christo fili noster salutem etc. *(sic)* Utriusque orbis commercio, atque humani generis commoditati Lusitaniam patere jam diu fatetur Europa. At enim ad Apostolicae authoritatis fines proferendos Regni illius opportunitatem selegisse videtur, cum illud Catholicis Regibus famulari voluit dominantium Dominus. Ut enim Beati Petri ditionem ab imperii sui rationibus non sejungunt hispani Regnatores sic curant, ut proprii Regni propagatio Catholicae Religionis incrementum habeatur. His igitur artibus non solum in terris amplificare, sed etiam super maria potentiam suam firmare dicuntur manum suam supponente Domino. Quare in Lusitaniam alacer proficiscitur venerabilis frater Fabius Archiepiscopus Consanus, qui ibi Generalem Spoliorum Collectorem aget. Dum enim ibi Beati Petri jura defendet, propugnacula muniet Austriacae dominationis, et fretus patrocinio Majestatis Tuae, sperat facile conciliatum in omnes controversias, quibus pater discordiarum dirimere semper conatur salutarem illam humano generi concordiam Regni et sacerdotii. Caeterum Neapolitanae nobilitatis claritudo diuturna rerum experientia, et insigne pietatis studium illi haud difficulter Majestatis Tuae benevolentiam quaerent. Is enim artibus Ecclesiasticos Magistratus et modeste petiit, et sapienter gessit. Ab eo Apostolicam benedictionem accipies, cui hujus Sanctae Sedis negotia curanti fidem habere non secus ac nobis ipsis poteris. Testamur autem ea omnia beneficia Pontificiae sollicitudinem solatium allatura, quibus regia humanitas illum in Lusitania commorantem decoraverit. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. *(sic)* die 6 Junii 1626. Pontificatus nostri anno tertio [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 14, fol. 104.

Digitized by Google

Breve do papa Urbano VIII aos Governadores do Reino

1626—Junho 6

Urbanus Papa VIII—Dilecte fili nobilis vir salutem etc. *(sic)* Ibi enixè curandum est, ut Catholica Religio feliciter dominetur, unde lumen veritatis petunt nationes in tenebris ambulantes. Quare in Lusitano Regno, cui tanta beneficia debet uterque terrarum orbis Pontificia sollicitudo una cum Vestris Nobilitatibus excubat. Neque enim in ista Religionis arce umquam cessabit princeps tenebrarum dolos substruere egerrimè ferens sacerdotales legiones quotidie isthinc proficisci ad expugnandam diabolicam barbaricae impietatis tyrannidem. Cum igitur istuc Generalis Spoliorum Collector allegandus esset venerabilem fratrem Fabium Archiepiscopum Cousanum selegimus, qui bonarum artium disciplina imbutus veram illam gloriam esse existimat, quae Ecclesiasticae dignitatis tutela, et salutis publicae procuratione paratur. Si Nobilitatum Vestrarum authoritas, ut speramus, illius piis conatibus suffragabitur, non veremur quin Beati Petri ditio habeatur in Lusitania beneficium caeli, et praesidium Regni. Illi ergo perinde ac nobis ipsis loquentibus credere, et omnem opem praestare poteritis. Sic enim et Dei causam agent, et Pontificiam benevolentiam mirificè sibi obstringent Nobilitates Vestrae quibus ille Apostolicam benedictionem impartietur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. *(sic)* die 6 Junii 1626. Pontificatus nostri anno tertio [1].

1 *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 14, fol. 105 v.

Digitized by Google

Breve do papa Urbano VIII ao Duque de Villa Hermosa

1626—Junho 6

Urbanus Papa VIII—Dilecte fili noster salutem etc. *(sic)* Trophaea inferni sunt, et damna provinciarum eae controversiae, quibus concordia dirimitur inter Regios et Ecclesiasticos magistratus. Non praeterit Nobilitatem Tuam quam pestifera in ejusmodi zizaniis latrant semina calamitatum. Quare diligenter praefocanda sunt, priusquam radices agant et ferant labruscas amaritudinis. Nos certe mirè sollicitos diu habuerunt ea dissidia, quae in Lusitaniae Regno Pontificios ministros ab Ulisiponensi Magistratu sejunxerunt. Nunc autem speramus fore, ut omne virus evomerit pater discordiarum, et pateat illi nationi jura Ecclesiae defendi authoritate Regis, nec tutiorem publicae felicitatis optari posse tutelam, quam ditionem sacerdotii. Quare optima spe fretus illuc proficiscitur venerabilis frater Fabius Archiepiscopus Consanus, qui Generalem Spoliorum Collectorem in eo Regno aget. Exploratum illi est quantum praesidium sacerdotalibus negotiis esse possit in officiis Nobilitatis Tuae, cujus voluntatem iis artibus quaeret, quibus sacros Magistratus hactenus gessit. Miscere enim solet pietatem cum prudentia, et quaerens ubique Regnum Dei parare etiam studia populorum et patrocinium Principum. Neapolitano genere clarus tum suis rationibus praeclare consultum esse arbitrabitur, cum Dei negotia curans insigne aliquod gaudium afferre poterit Catholico Regi. Caeterum voluntatem nostram supra quam dici potest demerebitur, suffragans piis illius conatibus Nobilitas Tua, quae illi eandem, quam nobis fidem habere poterit. Quod a tua pietate solatium expectantes, Apostolicam benedictionem tibi impartimur, et patrocinium nostrum pollicemur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem etc. *(sic)* Die 6 Junii 1626. Pontificatus etc. tertio *(sic)* [1].

[1] *Copia, na* BIBLIOTH. D'AJUDA, Sym. Lus., tomo 14, fol. 106 v.

Digitized by Google

Breve do papa Urbano VIII a Francisco, bispo da Guarda

1630—Janeiro 19

Urbanus Papa VIII—Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Cum officium generalis Inquisitoris contra haereticam pravitatem in Portugalliae et Algarbiorum regnis per obitum bonae memoriae Ferdinandi olim episcopi Pharaonensis vacaverit et vacet ad presens, Nos quibus potissima et summa cura est, ut sancta fides catholica ubique floreat et augeatur, atque omnis haeretica pravitas è cunctorum mentibus depellatur, nostrae sollicitudinis studium diligenter adhibemus, ut qui à caula Dominici gregis diabolica fraude seducuntur, ad eam, aspirante Domino reducantur, vel si in eorum damnato proposito, et obstinato animo pertinaciter perseverare contendant, ita debita animadversione puniantur, ut eorum poena aliis transeat in exemplum, ac sollicitè providentes ne propterea in dictis regnis eadem sancta fides aliquam iacturam, aut gravia inde damna sustineat in perniciem animarum christifidelium, et dispendium salutis aeternae de praeficiendo in locum dicti Ferdinandi episcopi huic muneri, ecclesiastici ordinis viro religione, prudentia, atque experientia praestanti sollicitè cogitantes ad Fraternitatem tuam, de cuius doctrina, fide, pietate, et catholicae fidei zelo fide digna apud Nos testimonia perhibentur, mentis nostrae aciem convertimus firma spe freti te praecipuum hoc munus dirigente Domino consilia et actiones tuas ad ipsius gloriam, et catholicae fidei exaltationem, atque ad populorum Charissimo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae et Algarbiorum Regi Catholico subditorum salutem feliciter obiturum; motu proprio, ac ex certa nostra scientia, et deliberatione Te in praefati Ferdinandi episcopi locum apostolica auctoritate tenore presentium generalem Inquisitorem adversus omnem haereticam, et apostaticam à sancta fide christiana pravitatem, in Portugalliae et Algarbiorum, et ab iis dependentibus regnis, principatibus, et dominiis eidem Philippo Regi mediatè, vel immediatè subiectis cum potestate, et auctoritate contra omnes et quoscunque haere-

Digitized by Google

ticos, et quibusvis haeresibus et erroribus infectos, ac eorum, et cuiuscunque damnatae haeresis sectatores, et dogmatistas, atque ab eadem sancta fide apostatas etiam defunctos, et eorum memoriam nec non de haeresi seu apostasia a fide suspectos, sortilegia manifestam haeresim sapientia, divinationes, et incantationes, aliaque diabolica maleficia, etiam praestigia committentes, aut magicas, et negromanticas artes exercentes, illorumque credentes, sequaces, defensores, fautores, et receptatores, vel eis opem, auxilium, consilium, vel favorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè praestantes, atque eorum libros et scripta ementes, legentes, et retinentes cuiuscunque status, gradus, conditionis, dignitatis, et praeeminentiae existant tam laicos, quam ecclesiasticos saeculares, et cuiusvis ordinis regulares, ac in aliis causis de iure, vel consuetudine ad officium Inquisitionis spectantibus et pertinentibus per te, vel alium, seu alios prout iuris fuerit, inquirendi, procedendi, et exequendi, seu inquiri, procedi, et exequi faciendi, contradictores quoslibet et rebelles, ac tibi in praemissis non parentes per censuras ecclesiasticas, et alias poenas etiam pecuniarias, ac alia iuris et facti remedia opportuna compellendi, compescendi, coercendi, mulctandi, et puniendi, atque in his, et praedictis omnibus, et singulis, si et quoties opus fuerit, auxilium brachii saecularis invocandi, et implorandi. Praetereà in quibusvis civitatibus et diocesibus regnorum, principatuum, et dominiorum praefatorum unum, vel plures dictae haereticae et apostaticae pravitatis inquisitores providos, et idoneos, ac bonae famae, et sanae conscientiae viros catholicae fidei, zelo, doctrina, et experientia pollentes cum simili, vel limitata potestate, nec non dicti officii consiliarios, procuratores, tabelliones, et alios ministros et officiales opportunos quoties tibi placuerit per te, vel alium, seu alios instituendi et deputandi, ac tam hactenus institutos et deputatos per dictum Ferdinandum episcopum, et alios quoscunque, quam etiam per te instituendos et deputandos quandocunque tibi videbitur, revocandi, et amovendi, aliosque in eorum locum subrogandi, et substituendi, illos visitandi, ac de gestis et administratis ab eis rationem petendi, et exigendi, ac quos culpabiles in officiis eis commissis repereris iuxta excessuum et delictorum qualitatem tuo arbitrio corrigendi, et puniendi, ipsasque per te perpetuò, vel ad tempus impositas poenas in toto, vel in parte moderandi et remittendi, ac quibuscunque iudicibus et personis quavis etiam episcopali, vel archiepiscopali dignitate fulgentibus, quibus tibi inhibendum videbitur etiam sub censuris ecclesiasticis, ac poenis etiam pecuniariis inhibendi, ac ipsos in-

Digitized by Google

obedientes in eas incidisse declarandi, aggravandi, et reaggravandi usque ad invocationem auxilii brachii saecularis inclusivè, et ab eis postquam mandatis tuis paruerint, et obediverint, vel parere et obedire promiserint, absolvendi in forma ecclesiae consueta, ac omnia alia et singula in praemissis, et circa ea necessaria, et quomodolibet opportuna, nec non quae ad officium generalis Inquisitionis huiusmodi de iure, vel consuetudine pertinent, aut pertinere noscuntur, faciendi, gerendi, exercendi, et exequendi apostolica auctoritate tenore presentium ad nostrum et Sedis Apostolicae beneplacitum creamus, facimus, constituimus et deputamus, ita tu omnibus et singulis honoribus et oneribus, emolumentis, gratiis, facultatibus, privilegiis, indultis, praerogativis, superioritate, et praeeminentia quibus alii generales Inquisitores qui pro tempore fuerunt, usi, et gavisi sunt, ac uti, frui, et gaudere potuerunt, et consueverunt, uti, frui, et gaudere possis et valeas. Statuentes insuper appellationes, seu provocationes et recursus à quibusvis sententiis et decretis per quoscunque inquisitores dictorum regnorum, principatuum, et dominiorum tam à praefato Ferdinando, seu ab aliis Inquisitoribus generalibus praedecessoribus tuis hactenus deputatos, quam in posterum deputandos occasione praemissorum promulgatis et promulgandis, ac gravaminibus illatis et inferendis ad te interponi, teque causas appellationum, seu provocationum, et recursuum huiusmodi una cum omnibus et singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis per te, vel alios audire, cognoscere, et fine debito terminare potere et debere, ac decernentes irritum et inane si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae viij praedecessoris nostri de una, et in concilio generali edita de duabus dietis, et aliis apostolicis constitutionibus et ordinationibus, ac etiam in provincialibus et synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus, ac statutis et consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis per praedecessores nostros quibusvis personis cuiuscunque qualitatis, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, ac capitulis, collegiis, congregationibus, universitatibus et confraternitatibus sub quibuscunque tenoribus et formis concessis, quibus omnibus illorum tenoribus presentibus, ac si ad verbum insererentur pro sufficienter expressis, et insertis habentes hac vice dumtaxat specialiter et expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Volumus

Digitized by Google

autem quod infrà sex menses à die quo tu officium huiusmodi exercere incoeperis computandos regimini et administrationi ecclesiae Egitaniensis in manibus nostris cedere omnino tenearis, alioquin dicta ecclesia vacet, et vacare censeatur eo ipso, quodque praesentium litterarum transumptis manu notarii publici subscriptis, et tuo, vel alicuius alterius personae in dignitate ecclesiastica constitutae sigillo munitis plena fides ubique gentium et locorum in iudicio et extrà aequè ac si ipsismet praesentibus adhibeatur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die xix Januarij M.DC.XXX Pontificatus nostri anno septimo [1].

Breve do papa Urbano VIII a Francisco, bispo da Guarda

1630—Junho 15

Urbanus Papa VIII—Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Nuper te Generalem Inquisitorem adversus omnem haereticam et apostaticam à sancta fide christiana pravitatem in Portugalliae, et Algarbiorum, ac ab eis dependentibus regnis, principatibus, et dominiis charissimo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae, et Algarbiorum Regi Catholico mediatè, vel immediatè subiectis sub certis modo, et forma tunc expressis deputavimus, volentes, quod infra sex menses à die, quo tu officium Inquisitoris generalis huiusmodi exercere incepisses, computandos, regimini, et administrationi ecclesiae Egitaniensis, cui praeesse dignoscebaris, in manibus nostris cedere omnino tenereris, alioquin dicta ecclesia vacaret, et vacare censeretur eo ipso, prout in aliis nostris desuper in simili forma Brevis expeditis litteris, quarum tenorem presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Nunc autem te amplioribus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et à quibusvis excomunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si

[1] ARCH. NAC., Papeis varios do Santo Officio, (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 275.— *Sobrescrito:* Venerabili fratri Francisco Episcopo Egitaniensi.

Digitized by Google

quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus dicti Philippi Regis nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, dictos sex menses ad alios sex menses à primodictorum sex mensium fine computandos quibus durantibus regimini, et administrationi ecclesiae Egitaniensis huiusmodi in manibus nostris cedere omnino tenearis, alioquin eisdem sex mensibus per presentes prorogatis elapsis, dicta ecclesia vacet, et vacare censeatur eo ipso apostolica auctoritate tenore presentium extendimus, et prorogamus. Non obstantibus omnibus illis, quae in dictis litteris voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris, die XV Junii M.DC.XXX. Pontificatus nostri anno septimo [1].

Bulla do papa Urbano VIII a João, arcebispo eleito de Evora

1635 — Dezembro 3

Urbanus Episcopus servus servorum Dei, Venerabili fratri Joanni Episcopo Lamacensi in Archiepiscopum Elborensem electo salutem, et Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis, quem Pastor ille caelestis, et Episcopus animarum potestatis plenitudine sibi tradita ecclesiis praetulit universis solicitudo requirit, ut circa cuiuslibet ecclesiae statum sic vigilanter excogitet, sicque prospiciat diligenter, ut per eius providentiam circunspectam, nunc per simplicis provisionis effectum, quandoque vero per ministerium translationis accommode prout personarum, locorum, et temporum qualitas exegit, ac ecclesiarum utilitas suadet ecclesiis singulis pastor accedat idoneus, et rector providus deputetur, qui populum suae curae creditum salubriter dirigat, et bona ecclesiae sibi commissae non solum gubernet utiliter, sed etiam multimodis efferat incrementis. Sane ecclesia Elborensis ad quam dum pro tempore vaccat nominatio personae

[1] ARCH. NAC., Papeis varios do Santo Officio, (Caixa 26 de Bullas), Maç. 1, num. 276.— *Sobrescrito*: Venerabili fratri Francisco Episcopo Egitaniensi.

Digitized by Google

idoneae Romano Pontifici pro tempore existenti facienda ad charissimum in Christo filium nostrum Philippum Portugalliae, et Algarbiorum Regem Catholicum ex privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum expectare dignoscitur, et cui bonae memoriae Josephus Archiepiscopus Elborensis dum viveret, praesidebat, per obitum dicti Josephi Archiepiscopi, qui extra Romanam Curiam debitum naturae persolvit pastoris solatio destituta. Nos vacatione huiusmodi fidedignis relationibus intellecta ad provisionem eiusdem ecclesiae Elborensis celerem et felicem, ne illa longae vacationis exponatur incommodis paternis, et solicitis studiis intendentes post deliberationem, quam de praeficiendo eidem ecclesiae personam utilem, et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem demum ad te Episcopum nuper Lamacensem consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam illarum Largitor altissimus multipliciter insignivit, ac quod tu, qui ecclesiae Lamacensi hactenus laudabiliter praefuisti, eandem ecclesiam Elborensem scies, voles, et poteris, auctore Domino salubriter regere, et feliciter gubernare, direximus oculos nostrae mentis. Intendentes igitur tam eidem ecclesiae Elborensi, quam eius gregi dominico salubriter providere te licet absentem á vinculo, quo dictae ecclesiae Lamacensi, cui tunc praeeras, tenebaris de simili consilio, et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes te, qui fidem catholicam iuxta articulos pridem á Sede Apostolica propositos expresse professus fuisti, et quem praedictus Philippus Rex nobis ad hoc per suas litteras nominavit ad dictam ecclesiam Elborensem de pari consilio Apostolica auctoritate transferimus, teque illi in Archiepiscopum praeficimus, et Pastorem, curam, et administrationem ipsius ecclesiae Elborensis super cuius mensae Archiepiscopali fructibus nonnullae pensiones annuae antiquae, usque ad summam sex millium quadragintorum, et octuaginta cruciatorum monetae regni Portugalliae annuatim ascendentibus certis personis ecclesiasticis illas annuatim percipientibus dicta Apostolica auctoritate reservatae reperiuntur, quas salvas esse volumus, et nos hodie unam, seu plures alias pensiones annuas iuxta quantitatem in decreto nostro consistoriali exprimendas, et non alias dummodo omnes insimul cum antiquis quartam partem fructuum dictae mensae Elborensis non excedant in favorem unius, seu plurium personarum per nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem nominandae, seu nominandarum, et eidem Philippo Regi gratae, et acceptae, seu gratarum, et acceptarum reservari concessimus, tibi in spiritualibus, et temporalibus ple-

Digitized by Google

narie committendo, liberamque tibi ad eandem ecclesiam Elborensem transeundi licentiam tribuendo firma spe, fiduciaque conceptis, quod extera *(sic)* Domini tibi assistente propitia prefata ecclesia Elborensis per tuae circunspectionis industriam, et studium fructuosum regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, et temporalibus suscipiat incrementa. Volumus autem, ut antequam regimini, et administrationi dictae ecclesiae Elborensis te in aliquo imisceas in manibus venerabilium fratrum nostrorum Francisci olim Egitaniensis, et Neocastrensis Episcoporum, seu alterius eorum fidelitatis debitae solitum praestes iuramentum iuxta formam, quam sub Bulla nostra mittimus interclusam, quibus, et eorum cuilibet per alias nostras litteras mandamus quatenus ipsi, vel alter á te nostro, et Romanae Ecclesiae nomine huiusmodi recipiant, seu recipiat iuramentum. Fraternitati vero tuae per Apostolica scripta mandamus quatenus ad dictam ecclesiam Elborensem cum gratia nostrae benedictionis accedens, curam, et administrationem praedictas sic exercere studeas, solicite fideliter, et prudenter quod exinde sperati fructus proveniant, ut tuae bonae famae odor ex tuis laudabilibus actibus latius defundatur, ipsaque ecclesia Elborensis gubernatori provido, et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque praeter aeternae retributionis praemium, nostram, et Sedis Apostolicae benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Nos enim dictam ecclesiam Lamacensem per solam translationem, et praefectionem huiusmodi vacare decernimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo trigesimo quinto, tertio nonas Decembris Pontificatus nostri anno tertio decimo [1].

[1] *Copia, no* ARCH. NAC., *Liv. mss.*, num. 419, fol. 83.

Digitized by Google

Bulla do papa Urbano VIII

1637 — Fevereiro 9

Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio Antonio de Rosario Electo Malacensi salutem et Apostolicam benedictionem. Apostolatus officium, meritis licet imparibus, nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini divina dispositione praesidemus, utiliter exequi, coadjuvante Domino cupientes soliciti corde reddimur, et solertes ut cum de ecclesiarum ipsarum regiminibus agitur committendis, tales eis in Pastores praeficere studeamus, qui populum suae curae creditum sciant non solum doctrina verbi, sed etiam exemplo boni operis informare commissasque sibi ecclesias in statu pacifico, et tranquillo vellint, et valeant, auctore Domino salubriter regere, et feliciter gubernare.

Sane ecclesia Malacensis in Indiis Orientalibus, quae de jure patronatus charissimi in Christo filii nostri Philippi Portugalliae, et Algarbiorum Regis Catholici ex privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur, tunc ex eo quod nos nuper venerabilem fratrem nostrum Gundisalvum Episcopum Tingensem, et Septensem, olim Malacensem à vinculo quo dictae ecclesiae, cui tunc praeerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio, et Apostolicae potestatis plenitudine absolventes, illum ad ecclesiam Tingensem et Septensem, certo tunc expresso modo vacantem de simili consilio, Apostolica auctoritate transtulimus, praeficiendo ipsum in Episcopum et Pastorem Pastoris solatio destitutae, nos ad provisionem ejusdem ecclesiae Malacensis celerem et felicem, ne longae vacationis exponatur incommodis, solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de praeficiendo eidem ecclesiae Malacensi personam utilem, et etiam fructuosam cum eisdem fratribus habuimus diligentem demum ad te ordinis Sancti Dominici congregationis Indiae Orientalis, ac theologiae professorem ex legitimo matrimonio, ac honestis, et catholicis parentibus procreatum in sexagesimo tuae aetatis anno, et a pluribus annis in sacro presbyteratus ordine constitutum, et ad alios docendum idoneum, quem praedictus Philippus Rex nobis ad hoc per suas

Digitized by Google

literas praesentavit, et de cujus vitae munditia, morum honestate, spiritualium providentia, et temporalium circumspectione, aliisque multiplicum virtutum donis apud nos fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostrae mentis. Quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis, et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, praedictae ecclesiae Malacensi de eodem consilio, auctoritate praedicta providemus, teque illi in Episcopum praeficimus, et Pastorem curam, et administrationem ipsius ecclesiae Malacensis tibi in spiritualibus, et temporalibus plenariè committendo in illo, qui dat gratias, et largitur praemia, confidentes, quod dirigente Domino actus tuos, praedicta ecclesia Malacensis sub tuo felici regimine regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Jugum igitur Domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, curam et administrationem praedictas sic exercere studeas solicite, fideliter, et prudenter, quod ipsa ecclesia Malacensis gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissum; tuque praeter aeternae retributionis praemium nostrum, et Sedis Apostolicae benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Volumus autem ut theologalem et poenitentiariam praebendas, necnon seminarium praescriptum concilii Tridentini erigi, et montem pietatis fieri cures, conscientiam tuam in hoc onerantes. Utque antequam possessionem dictae ecclesiae Malacensis adipiscaris, ac illius regimini, et administrationi in aliquo te immisceas, professionem fidei in manibus venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscopi Cranganorensis, et Cochinensis, et Sancti Thomae Episcoporum, vel alicujus eorum emittere tenearis juxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam. Quibus et eorum cuilibet per alias nostras literas mandamus ut ipsi, vel aliquis eorum a te fidei professionem huiusmodi recipiant. Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae 1636 quinto Idus Februarii Pontificatus nostri anno 14[1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 48, fol. 25.

Digitized by Google

Breve do papa Urbano VIII

1638—Julho 5

Urbanus Papa octavus—Ad futuram rei memoriam. Quamvis juxta canonicas sanctiones, et constitutiones Apostolicas etiam in conciliis universalibus editas, ac in bulla in Coena Domini quotannis legi solita innovatas, et approbatas prohibitum, et expresse interdictum sit, ne bona semel Deo dicata ad laicales, seu profanos usus convertantur, neve Judices, et Principes laici super bonis ecclesiarum, et monasteriorum, beneficiorumque ecclesiasticorum, ac piorum operum manus apponant praesertim ad illorum occupationem, ipsarumque ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorumque ecclesiasticorum, ac piorum operum, et locorum praefatorum, ac ultimarum voluntatum etiam antiquarum a christifidelibus pro tempore pro ipsorum animabus apud Deum adjuvandis dispositarum, et relictarum abrogationem, praejudicium, et gravamen etiam contra leges civiles, quae illorum integram exequutionem, et plenam observantiam expressè jubent et mandant nihilominus, ut accepimus in Portugalliae et Algarbiorum Regnis sub praetextu assertarum legum, seu ordinationum illorum Regnorum, etiam si illae a piae memoriae Gregorio Nono, et aliis Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, etiam occasione confirmationis concordatorum inter Regem, seu Reges, ac Praelatos, et clerum aliàs initorum annullatae, revocatae, et abrogatae fuerint, attentarunt, et inceperunt nonnulli etiam officiales, et ministri Regii inquietare, et perturbare ecclesias, monasteria, beneficia, opera, et loca pia hujusmodi, eorumque possessiones super suis bonis etiam ab antiquo tempore per christifidelium diversas largitiones relictis, et acquisitis Capellas vulgo nuncupatis de facto etiam auctoritate laicali, et Regia, et coram judicibus laicis vexare et molestare, et aliqui forsan etiam nulliter, ac de facto injustè, et debitè illis easdem ecclesias, et monasteria, beneficia, operaque, et loca pia praedicta, eorumque possessores expoliarunt, alii, et occupantibus, et molestantibus, nedum auxilium, et favorem tam in agendo, et occupando, quam in retinendo, et alias quomodolibet praestiterunt in animarum suarum praeju-

Digitized by Google

dicium, ac damnationem, sed etiam in violationem immunitatis ecclesiasticae, et usurpationem jurium ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorum, operum et locorum piorum hujusmodi, ac Sanctae Matris Ecclesiae contemptum, et in scandalum plurimorum, censuras et poenas in praedictis sacris canonibus, constitutionibus Apostolicis, universalibusque conciliis, ac Bulla Coena Domini inflictas damnabiliter incurrendo. Et quia a nonnullis asseritur quod aliqui in dictis Regnis ministris Sedis Apostolicae, et forsan etiam Collectores supradicta, vel eorum aliqua tacita conniventia, seu incuria tolerarunt, seu permiserunt, aut nonnullos etiam actus, etiam per modum declarationis, seu alias qui praetenduntur tendere in praejudicium ecclesiarum; monasteriorum, beneficiorum, operum, vel locorum piorum, aliorumque praefatorum super praefatis capellis, et aliàs contra jurisdictionem, libertatem, et immunitatem ecclesiasticam, et jura Sanctae Sedis Apostolicae, aliaque praemissa fecerint, etiam si actus quorumcumque officialium, et ministrorum Sedis Apostolicae etiam Collectorum, vel eorum taciturnitates conniventiae, tolerantiae, promissiones, omissiones, et acta quaecunque non possint eidem Sedi Apostolicae, ac jurisdictioni, libertati, et immunitati ecclesiasticae in aliquo praejudicare, absque scientia, et approbatione nostra; nihilominus ad abundantiorem cautelam nos, ad quos ex debito pastoralis officii nobis divina dispensatione injuncti pertinet ecclesias, monasteria utriusque sexus, beneficia, operaque, et loca pia, piasque christifidelium elargitiones, et capellas praedictas, illarumque possessores, libertatem, immunitatemque ecclesiasticam, ac jura, et jurisdictiones Sanctae Matris Ecclesiae, et Sedis Apostolicae ab indebitis molestiis, vexationibusque, et gravaminibus quibuscumque tueri, et liberare super his de mentis nostrae declaratione, et de opportuno remedio, quantum nobis ex alto conceditur debitè providere volentes, necnon praefatarum legum, ordinationum, statutorum ipsorum Regnorum, ac quorumcumque tam ab officialibus, et ministris Regiis, et aliis quibuscumque, cujuscumque status, gradus, conditionis, praeheminentiae, ac dignitatis etiam ecclesiasticae, et Regalis, ac alias etiam speciali nota, et expressa mentione dignis, quàm à quibuscumque officialibus, et ministris Sedis Apostolicae, ac etiam Collectoribus super praemissis quomodolibet forsan factorum, et gestorum, seu è contra omissorum, vel qualitercumque permissorum, et commissorum, ac inde secutorum quorumcumque tenores etiam maiores, et veriores, litiumque, et causarum, si quae etiam de facto super praemissis exortae, et pendentes sint,

Digitized by Google

illarumque status, et merita, nominaque, et cognomina judicum, ac tribunalium quomodolibet qualificatorum etiam laicalium, et collitigantium, ac quorumcumque aliorum hic forsan exprimendorum, et inferendorum pro plenè, et sufficienter expressis, et insertis habentes motu proprio, certaque scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine praesentium nostrarum litterarum serie, omnes et singulos actus etiam per modum declarationis, ac alias quomodolibet factos tàm per quoscumque ministros et officiales Regios, ac judices, et quoscumque alios quavis auctoritate procedentes praefatos quàm per quoscumque officiales et ministros Sedis Apostolicae, ac etiam per Collectores, et quascumque alias personas, et tribunalia quavis auctoritate fungentes, et fungentia super praefatis bonis (Capellas nuncupatis) ecclesiarum, monasteriorum utriusque sexus, beneficiorum, operumque, et locorum piorum praefatorum, et contra eorum possessores praefatos, et alias contra jurisdictionem, libertatem, et immunitatem ecclesiasticam, ac jura Sanctae Sedis Apostolicae cum omnibus et quibuscumque inde secutis, et sequendis tamquàm nulliter, et injustè emanatis, et emanandis fuisse, et esse nulla, nulliusque roboris, et momenti, etiam quascumque ministrorum, et officialium Sedis Apostolicae etiam Collectorum omissiones, negligentias, tolerantias, aut promissiones, et acta quaecumque nullum praejudicium ecclesiis, piisque locis attulisse, seu afferre potuisse declaramus, illosque, et illa, si aliquid validitatis unquam habuisse, et habere, aut hujusmodi praejudicium afferre potuisse à quoquam praetenderetur, annullamus, improbamus, cassamus, revocamus, et irritamus, et irrita, nulla, improbata, cassa, viribusque vacua fuisse, et esse pro nullisque improbatis, cassatis, revocatis, et irritis haberi decernimus, ita ut nunquam possint allegari, nec etiam quod unquam inde aliquid damni, vel praejudicii ecclesiis, aliisque praefatis omnibus, et singulis potuerit oriri, à quoquam in judicio, vel extra judicium deduci, nec praetendi possit etiam praetextu cujuscumque interpraetationis praesentium litterarum, quarum interpraetationem, et declarationem ac praedictorum occupantium, et usurpantium quorumcumque, illisque auxilium, consilium, et favorem praestantium, et qui antea praestiterunt absolutionem, ita ut in quacumque facultate, ac dispositione generali etiam Cruciatae Sanctae minime comprehendantur, nobis ac Romanis Pontificibus successoribus nostris dumtaxat reservamus. Praesentes quoque litteras, omniaque et singula in eis contenta de subreptionis, obreptionis, ac cujuscumque nullitatis, aut invaliditatis

Digitized by Google

vitio, intentionisque nostrae, ac quocumque alio defectu quantumlibet substantiali etiam ex eo quod in praemissis quomodolibet interesse habentes, vel habere praetendentes quicumque etiam ministri, et officiales praedicti, ac praesertim judices, ministri, et officiales Regii praedicti, et alii quicumque cujuscumque qualitatis, status, gradus, dignitatis, conditionis et praeheminentiae etiam speciali nota digna existant praemissis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi; solemnitatesque, et quaevis alia servanda, et adimplenda nullatenus servata, et adimpleta, et causae propter quas praesentes emanaverint adductae, verificatae, seu aliàs sufficienter, aut etiam in aliquo justificatae, non fuerint, ac quocumque alio colore, praetextu, occasione, et causa etiam in corpore juris clausis, et alia quacumque quantumvis rationabili, justa, et privilegiata etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret à quoquam notari, impugnari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, vel adversus illa quodlibet juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel sic impetrato, ac etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet concesso quemquam uti, seu se juvare in judicio, et extra minime posse, sed illa semper valida, firma, et efficacia existere, et fore, suosque integros, et plenarios effectus sortiri, et obtinere, sicque et non aliter in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici auditores, Nuncios Apostolicos, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere legatos, ac quoscumque alios quavis auctoritate, et potestate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpraetandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, irritumque, et inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, et declaramus. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, et Cancellariae Apostolicae regulis, et quatenus opus sit illa de non tollendo jure quaesito, ac praedictis, et quibusvis aliis Regnorum praedictorum legibus, et ordinationibus, statutis, stylis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliqua roboratis, privilegiis quoque indultis, et litteris Apostolicis quibusvis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis, etiam per viam legis, aut contractus, vel statuti perpetui in genere, vel in specie, aut aliàs quomo-

Digitized by Google

dolibet etiam motu simili, et ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, seu etiam ad quorumvis etiam Regum, et aliorum Principum instantiam, etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, eorumque totis *(sic)* tamen specialis specifica expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio servare foret, illorum omnium, et singulorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad praemissorum effectum specialiter et expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, et decernimus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 5 Julii 1638. Pontificatus nostri anno decimoquinto [1].

Instrucção a Monsenhor Facchinetti, Nuncio Extraordinario em Hespanha

1639—Maio 21

..... Non sò a che termine sarà l'affare delle capelle di Portogallo all'arrivo di Vostra Signoria e se ne fà un capitolo in foglio a parte, restandomi il dirle che in quello, che occorrerà, coadjuvi l'affare.

..... Vien proibito in Portogallo agli ecclesiastici per una legge di quel Regno l'acquisto de'beni stabili sotto pena in caso di contravenzione della perdita loro, se dentro il termine d'un'anno non vengono alienati a persone laicali. Perlocche pretendendosi che contro questa dispositione diversi Regolari possedessero alcune Capelle, che così chiamano in Portogallo quei beni, che vengono lasciati alle chiese con obbligo di messe e di altre opere pie, sono state concedute dal Rè a varie persone, et il Collettore vedendo il pregiudizio, che da ciò risultava alla libertà et immunità ecclesiastica, ha proceduto, e procede tuttavia contro gli occupatori di esse, alcune delle quali sono state restituite agli ecclesiastici,

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Collecç. Geral, tomo 143, num. 26.

Digitized by Google

che prima le possedevano. Onde i ministri Regi, che pretendono che la legge sia stata approvata da Sommi Pontefici come necessaria in quel Regno, dove dicono essersi posta in uso da longo tempo, strepitano contro il Collettore, affinche rivocando i suoi procedimenti riponga ogni cosa nello stato di prima. All'incontro si afferma per parte degli ecclesiastici che la legge è stata sempre improvata, et abrogata dalla Sede Apostolica; e che non solo non s'è mai osservato; ma che più tosto si è praticato in ogni tempo il contrario, essendo i primi atti, che si allegano dai Regi a favore della pretesa osservanza dal 1670 *(sic)* in quà, et a questi si è pur anche contradetto.....[1].

Breve do papa Urbano VIII ao Collector de Portugal

1639 — Outubro 22

Urbanus Papa Octavus—Venerabilis frater salutem etc. *(sic)* Quae lusitanus magistratus adversus fraternitatem tuam nuper patrasse fertur, uberem tibi laudis materiam attulerunt cum etenim scuto bonae voluntatis munitus ecclesiastica jura sedulo propugnaveris, totque labores atque incommoda divino servitio constanter devoveris, insigni religiosae fortitudinis exemplo non vulgarem constantiae commendationem apud veros Ecclesiae filios consecutus es. Nos quidem animi firmitatem apostolico ministro apprimè dignam summopere probamus, et pontificiae charitatis testimonio libenter prosequimur, tùm quòd te paternè diligimus, tum quod tibi exploratum esse vólumus, virtutes tuas praeter existimationem, quam in bonorum omnium mentibus nactae sunt, a nobis etiam magnifieri. Dominus stet à dextris tuis, et clementer tueatur fraternitatem tuam, cui nos apostolicam benedictionem ex animo impertimur. Datum Romae die 22 Octobris 1639 *(sic)*[2].

[1] *Extracto da copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 14, fol. 182 e 184.
[2] *Copia,* idem, tomo 19, fol. 227.

Digitized by Google

Breve do papa Urbano VIII a el-Rei

1639—Outubro 31

Urbanus Papa Octavus—Charissimo etc. *(sic)* Pastoralis muneris nostri debitum, et honoris domus Dei zelus quibus pro tuendis Sanctae Ecclesiae juribus assiduè praemimur, nos impellunt, ut ea silentio non praetereamus, quae maxima cum Dei offensione in ipsius Ecclesiae, ac Sedis Apostolicae detrimentum per officiales, ac ministros Majestatis tuae in Regnis Portugalliae et Algarbiorum nedum contra sacrorum canonum dispositionem, sed etiam contra jus naturale, et gentium nuper commissa fuerunt, et forsan ipsi committere non desinunt. Cum itaque sicut non sine gravi animi nostri molestia accepimus venerabilis frater Alexander Episcopus Neocastrensis jurium et spoliorum Camerae Apostolicae debitorum in dictis Regnis Collector generalis cum facultate Nuntii Apostolici existens ad consulendum saluti animarum, et ad evitandam usurpationem legatorum piorum, et bonorum à christifidelibus pro suarum animarum suffragio diversis ecclesiis ac monasteriis etiam sanctimonialium, et locis piis relictorum, ab eis per plures annos pacificè possessorum, quae inibi Capella nuncupantur à Majestatis tuae ministris tunc comminatam, et fortasse incaeptam, fecisset generalem monitionem contra spoliantes, spoliareque volentes ipsas ecclesias, monasteria, et loca pia, monendo illos de incursu censurarum, et poenarum ecclesiasticarum, ex ipsis occupationibus resultante, ipsi officiales, et ministri, ut quosdam laicos potentiores ditarent, Dei timore postposito, nedum easdem ecclesias, monasteria, et loca pia suis bonis etiam ad victum, et sustentationem respectivè necessariis spoliarunt, sed etiam in praedictum Alexandrum eorum superiorem ecclesiasticum, ac Beati Petri, nostrumque et Sedis Apostolicae officialem praecipuum, et Episcopum inhumaniter saevire ausi fuerunt, nulliter enim, ac de facto contra ipsum nulli, nisi nobis, et Sanctae Sedi subditum processerunt, et sua pertinacia in deterius utendo, ipsum propria libertate etiam naturali, ac cibariis, commoditateque; missam audiendi, et confessarium sibi necessarium habendi privarunt, famulosque ab ejus

Digitized by Google

servitiis violenter amoverunt, ac etiam per milites, et satellites in ejus propria domo obsederunt, ac etiam eidem ad se dejiciendum è fenestra cum vitae periculo ne talia pateretur, causam dederunt, et interdictum ecclesiásticum ab eo positum, Dei iracundiam provocando parvi fecerunt; ac deinde a monasterio fratrum ordinis Sancti Francisci civitatis Ulixbonensis, ad quam ex exteris nationibus etiam infideles, et haeretici causa commercii confluunt, non sine catholicorum scandalo, ac orthodoxae fidei inimicorum derisione, sacrilegè extraxerunt, illumque invitum extra praedicta Regna ad instar facinorosi, et hostis duxerunt in ipsius vilipendium, et Sedis Apostolicae contemptum sententias, censuras et poenas ab eisdem sacris canonibus, et conciliorum universalium decretis, ac constitutionibus Apostolicis, etiam in bulla in die Coenae Domini legi solita, ipso jure inflictas damnabiliter una cum complicibus suis incurrendo. Nos autem, ut Deus ab ecclesia sua huiusmodi gravem afflictionem avertat, ad eum levabimus oculos nostros, et religiosi coetus orationes fundere non intermittent donec in Domino faciamus virtutem. Interim vero, cum non videatur credendum à Rege Catholico scienter talia emanasse idcirco sperantes Majestatem tuam omnia esse in integrum reposituram, et contra delinquentes animadversuram, quantumque adverso animo illa acceperit patefacturam, eamdem Majestatem tuam paternè in Domino hortamur, et enixè rogamus, ut avitae virtutis, ac pietatis emulatrix, Regumque Portugalliae et Algarbiorum, qui in similibus negociis pro oportuno remedio ad Sedem Apostolicam recursum habuerunt, vestigiis inhaerens praedicta omnia et singula impedimenta et oppressiones removeat ac removeri faciat, ut idem Alexander Collector debita cum dignitate ad eadem Regna quamprimum reverti, et in exercitio sui muneris continuare, et prosequi, ut prius possit et valeat, nos enim praedictorum innovatorum remotionem à Majestate tua sedulo postulamus, Sedes enim Apostolica sicuti semper facere consuevit, ab aequitate non recedet, nobis etiam persuadentes illam gloriam, quam tua Majestas pietate in Deum, et propensa voluntate in Sedem Apostolicam, aliisque magnis meritis hucusque assecuta est, inde non parvum argumentum esse recepturam. Et quidquid in favorem praedicti Collectoris à tua Majestate gestum fuerit nobis tam gratum erit, quam quae gratissima accidere possunt. Et super hoc gravissimo negotio cum Majestate tua fusius disseret venerabilis frater Caesar Archiepiscopus Damiatensis Nuncius noster, ac dum nostram Apostolicam benedictionem Majestati tuae iterum imparti-

Digitized by Google

mur, fusis ad Deum precibus petimus ut coelestium gratiarum dona eidem jugiter elargiatur. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem die 31 Octobris 1639. Anno decimo septimo *(sic)* [1].

Breve do papa Urbano VIII ao Collector em Portugal

1639—Dezembro 22

Urbanus Papa VIII—Venerabilis frater etc. *(sic)* Cum nuper, sicut non sine gravi animi nostri molestia accepimus ministri regii in regnis Portugalliae et Algarbiorum, Dei timore postposito, in suarum animarum damnationem et christifidelium etiam ipsorum regnorum scandalum, jurisdictionisque et immunitatis ecclesiasticae violarint ac Sedis Apostolicae contemptum ausi fuerint in civitate Ulyssiponensi nedum absque jurisdictione contra fraternitatem tuam in dignitate episcopali existentem ac munus primarii officialis, et ministri nostri, ac Sedis Apostolicae insuper Collectoris Generalis jurium Camerae Apostolicae, cum facultatibus Nuncii in eisdem regnis exercentem, et nulli nisi nobis, et Sanctae Sedi subditum procedere, sed etiam eandem fraternitatem tuam temere sacrilege, ac non sine maxima violentia actibusque valde inhumanis tractare, cibariisque tam animae quam corporis, ac servitio solito famulorum, quos etiam carceribus mancipare fecerunt privare, teque in domo tua obsidere, et in duobus illius cubiculis, etiam militibus et satellitibus armatis obsessum retinere, ac deinde in monasterio fratrum ordinis Sancti Francisci dictae civitatis capere, et ab illo etiam pro delinquentibus immuni, violenter extrahere, ac ab eisdem regnis expellere, et extra ipsa regna invitum abducere, et in loco a civitate Pacensi regni Castellae octo milliaribus circiter distante injuriose dimittere; idcirco cum pro vindicandis tot gravaminibus et injuriis Sanctae Ecclesiae illatis, eadem fraternitas tua, juxta sacrorum canonum conciliorumque universalium et constitutionum apostolicarum etiam in die Coenae Domini legi solitae, dispositionem ad censu-

[1] *Impresso, na* Bibliothi. d'Ajuda, Collecç. Geral, tomo 143, num. 26.

Digitized by Google

rarum et poenarum ecclesiasticarum tam in eis inflictarum quam a te forsan promulgatarum declarationem, ac etiam aliarum poenarum tibi benevisarum fulminationem condemnationem et denunciationem procedere debeat et minister apostolicus, praecipuè facultatibus Nuncii munitus ubicumque existens possit in expulsores animadvertere facultatesque et jurisdictiones sibi in certa provincia, civitate, seu loco concessas in ejus subditos exercere, ac si expulsus non fuisset, et propterea ambigendum non videatur quin motus a tua provintia, ut prefertur expulsus possis in alia provincia tam Hispaniarum, quam ubique locorum, ubi securè commorari voleas ad praefata juris remedia, ac alia necessaria et opportuna ac sibi bene visa etiam ad propulsandas offensiones et injurias tibi illatas nedum extrajudicialiter devenire, tam contra praefatos expulsores, et illos qui eis in cuilibet eorum auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet prestiterunt, quam quoscumque alios etiam participes seu complices et fautores etiam sub generali et universali sermone non comprehensos cujuscumque qualitatis, status, gradus, conditionis ac dignitatis etiam ecclesiastices sint, vel fuerint, ac alias quomodolibet speciali et individua expressione dignos, etiam ultra duas, ac tres et quotcumque dictas legales degentes seu moram trahentes et habitantes, sed contra quoscumque etiam judicialiter procedendo inquirere, nihilominus nos ad omnem dubitandi occasionem amovendam et abundantiorem cauthelam adhibendam, facultatesque facultatibus addere volentes motu proprio certàque scientia ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, omniumque expulsionis praefatae, et excessuum quorumcumque a praedictis et complicibus contra te, jurisdictionemque et immunitatem ecclesiasticam, ac Sedis Apostolicae superioritatem et jura perpetratorum, ac circumstantiarum, et qualitatum quomodolibet aggravantium, aliorumque praesentibus forsan inserendorum vel exprimendorum quorumcumque tenoris etiam maioris, et verioris pro sufficienter insertis, et expressis habentes, fraternitati tuae praesentium tenore committimus, et mandamus, ac concedimus, ut tam intra, quam extra praefata regna, et ubivis locorum et in quacumque aliena provincia, civitate, dioecesi et jurisdictione ubi nunc et pro tempore te etiam itinerando, vel transeundo existere, seu morari contigerit, omnibus et singulis tam conjunctim quam divisim juris remediis opportunis etiam ex officio seu per inquisitionem, etiam non requisito episcopo dioecesano, metropolitano, primate et quocumque alio cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis ac dignitatis etiam ec-

Digitized by Google

clesiasticae et speciali nota, ac mentione individua digno, nullaque petita, nec obtenta licentia illorum vel aliorum quorumcumque nedum facultates et jurisdictiones a nobis tibi in eisdem Portugalliae et Algarbiorum regnis concessas in jurisdictionis tuae subditos, ac si expulsus non esses, et in praefatis regnis morareris, ac etiam in alios non subditos, tibi vim aliquam inferentes, seu quomodolibet te offendentes exerceas exercereque libere et licite possis et valeas sed etiam contra expulsores eorumque complices et fautores, aliosque praefatos etiam summarie simpliciter et de plano, etiam sine strepitu et figura judicii, sola facti veritate inspecta, omni et quacumque appellatione remota procedas super praemissis rebusque aliis in actis causae et causarum huiusmodi a tuo procuratore fiscali vel ab alio per te loco illius deputando, exprimendis, ac deducendis contra praefatos omnesque alios quantumlibet magnum et maximum numerum constituentes et quomodolibet qualificatos quoscumque et qualescumque sint et fuerint, sententiasque, censuras et poenas ad tui defensionem, et injuriarum etiam illatarum propulsationem et vindictam nedum extrajudicialiter sed etiam judicialiter procedendo infligas et fulmines, inflictasque et fulminatas etiam a jure et constitutionibus apostolicis declares ac denuncies, aggravesque et reaggraves aliaque desuper necessaria et opportuna etiam si speciali expressione indigerent facias, decernas et exequaris toties quoties opus erit, vel tibi videbitur nec non quaecumque interdicta ecclesiastica tam personalia, quam localia et mixta in una, seu pluribus civitatibus, ac terris et locis, ac etiam in toto regno, seu regnis Portugalliae et Algarbiorum, et castella regia ipsorum regnorum cessationemque a divinis decernas et ponas, nos enim ad praemissorum effectum plenam, amplam et sufficientem facultatem fraternitati tuae desuper tribuimus et impertimur cum facultate deputandi ubique alium vel alios cum simili vel limitata facultate, prout tibi videbitur ad faciendum gerendum et exequendum omnia et singula praefata ac alia quae tibi videbuntur, et quae erunt quomodolibet necessaria et opportuna illumque et illos mittendi ad civitates, terras et loca quaecumque tibi bene visa tam intra quam extra praefata regna consistentes ac etiam cum facultatibus citandi praedictos, omnesque alios etiam per edictum publicum constito etiam summariè quantum tibi sufficere videbitur de non tuto accessu illisque toties quoties opus fuerit inhibendi etiam sub sententiis, censuris et poenis etiam pecuniariis per te, vel tuos deputatos tuo vel eorum arbitrio infligendis, applicandis et moderandis, et quaecumque alia quomo-

Digitized by Google

dolibet necessaria et opportuna gerendi, decernendi, mandandi et exequendi non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papae VIII de una, et concilii generalis de duabus dietis aliisque apostolicis et in conciliis universalibus provincialibusque et synodalibus editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus nec non dictorum regnorum, ac ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, congregationum, institutorum, et militiarum quorumlibet, ac quarumvis civitatum, terrarum et locorum etiam juramento etc. *(sic)* constitutionibus, stabilimentis, legibus, usibus, naturis ac ordinibus, privilegiis etc. *(sic)* apostolicis dictis regnis, illorumque incolis, et quibusvis aliis locis et personis tam conjunctim quam divisim sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus etc. *(sic)* in specie vel in genere, etiam motu, scientia et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter et alias quomodolibet in contrarium praemissorum etiam pluries, et iteratis vicibus concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiam si pro sufficienti eorum derogatoriarum de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica individua, et expressa non autem per clausulas generales etc. *(sic)* servanda foret tenore huiusmodi ac si de verbo ad verbum insererentur praesentibus pro expressis et insertis et formam huiusmodi pro servata habentes illis etc. permansuris etc. *(sic)* derogamus caeterisque contrariis quibuscumque aut si eisdem regnis illorumque incolis et quibusvis aliis locis et personis communiter etc. *(sic)* indultum quod ad parendum alicui cogi et compelli, aut quod citari, seu in judicium coram judicibus de eorum consensu non deputatis, vel extra regna huiusmodi, et loca suae habitationis evocari, vel quod interdici etc. *(sic)* mentionem et qualiter alia ejusdem Sedis judicia generali etc. *(sic)* specialiter. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub die 22 Decembris 1639 anno vero decimoseptimo [1].

[1] *Copia, na* Biblioth. d'Ajuda, Sym. Lus., tomo 19, fol. 229.— *Sobrescrito*: Venerabili fratri Alexandro Episcopo Neocastrensi in Portugalliae et Algarbiorum regnis spoliorum et jurium Camerae nostrae Apostolicae debitorum Collectori Generali.

Digitized by Google

Carta do Marquez de Castello Rodrigo, Embaixador em Roma, a el-Rei

1640 — Maio 19

Senhor — Tenho dito a Vossa Magestade como havia fallado a Sua Santidade nas couzas do Colleitor, e lhe dey o memorial de que vay a copia, que Dom João Chumaceiro tirou do papel, que lá se fez, havendo parecido ao Cardeal Albernos, a elle, e a my, que não se podia deixar de dar papel sobre ella pelo grande ruido, que este negocio havia feito aqui, e despois hey lembrado a Sua Santidade a satisfação que Vossa Magestade esperava das desordens do Collector, agora ha mandado a my os Monsenhores Maraldi e Albezi, que ahi foi Auditor do Nuncio Monti, e me hão dito que o que eu reprezentava continha duas partes, hũa a justificação da ley, e a outra os procedimentos do Collector: que na primeira se fora certo o que diziamos de concordias, e confirmação dellas dos Papas corria a materia sem difficuldade; más que isto he totalmente ao contrario, porque as concordias dos onze capitulos, que traz Gabriel Pereyra, foi antecedente á dos sessenta e dous, na qual estão incluzos os que naquella se confirmarão, e tudo o maes ficou annullado; e porque elle Gabriel Pereyra não meteo a data dos onze, *(sic)* que esta ley ha sido contradita pelos Papas desde seo principio, que o que se lhe *(sic)* como exemplar da confirmação feita por ElRey Dom Fernando Magno ao mosteiro de Lorvão he hũa confirmação como então se uzavão em todas as doaçoens, ainda dos Princepes em que confirmavão os ricos homens, e que seria hum absurdo dizer que todos os bens que se conquistavão erão dos Reys, para lhes poder por as condiçoes que quizessem, pois nem a Igreja, nem os descendentes dos antigos possuidores das terras de Hespanha havião prescrevido os direitos que antes tinhão com a invazão dos mouros, por serem injustos possuidores, e que ElRey Dom Affonso 2º fora o primeiro que o havia feito, e logo o contradisse Gregorio 9º como constava de seu breve, excomungando por isso aquelle Rey, o qual morreo neste estado, e que a ElRey Dom Sancho o segundo lhe havião tirado o

Digitized by Google

reino por querer guardalla, e que para que ElRey Dom Affonso o 3º pudesse ser Rey o obrigarão os prelados a jurar que a não guardaria, que os exemplares que traziamos de sua pratica desde ElRey Dom Manoel para cá, erão menos dos que elles tinhão do contrario com a fundação de hũa infinidade de capellas, que daquele tempo a esta parte se havião feito, de que os eccleziasticos estavão em posse, e que estas se fazião por testamentos, a que estavão prezentes notarios, e testemunhas que não deixarião de accuzallas, se a ley estivera em observancia, mayormente tendo pennas graves, se o não fizessem, e que as bullas e capitulos que sobre isto havia mas mostrarião, se quizesse vellas. Que no que tocava aos procedimentos do Collector Sua Santidade estava informado de quão ajustados havião sido, e que as palavras que no monitorio havião metido contra esta ley não havião sido suas, senão referindo as de Gregorio 9º e que assi esperava Sua Santidade que Vossa Magestade por sua grande piedade faria demonstração com os ministros que nestas materias havião andado. Eu lhes repliquey que os ministros de Vossa Magestade nunca allegavão couzas falças, nem mudavão datas, couza que só se podia sospeitar de Roma, donde tanto se uzava, que as doações dos Reys era verdade que as confirmavão no antigo os senhores, mas não os Reys as delles naquelle sentido, senão so no de suprir a que fosse contra as leys, *(sic)* e que a mortandade havia sido tão grande quando a guerra, e tanto o tempo que os mouros havião occupado a terra que ninguem pertendia successão no que delles se havia tirado, antes constava por todas as historias das repartições feitas pelos Reys das terras que hião conquistando entre as igrejas, ordens militares e barões, e os demais conquistadores, que não se podia duvidar que quem as dava podia fazello com as condições que quizesse, que o que me dizião do tempo da ley, o avella escrito ElRey Dom Affonso 2º não tirava que fosse ella muito mais antiga, pois no tempo de seo pay e avô não se atendia a escrever leys, senão a pellejar, e tinhamos disto bom exemplar na ley mental, que havendo a feito ElRey Dom João o 1º em tempos mais quietos, não a havia escrito senão ElRey Dom Duarte muitos annos depois, e que naquelles primeiros tempos se uzava tão pouco o escrever os Reys leys, que havia dous mil exemplares de que cada povo fazia as que havia mister, que o haver tirado o governo do reyno a ElRey Dom Sancho não havia sido por isso, senão por sua incapacidade, e que se ElRey Dom Affonso 3º havia jurado outra couza, devia ser antes de entrar na administração para alcançar

Digitized by Google

com isso o favor do Papa e dos Prelados que lhe derão, e que neste cazo cada hum jurava tudo o que lhe pedião, mas que era certo que elle a não haveria guardado. Confessarão que o juramento se havia feito sendo Conde de Bolonha, estando em Pariz. Ao da posse que allegavão lhes disse que não ma mostrarião de que havendo sse controvertido se ficassem com ella, como succedia nas nossas que ElRey e seus ministros não estavão obrigados a saber tudo o que se fazia contra as leys, a executallas sim, quando se tinha noticia que eu não necessitava de ver papeis, porque Vossa Magestade estava certo de seo direito, e não me mandava disputar, senão responder a Sua Santidade ás queixas que desta materia me havião dado, e darlhe conta do pouco fundamento com que o Collector se havia movido, e que me espantava muito que me dicessem que elle se havia governado bem, pois quando fora certo o que presuppunhão, não tocava a hum Collector desfazer o que não havião podido tantos Reys e Prelados como elles confessavão que havião trabalhado nisso, e que havia grande differença de Gregorio 9° a hum Collector, e de Vossa Magestade a ElRey Dom Affonso 2° com o que se via quam grande exceso elle havia cometido, quando não houvera todos os demais dezatinos, que eu já tinha reprezentado, e que o querer manter os ministros nos disparates que fazião cauzava que se tivesse muito menos força no que houvesse razão, e que assi eu tornava a pedir a Sua Santidade fizesse com o Collector as demonstrações que merecia, e que a ley era tão justa que quando a não houvera, e fora necessaria a ajuda de Sua Santidade, era certo que assi, como em outras se fazião a Vossa Magestade se faria nesta tudo o que permitisse o justo e conveniente. Respondilhes que em outras materias as esperava de Sua Santidade, mas que em esta não necessitavamos della, nem de pedir por graça o que tão justamente se tinha. Dizem que o Collector recorreo muitas vezes a Vossa Magestade por suas cartas, mas que como os ministros, a cujas mãos vinhão erão interessados nas capellas, não chegavão ás de Vossa Magestade. Disselhes que eu o havia sido alguns annos, e sabia que não havia sido algum tão ouzado, ainda em materias de menos ruido, que deixasse de as mostrar logo no concelho, donde immediatamente se consultavão a Vossa Magestade estas se havião visto em muitas juntas, como elles sabião, e que estas não erão materias pera cartas do Collector. Sobre tudo isto não os tenho por muy assegurados de sua razão, e conhessem o pouco juizo do Collector, aos que aqui hão visto o memorial lhes ha parecido asaz justificado, e hão me

Digitized by Google

dito que acudirão la com os papeis. Hoje me queixey a Sua Santidade desta reposta de seos ministros, e tornamos aos mesmos lances que com elles, e a rezolução foi que faria informar a Vossa Magestade, cuja catholica pessoa guarde Deos como a christandade ha mister. Roma 19 de Mayo de 1640. O Marquez de Castel Rodrigo [1].

Instrucção aos Embaixadores em França

1641 — Fevereiro 2

Francisco de Mello monteiro mór, e Doutor Antonio Coelho de Carvalho, Embaxadores Amigos, Eu tenho nomeado (como sabeis) por meu Embaxador pera hir por mym dar obediencia ao Santo Padre e informalo do direito e justiça com que fui restituido á Coroa destes meus Reynos, a Dom Miguel de Portugal, do meu Conselho Bispo de Lamego, de cuja partida se fica tratando, e porque a viagem que podia fazer pello estreito he muito arriscada, haverá antes de ser daqui a França tomando porto na Rochella, ou Burdeos, e atravessando aquelle Reyno até Marselha, embarcarsse e navegar a Civitá vechia, o qual caminho não seria tambem siguro sem particular licença, passaporte e favor de ElRey Christianissimo E assy tratareis deste negocio logo que chegardes, pedindo a ElRey de minha parte passaporte pera o Bispo entrar em seu Reyno e fazer a jornada por elle, e ordens particulares pera todos os Menistros concorrerem em comprimento do passaporte, e assistirem ao Bispo em tudo o que se offerecer pera sua passagem, e segurança de sua pessoa, familia, dinheiro e roupa, e ser favorecido e amparado de modo que não receba molestia, nem detença; e o passaporte e ordens refferidas lhe enviareis por duas vias aos portos da Arrochella e Burdeos, deregidos a pessoas conhecidas que lhas dem em chegando a qualquer delles.

Pedireis tambem a ElRey Christianissimo, que mande logo sinalar e aprestar duas ou mais galez, que em chegando o Bispo a Marselha, o

[1] *Copia*, na Biblioth. d'Ajuda, Miscel., tomo 12, fol. 17.

Digitized by Google

passem a Civita vechia, porque sem ellas será impossivel continuar a jornada a respeito dos impedimentos que acharia hindo por terra.

E pera milhor disposição da jornada do Bispo pedireis tambem a ElRey que mande escrever a Republica de Genova, e ao Grão Duque de Toscana, fazendolhes a saber como eu sou amigo e confederado seu, e que se passar por seus portos e terras o Embaxador que envio a Sua Santidade o favoreção como amigos, ou se ajão com elle neutralmente.

Tratareis com o Cardeal de Rochilieu, e com os Menistros de ElRey Christianissimo do modo e segurança com que o Bispo podera por via de França enviar cartas pera mym e escrever logo a Roma pera os avizos que antes de sua chegada aquella Corte deve procurar, de que lhe avizareis a Rochela e a Burdeos juntamente com os passaportes.

E para que se facelite a entrada do Bispo em Roma procurareis tambem que ElRey escreva logo ao Cardeal Barberino Protector de França e ao seu Embaxador que com seus adherentes sigão a minha parte, e fação o que convier pera que Sua Santidade admitta a embaxada e mande differir as propostas della como he justo e devido, e alcansando estas ordens as fareis encaminhar a Roma com o primeiro correo que se offerecer, e de tudo o que se obrar em conformidade desta instrucção me avizareis com a mayor brevidade que ouver lugar em quaesquer embarcações que primeiro vierem, e em falta dellas fretando hũa ligeira pera que o Bispo sem se deter possa hir advertido do que se ouver negoceado e dispor milhor sua jornada; João Pereyra de Sottomayor a fez em Lisboa a 2 de Fevereyro de mil seiscentos e quarenta e hum. E eu Francisco de Lucena o fiz escrever.—*Rey*.

Instrucção de que hão de uzar Francisco de Mello monteiro mór, e o Doutor Antonio Coelho de Carvalho Embaxadores de França sobre a passagem do Embaxador de Roma—Para Vossa Magestade ver [1].

[1] Arch. Nac., Collecç. de S. Vicente, Liv. 14, fol. 17.

Digitized by Google

Instrucções a D. Miguel de Portugal, Bispo de Lamego, Embaixador a Roma

1641 — Abril 7

Reverendo Dom Miguel de Portugal Bispo de Lamego sobrinho amigo, na embaxada com que vos envio a nosso muito Sancto Padre Pappa Urbano oitavo guardareis a instrução seguinte:

Pellos Embaxadores que forão a França mandey tratar com ElRey Christianissimo sobre vos haver de conceder passagem por seu Reyno, e galles, em que vades de Marselha a Civita Vechia, a respeito de ser aquella jornada menos arriscada que a do districto *(sic)* de Gibaltar, e porque he de crer que a terão alcançado fareis vossa viagem no navio que vos está sinalado, em dereitura a Rochela, ou a outro porto de França que mais comodamente possais tomar E entrando na Rochela, dareis a minha carta que levaes ao Grão Prior da Ordem de São João que ally governa, em que lhe aggradeço o bom tratamento e gazalhado que fez aos meus Embaxadores, e lhe encomendo a disposição da vossa jornada, ou lhe enviareis a carta do porto que tomardes se for outro E não achando recado dos Embaxadores, sobre o que houverem negoceado com ElRey, acerca da vossa jornada (como levarão a cargo enviarvolo) os avizareis logo em dilligencia para que vos advirtão do que fareis, e se havereis de passar por Paris, e parecendo vos conveniente ganhar tempo e hir caminhando entretanto para que possaes entrar em Roma antes das mutações do verão o fareis assy, e se passardes por Paris, vizitareis a ElRey Christianissimo de minha parte, e lhe dareis a carta que levaes e tratareis de a haver sua, para que o seu Embaxador de Roma vos assista, e passando por outra parte escrevereis aos meus Embaxadores que a peção, e tambem lhes dareis, ou remetereis a minha carta para elles que levaes.

Por atalhar quanto seja possivel as duvidas e contradições que se vos podem mover por parte dos ministros de ElRey de Castella em razão de serdes admitido por meu Embaxador, convira que tanto que dezembarcardes em Italia prosigaes o caminho de Roma, sem vos deter nem

Digitized by Google

esperar licença E sendo necessario enviar diante algum aviso ou recado o fareis por termos acautelados, e de que se não possa tomar occasião de duvidar, ou vos mandar deter, e quando todavia se faça, e hajaes de parar, procurareis instantemente facillitar a entrada, pellos meos que conforme ao estado das couzas e qualidade da duvida se vos offerecerem, trabalhando sem vos declarar de todo por entrar em Roma hũa vez, porque despois de entrado ficara menos dificultozo consiguir que Sua Sanctidade vos trate e ouça como a Embaxador meu, no que he de crer que vira, posto que por parte de ElRey de Castella se impugne, pois nenhum Principe deixa de ouvir o Embaxador de outro, e menos se deve esperar que estando eu justamente restituhido a Coroa destes Reynos, e obedecido nelles repare Sua Santidade Cabeça da Igreja Catholica e Pay universal em haver de dar lugar a demonstração que Eu como filho obediente della faço mandando lhe por vos dar conta de minha restituyção, e a obediencia que os senhores Reys meus antepassados sempre costumarão dar a See Appostolica, e aos Summos Pontifices antecessores de Sua Santidade.

Levaes cartas minhas para Sua Sanctidade para o Collegio dos Cardeaes em comum, e em particullar para os Cardeaes sobrinhos e irmão de Sua Sanctidade, e para os mais, muitas dellas sem sobrescrittos que o Secretario da Embaxada lhes pora com noticia certa de seus nomes e titulos, e vão as cartas com defferente estillo, hũa em que se lhes falla por Eminencia, e outras, hũa só vez por Eminencia, e as demais por vós, para que uzeis das que julgardes que mais convira a respeito do tempo, advertindo que ategora se lhes escrevia por vos como os senhores Reys Portuguezes o costumavão, e que com boas considerações mandey eu escrever ao Cardeal Rochaleeu por Eminencia do que pode ser se tenha ja noticia em Roma, e descontemtarense os Cardeaes de se uzar com elles estillo differente.

Tambem levaes cartas para o Embaxador de França, Cardeal Palotto e Conde de Patinoleu, tio do Conde de Arcos que agora he camareiro secretto do Pappa e se affirma ter lugar com elle e com os Cardeaes seus sobrinhos, e outra carta para o Padre João de Mattos assistente do geral da Companhia de Jesus, as quaes dareis despois de chegado a Roma se vos não detiverem no caminho, ou lhas enviareis antes de chegar como vos parecer mais acertado para que se não duvide a entrada no que o Padre João de Mattos poderá tambem obrar.

Digitized by Google

Fareis toda a dilligencia possivel por ter brevemente audiencia de Sua Santidade havendo a disposto primeiro por meyo dos Cardeaes seus sobrinhos e irmão, e do Cardeal Palotto, se elle corresponder a confiança que se entende se pode fazer de sua pessoa para as couzas de meu serviço e destes Reynos, e porque he costume dar Sua Santidade nas audiencias banco aos Embaxadores dos Reys, fareis quanto puderdes para que se guarde comvosco o mesmo, supondo o por couza assentada, sem a por em questão, más quando se duvide e se queira uzar comvosco o estillo que se teve com o primeiro Embaxador que o Emperador que hoje he enviou a Sua Santidade ao qual não deu assento e vos pareça que o não podereis vencer com a brevidade que requere o negocio, a que hides, tomareis o logar que se vos der protestando que não he o que vos tocca, e que Sua Santidade melhor informado vos havera de mandar restituir a elle.

O que em substancia haveis de dizer a Sua Santidade de minha parte quando lhe fallardes em negocio, he que por fallecimento do senhor Rey Dom Henrique meu tio tocou directamente de justiça a successão da coroa destes meus Reynos a serenissima senhora Dona Catherina minha Avó como filha legitima e herdeira de seu irmão o senhor Iffante Dom Duarte meu bisavó, cuja pessoa sua Alteza reprezentava, precedendo no mesmo direito, e excluindo a ElRey Dom Phelippe 2º de Castella, ao qual não tocava por ser filho da Emperatriz Dona Isabel, e que reprezentava a pessoa de sua may, e por ser estrangeiro, e assy valendo sse da violencia e força das armas, individa, e tiranicamente occupou estes Reynos, e esbulhou delles a dita senhora Dona Catherina minha Avó, e a mesma individa e injusta occupação forão continuando os Reys de Castella seu filho e netto, Dom Phelippe 3º e Dom Phelippe 4º opprimindo e avexando estes Reynos e os naturaes delles como Reys intrusos e tiranos, com tam pezado governo, tantas injustiças e tributtos incomportaveis que aprouve a Deos nosso Senhor restituhir lhes sua liberdade, e a mym a coroa que me estava uzurpada, e assy o primeiro dia de Dezembro do anno passado por acclamação e consentimento geral da nobreza e povo desta cidade de Lisboa fui nella appellidado, e alevantado por Rey e dentro de muito breves dias se fez o mesmo em todas as villas e lugares destes Reynos, sem duvida nem contradição algũa, e se me renderão e entregarão sem derramamento de sangue as fortalezas em que havia guarnição de gente de guerra castelhana, ficando eu pacificamente

Digitized by Google

